

E V T Y C H I V S

PATRIARCHA ALEXANDRINVS
VINDICATVS,
Et suis restitutus Orientalibus;

Sive Responſio

AD IOANNIS SELDENI ORIGINES.
in duas tributa Partes;

Quarum Prima est

De Alexandrina Eccleſie Originibus.

Altera

De Origine nominis PAPAË;

Quibus accedit Censura in Historiam Orientalem
IOHANNIS HENRICI HOTTINGERI
Tigurini à pag. 283. ad 495.

Omnia ex Orientalium excerpta monumentis.

A V C T O R E
ABRAHAMO ECHELLENSI
Maronita è Libano.

*Non ornato, politoque sermone, sed rebus manifestis convincenda est
vanitas Hæreticorum. S. August. in librum Genes. contra
Manichæos cap. 1.*



ROMÆ, Typis S. Congreg. de Prop. Fide. MDCLXI.

SVPERIORVM PERMISSV.



CF





S.^{MO} D. N. D.

ALEXANDRO
SEPTIMO
PONT. OPT. MAX.

ABRAHAMVS ECHELLENSIS
Maronita F.



E Presbyterorum, & Episcoporum siue ordinis, siue gradus, siue dignitatis, siue iurisdictionis discrimine ex iure Diuino; necnon de Romani Pontificis Primatu magna



2

magni

magni nominis Viri, eaque eruditissima, conscripsere, BEATISSIMĒ PATER, Opera. Quod verò nunc ego hominum postremissimus de eodem conscripsi argumento Opusculum, exile quidem illud est, rude, impolitum, ignobile, atque obscurum. Quocircà ad Tuos illud aduoluo pedes, vt Tua grandescat maiestate, sobolescat beneuolentia, morumque suauitate gratissimam componatur amœnitatis ad speciem, & vt ex Tuis gloriosissimis Stellis aliquid sibi mutuetur luminis. Et quidem licet tenue, ac ieunum, magnam tamen, sub Tuis augustissimis auspicijs, continet, ac tuetur causam, Presbyterorum nimirum, & Episcoporum, quos Christiano ex Orbe eliminatos velint nostri temporis Hæretici, atque exauctoratos. Quapropter totis in id connituntur viribus, eò collineantes, vt varijs calumnijs oppugnatus, & oppressus, qui indè pullulat (vt impius inquit ille in suo Apparatu, Romanum impugnans Primatum) Papatus, splendorem nominis apud imperitos, & dignitatis fastigium amittat. Rude, fateor, est, atque impolitum, fideliter tamen, si minùs doctè, quam suscepit,
de-

defendit prouinciam , non quidem argutiolis , & sophismatis , aut splendido , & fucato aliquo verborum apparatu , ab his quippè studijs fenesciente iam cum ætate abhorret ingenium , & conditio mea ; sed clarissimis , atque planissimis Orientalium Scriptorum , ad quos subdolè noster profugerat Aduersarius , testimonijs , & auctoritatibus , nempe iisdem , ac quibus nos impetijt ipse armis . Insuper non solùm eius detegimus infidelitatem , & patefecimus technas in vertendis , citandis , subticendis , subtrahendis , addendis , corrumpendis , atque adulterandis sui auctoris , Eutychie scilicet Alexandrini , verbis ; verùm etiam germanis eiusdem , ac plurium aliorum Orientalium , præsertim Ecclesiæ Alexandrinæ (cuius Eutychie Patriarcha erat , vnde & suum inscripsit Opus Aduersarius de illius originibus) Scriptorum sententijs nostram asserimus , & confirmamus causam . Etenim totius huius communis Quæstionis pondus , & momentum in eo situm est , vtrum à nostris stent Orientales partibus , an verò Aduersariorum .

Ab Episcoporum autem impugnanda , &
oppu-

oppugnanda Dignitate, & Ecclesiastica confundenda Hierarchia, ac susque deque perturbanda, ad Tuum, BEATISSIME PATER, Primatum euertendum suas admouit Aduersarius machinas, exordium sumens ab ipsa *Pape* nomenclationis origine, & natalibus, nomenque ipsum adhuc in cunis vagiens opprimere adnititur. Porro argumentum hoc suum non minùs hìc, quàm in superioribus, consueto Hæreticorum pertractat more, infideliter scilicet, verbis eiusdem Eutyhij Patriarchæ Alexandrini hac de re in sua Ecclesiastica Historia agentis abutendo, eaque versione adulterando, ac in alium sensum toto cœlo diuersum à mente, & sententia sui auctoris trahendo, vt inde eò, quò collimauerat, maiore impetu feriendo rediret. Arbitrabatur enim sic rem apud nos impunè futuram, quemadmodùm & mendacium apud suos sub larua, & specie veritatis diù triumphaturum sperabat, nesciens in omnibus locis parum firmamenti, & parum virium falsitatem habere, vbi contrà oppressam falsitatis ponderibus veritatem, non secùs ac palmam fortiùs sese erigere, & euectam in altum clariùs elu-

elucere, atque ex eo fastigio Solis instar Aduersariorum, non aliter ac Noctuarum, hebetare oculos. Hoc hoc idem Aduersario euenit nostro, BEATISSIME PATER, qui Tuum Primatum mendacijs suis cum euertere conaretur, quanta veritatis sit vis, & falsitatis imbecillitas, suo planè damno expertus est, & Orientales, quos pro se tot, tantisque vociferationibus apud suos laudauerat, sibi tandem aduersissimos intellexit.

Cedat igitur Veritati mendacium; Tuos Montes adorent Sinai, Sion, Carmelus, cæteraque præclara Montium iuga; thura offerat Libanus, eiusque sublimes, ac incorruptæ Cedri, incorruptæ Fidei Symbolum, Tuis immortalibus sese submittant Quercubus. Nec alia sanè, quàm Tua, BEATISSIME PATER, nos ad Christi Præsepe, nimirum ad veram Christi Ecclesiam ducet magis fida Stella. Nec vlla certè alia sequenda nobis est, nec alia audienda vox, quàm Tua, quem vt verum, ac legitimum totius Christiani gregis Pastorem nostri agnouere Maiores, quos non sequi, quos non imitari, impium, ac nefarium esset. Quo-

circa

circà audiant, si qui nos adulationis, & assentationis nomine in iudicium, & suspicionem Scriptores vocare audebunt, quasi præfenti Romanæ Sedis fortunæ, & secundis abblandiri rebus, atque ad voluntatem loqui, geniumque velimus, quibus olim titulis decoratus fuit Hormisdas Summus Pontifex Romanus, Tuus decessor, vndecim ante sæcula à nostris Monachis Maronitis secundæ Syriæ in Epistola ad illum data An. Dom. DXVII. vbi primò omnium loco subscribit Alexander Archimandrita, seu Abbas S. Maronis. Tituli sunt: *Patriarcha sanctissimus & beatissimus vniuersi Orbis terræ, tenens Sedem Principis Apostolorum Petri; Princeps Pastorum, & Doctor, ac Medicus animarum.*

Iisdem profectò ipse, BEATISSIME Pater, qui eandem nactus es Cathedram, eodem iure afficeris, & nos, qui idem Religionis lac fluximus, iisdem quoque nostrorum Maiorum insitemus vestigijs. Absit, absit igitur, Maxime ALEXANDER, vt aliter nunc de Te sentiamus, quàm noster olim cum suis Monachis, in Tuo Decessore, Alexander. Absit, absit

absit, ut voce Sycophantarum terreamur, aut credamus voci dicentium: *Hic est Christus, aut illic*; cum Tuam, & aliorum Romanorum Pontificum, qui veri, ac boni Pastores sunt, & in quibus Christus loquutus, agnoscamus vocē, & ad eam discernendam continuata Ecclesiæ, & Maiorum nostrorum traditione erudiamur.

Quamobrem tam hisce, quàm multis alijs nominibus hæ Tibi, BEATISSIME PATER, meæ tenuitatis debentur vigiliæ, & lucubrationes; quamquàm multa etiam occurrebant, eaque magni ponderis, quæ animum sibi timentem statuto deterrebant ab opere, inter quæ tamen duo præcipua sunt. Vnum admiranda Dei vices in terris agentis maiestas; alterum ipsius tenuitas munusculi. Vicit tamen clementissima Sanctitatis Tuæ humanitas, & beneficentia, quæ quò celsiùs eminet, eò magis ad fouendum promptior, ad propugnandum expeditior, & ad excipiendum aptior inuenitur. Vicit ergo metum meum Tua singularis comitas; vicit Gentis meæ erga Te summum obsequium, summa obseruantia; vicit pudorem, & renitentem animum benignitas



tas

tas, munerisque tenuitatem accipientis amplitudo excusauit. Nec Alexandri maiestas terruit, qui magna dare solitus beneficia, & parua obsequia non detrectare, præsertim cum nihil magnum coram maximo videri possit. Exile igitur, quod offero, munusculum, & incultis horridulum vocibus, poterit ex Te grandescere, & cum ad Tuas manus peruenerit, licet barbarum, mitescere. Quod enim Tibi accipitur, nequit non exrescere maiestatis in molem; nequit hilarem speciem non induere, quod Tuis oculis, vel semel arriserit. Maximorum quippe est, quæ sibi placuerint, ipso vel aspectu grata, & idonea illicò efficere, quod sanè Diuinitati perquam maximè est affine.

In huius igitur obsequij mei, atque meæ Maronitarum Gentis argumentum, Tibi nostrum offero, BEATISSIME PATER, Euty-chium, qui Alexandrinus non nisi ALEXANDRO ex antiquissimo iure appellationis ad Romanam, & Apostolicam Sedem ab iniuria sibi illata, debebatur. Quem si benignus, & quæ soles, amplexus fueris beneuolentia, tunc demum assertum, tunc vindicatum eò fidentiùs; quia veriùs appellabo.

Perillustri, ac Eruditissimo Viro
D. ABRAHAMO ECHELLENSI
Operis Auctori

Ioseph Anturinus Maronita Aleppensis è Soc. IESV
D. D.

*Ingenio immensus Libani iuga collibus aureis,
Iordanis Tybri fœdere iungis opes;
Feruidus ingenio docto feris ore Britannum,
Et debellato tutus ab hoste flagras.
Ingenio clemens Patris Venerabile nomen
Quà votis, calamo, Religione colis.
Quis neget æterna Cedro Te digna loquutum,
Cui Latij, & Libani gloria iuncta data est.*

APPROBATIONES.

DE mandato Superiorum recognoui Librum istum Euty chius Vindicatus Authore Abrahamo Echellensi, deque eo sic iudico. Aptum, & eruditum, & elegantem esse; Quem quò doctior quisque fuerit, eò pluris fecerit. Germanus ille aliorum huiusce authoris est fetus, qui feliciter lucem viderunt. Ubi opus est docet, delectat, porrigit. Ratiocinatur acutè, statuit firmiter, impugnat acriter, subtilis, constans, Vehemens. Adhibet pondus authoritatis non Vulgaris, fidem ei facit linguarum exoticarum peritia. Stylus pugna est, sed suis floribus distinguitur. Horridulè Venustus: Venustè horridulus, & nervis abundat & sanguine. Conciliat legentium animos, affert Voluptatis multum, sed plus admirationis. Itaque dignissimum censeo, qui Typis mandetur, & omnium manibus teratur. In Collegio de Propaganda Fide. 3. Nonas Iulias. Ann. 1659.


Fr. Franciscus à S. Augustino Macedo.



MAndante Sacra Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium Congregatione de Propaganda Fide, attentè, ac maxima mea cum voluptate perlegi librum hunc, cui Titulus, Euty chius Patriarcha Alexandrinus Vindicatus, &c. necnon Appendiculam, seu Censuram, qua Iohannis Henrici Hottingeri Orientalis Historia breuiter


uiter perstringitur, Opus D. Abrahami Ecchellenfis è Libano; atque in eo, præter fingulare Auctoris ingenium, rarumq; eruditionem, quæ in Linguarum, Historiarum, Scientiarumq; peritia mirabiliter elucet, animaduerti, validissimum Orthodoxæ Fidei præsidium aduersus S. R. E. perduelles situm esse: perpetuò namq; Orientalium, & Occidentalium Patrum consensu, quasi simul totius terrarum Orbis armis pugnat. acerrimè contra insensatos, qui in vnus impurissimi, ac scelestissimi hominis verba iurantes, aduersus Dominum, & aduersus Romanum Pontificem Christum eius coniurarunt. Quamobrem, & aureis characteribus, & æterna luce Opus hoc præclarissimum dignum censeo. Faxit verò Deus Opt. Max. ad Ecclesiæ suæ bonum, diu sospes viuat Auctor, quò alijs eiusdem generis operibus, & Catholicam propugnet Religionem, & nefariam nequissimorum Apostatarum insaniam ab vtroque Orbe expugnet, ac penitus eliminet. Romæ: è nostris ædibus S. Mariæ in Porticu. Die 19. Ianuarij 1660.

Ludouicus Marraccius è Congr. Cler. Regul. Matris Dei.



Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro
S. Palatij Apost.

O. Archiep. Patrac. Vicefg.



Imprimatur
Fr. Raimundus Capisuccus Ord. Prædic. Sac. Apost. Pal.
Magister.

INDEX

EORVM, QUÆ IN HAC PRIMA PARTE

continentur.

P RAEFATIO OPERIS.	pag. 1
<i>Eutychij Patriarchæ Alexandrini Periocha, cum Seldeni Versione</i>	22
<i>Auctoris nova Versio ad Verbum.</i>	31
Cap. I. <i>de statu questionis; necnon de precipuis argumentis, qua Seldenus ex Eutychij Periocha in Hierarchiam Ecclesiasticam adstruit.</i>	35
Cap. II. <i>in quo primum Ioannis Seldeni diluitur argumentum, quod ex $\chi\epsilon\epsilon\delta\omicron\iota\alpha$, seu $\chi\epsilon\epsilon\delta\omicron\iota\alpha$, nempe impositione manus, de qua Eutychius, adstruit.</i>	39
Cap. III. <i>in quo alterum Seldeni diluitur argumentum, quod ex Benedictione, qua Presbyteri illi Alexandrini ordinandum in Patriarcham benedicebant, adstruit.</i>	50
Cap. IV. <i>in quo tertium Seldeni diluitur argumentum, quod ex Verbo, Creare, quo Utitur Eutychius, adstruit.</i>	56
Cap. V. <i>in quo demonstratur, atque euincitur euidentissimè ex ipso Eutychio, & Aduersarij confessione, Episcoporum, & Presbyterorum ab ipsa nascente Ecclesia Alexandrina, Ordinis discrimen.</i>	66
Cap.	

C A P I T V M.

Cap. VI. in quo luculentissimè demonstratur, ius illud peculiare duodecim Presbyterorum Alexandrinorum, de quo Euty chius, & ipse D. Hieronymus, nihil aliud fuisse, quàm ius meræ electionis. 82

Cap. VII. in quo Alexandrinorum, aliorumque Scriptorum gravissimis testimonijs, & auctoritatibus evidentissimè demonstratur, Episcopos in Alexandria Ecclesie Diœcesi semper extitisse ab ipsis illius Ecclesie Originibus, nedum ante Demetrium, vel Heraclam, & Dionysium. 110

Cap. VIII. in quo quartum diluitur Seldeni argumentum; & evidentissimè demonstratur, Euty chium loquutum esse de Suburbicarijs Regionibus, seu de solo Alexandrino Territorio, quod iuxta Conciliorum, Patrum, & Scriptorum linguam, & Usus nomine Aegypti intelligendum venit, & non quidem de tota Alexandrina Diœcesi. 117

Cap. IX. in quo quintum, illudque præcipuum Seldeni refellitur argumentum, quod ex turpissima, manifestè falsa, & impudenter mendaci Verborum Euty chij interpretatione adstringit. 127

Cap. X. in quo evidentissimis testimonijs ex Alexandrinis prolatis monumentis, & Scriptoribus demonstratur, Ius ordinandi in ea Ecclesia semper ad Episcopos pertinuisse, & nunquã ad Presbyteros. Item Patriarcharum Alexandrinorum ordinationibus. Episcopos vel ab ipsa illius Ecclesie origine interfuisse, planè ac plenè auctori-

	<i>Et oritatibus Alexandrinorum Scriptorum ostenditur.</i>	
pag.		136
Cap. XI.	<i>An Episcopi sint Iure Diuino distincti à Presbyteris? & quid hac de re sentiant Ecclesie Orientales?</i>	154
Cap. XII.	<i>An Presbyterorum nomine intelligi possint ipsi quoque Episcopi, & vice versa?</i>	187
Cap. XIII.	<i>An tempore Apostolorum, & aliquibus subsequentibus saeculis, plures in eadem Ciuitate fuerint Episcopi?</i>	201
Cap. XIV.	<i>An alios Alexandrinos Scriptores suffragatores, ad stipulatoresque habeat Eutychius in illa narratione de Politia Ecclesia Alexandrina à D. Marco instituta?</i>	221



I N D E X

S E C V N D Æ P A R T I S.

P	<i>RAEFATIO OPERIS.</i>	3
Cap. I.	<i>De statu presentis questionis.</i>	26
Cap. II.	<i>Examinatur, & expenditur Seldeni Interpretatio Linguae Analogiam quod attinet, & Grammatices praeceptiones.</i>	29
	Cap.	

- Cap. III. Refellitur item Aduersarij interpretatio, & sententia ex ipsa narrationis serie, & orationis connexionē. 42
- Cap. IV. Refellitur eadem Aduersarij interpretatio, & sententia ex notione, seu significatione ipsius nominis Papa. 46
- Cap. V. Refellitur rursus eadem Aduersarij Interpretatio, & sententia ex praxi, & continuato nomenclationis Papæ, usu tam sub ipso Alexandro, quam proximè post. 51
- Cap. VI. De Varijs opinionibus circa huius nominis, Papa, Originem, & Notiones. 54
- Cap. VII. Refelluntur superiores opiniones de nominis, Papa, notionibus. 61
- Cap. VIII. Eutychiej Patriarchæ Alexandrini narratio de Origine nominis, Papa, eiusque notione; & qua occasione, & quando Alexandrinis Patriarchis omnium primùm impositum fuit. 67
- Cap. IX. Eutychiej narrationi de origine nominis Papæ, apud Aegyptios aliorum Scriptorum Alexandrinorum accedunt testimonia. 70
- Cap. X. Quenam sententia de origine, & nominis Papæ, notione tamquàm probabilior statuenda sit? pag. 72
- Cap. XI. In quo inquiritur, à qua lingua deriuatur hoc nomen, Papa. 81
- Cap. XII. Nonnullæ diluuntur difficultates, quæ contra

mox

- mox laudatam sententiam, & derivationem afferr
 possunt. 89
- Cap. XIII. Nomen, Papa, olim commune omnibus Epi
 scopis, deinde Romani Pontificis factum proprium,
 ac ipsi antonomastice tributum, Orientalium est sen
 tentia. 96
- Cap. XIV. In quo confirmatur ea nominis Papæ notio,
 eiusque proprietas in Romano Pontifice; adeoque de
 illius Primatu ex Can. 44. Concilij Niceni. 107
- Cap. XV. Idem asseritur Primatus Romani Pontificis ex
 Can. 37. eiusdem Concilij Niceni. 119
- Cap. XVI. Rursus idem asseritur Primatus ex Can. 70
 eiusdem Concilij Niceni, qui est de appellationibus
 Episcoporum ad Romanum Pontificem. 124
- Cap. XVII. In quo studiosè inquiritur, Utrum Conci
 lium Nicenum alios ediderit Canones præter illos 20.
 qui Græcè, & Latine circumferuntur. 137
- Cap. XVIII. In quo recensentur Tituli Canonum, Con
 stitutionum, & Decretorum Concilij Niceni, quæ
 extant nobis ex Orientalium editionibus. 149
- Cap. XIX. In quo respondetur objectionibus, quæ contra
 mox recensita capite superiori ex Concilio Niceno,
 opponi possunt. 162
- Cap. XX. In quo diluitur obiectio, quæ ex Can. 6. Con
 cilij Niceni adstruitur contra Canones 37. & 44. su
 pra à nobis allatos ex Orientalium Editionibus, quibus
 Romani Pontificis mirè asseritur Primatus. 171
- Cap.

- Cap. XXI. *In quo Variæ referuntur huius Canonis 6. Nicani Editiones.* 184
- Cap. XXII. *De Primatu eiusdem D. Petri.* 191
- Cap. XXIII. *Idem comprobatur D. Petri Primatus Orientalium Scriptorum testimonijs.* 210
- Cap. XXIV. *In quo D. Petrum Romæ fuisse, & ibi Pontificiam exercuisse dignitatem ex Vestigijs, & monumentis demonstratur.* 232
- Cap. XXV. *Idem argumentum de profectioe D. Petri Romam, Orientalium probatur testimonijs.* 242
- Cap. XXVI. *In quo iterum Romani Pontificis euincitur Primatus alijs Orientalium testimonijs.* 265
- Cap. XXVII. *Idem Romani Pontificis asseritur Primatus ex Orientalium principijs, & notis, quas ad Veram requirunt Ecclesiam.* 279
- Cap. XXVIII. *In quo tamquam Appendicula quadam Iohannis Henrici Hottingeri Tigurini Orientalis Historia breui perstringitur censura, cum quoad ipsius historie grauissimos lapsus, tum quoad turpissima lingue Arabica menda.* 283
- Cap. XXIX. *Iohannes Henricus Hottingerus plura sancti Ephrem Syri, ac Theodosij Patriarchæ Antiocheni dicta, monita, & apophthegmata referens sub nomine Mohammedanorum Scriptorum, eaque impiè, & ineptè in Pontificis retorquens, euidentissimè conuincitur falsitatis, infidelitatis, & ignorantie.* 362
- Cap. XXX. *In quo ad oculum ostenditur, quanta Hottingerus*


tingerus laborat ignorantia, & imperitia in recensendis Mohammedanorum Sectis, earumque sententijs referendis.

378

Cap. XXXI. in quo summam, & quàm brevissimè refelluntur ea σλόματα μαρονη, que in Pontificios, & Bellarminianas notas intorquet Hottingerus, illaque cum maiori Veritatis presidio in ipsius retorquentur caput.

446





P R A E F A T I O

O P E R I S .



COEGERAT olim Aërius ; ut refert
 D. Augustinus, Epiphanius, Patres alij,
 & Ecclesiastici scriptores, Presbyterum,
 & Episcopum paris esse ordinis, digni-
 tatis, atq; potestatis . Sententiam hanc
 facrorum Conciliorum damnatam decretis, sanctorum
 Patrum in tartara detrusam auctoritate , ac merita de-
 mum obliuione sepultam, infausto , nescio quo car-
 mine, auorum nostrorum memoria in mortalium inde
 reuocarunt lucem Lutherus, & Calvinus ; eamq; deinceps
 aut suo fouerunt sinu , aut suis perodiosè refricue-
 runt scriptis illi, qui in ipsorum iurarunt verba. Acriùs
 tamen , ac virulentiori calamo quæstionem exagitaui

A

hanc

hanc nuper Claudius Salmafius, præcipitate eruditionis homo Calvinista, in Opere, quod *De sænore Trapezitico* inscripserat. Quamprimum tam detestabili, ac perniciosæ pesti ex aduerso occurrit doctissimus Dionysius Patavius ex sacra Societatis Iesu Religione Opere inscripto: *Dissertationes Ecclesiasticae de Episcoporum dignitate, & Iurisdictione*; ac malam bestiam eò, vnde prodierat, retrudere obnitus est veteranus, ac acerrimus fidei Catholicæ propugnator.

Ad tantum rumorem, ac quæstionis recrudescentis famam ex vltima excitus Britannia Ioannes Seldenus eò accurrit opem ferens Symmystæ, ac suppetias. Animaduertens verò suas, Sodalisque copias Occidentales longè & numero, & viribus impares esse, Eutygium Patriarcham Alexandrinum, ceû militem auxiliarem, & Arabicis instructum armis ad hanc pugnam ab ipso Oriente suo conduxit ære. Operis vexillum hoc specioso exornauit titulo: *Eutyghij Aegyptij Patriarchæ Orthodoxorum Alexandrini, scriptoris vti in Oriente admodum vetusti, ac illustris, ita in Occidentem paucissimis Visi, tum perrarò auditi Ecclesie suæ Origines.* Auctorem porrò ex dignitate, antiquitate, patria, raritate operis, & exemplarium, materiæ, qua de agitur, claritate, alijsq; ornamentis sic apud suos lectores in sua commendat præfatione. *Iam Verò, inquit, cum de ordinis Hierarchici in Ecclesia Alexandrina, id est de Presbyterorum, & Episcoporum etiam & de ipsissimo hoc*

hoc, quem memorat Hieronymus more testimonium multò luculentius explicatiusque, habetur apud scriptorem satis Vetussum, Arabicum, Aegyptium, eumque eiusdem Ecclesiae Patriarcham Orthodoxorum (nam alius erat ibi non rarò Iacobitarum) nec dum typis editum, & perpaucissimis, nisi fallor nimium, aut lectum aut visum.

Equidem ex tam fastoso titulo, ex tam immoderatis laudibus, atque præconijs, tandemque ex tanta operis, & exemplarium raritate aliquid multò maioris ponderis, & momenti apud me conceperam olim, dum de hisce Originibus me per literas consuluit vir doctissimus, & de Catholica Ecclesia optimè meritus Bartholdus Nihufius; nec aliter mihi in hoc accidit, quàm illi, qui ex bullato nomine Chamæleonem adhuc sibi non visum Elephante longè mole grandiore existimauerat; aut illi, qui ex voce Asinum, & Cicadam. Verùm enim verò cùm eius operis mihi copia facta esset antè menses aliquot, continuo tota desijt admiratio; imò plurimum admiratus sum tituli vanitatem, futilitatemque, cùm viderem tam vile pharmacum, ac vulgare, omniumque tritum manibus tantis vendi in Calvinistico foro vociferationibus. Quandoquidem Chronicon illud Euty-chij, ex quo Periocham hanc de Ecclesiae Alexandrinæ Originibus excerpfit, seu potius extorsit Seldenus, nullis ferè non extat in celebrioribus aut Italiae, aut Galliae Bibliothecis; nemini, qui Arabicas literas:

vel primoribus degustavit labijs, tritum non est, ne-
 dum duplici superlatiuo *perpaucissimis aut Visum, aut*
lectum, vt suis Protestantibus venditat bonus Seldenus.
 Quinimò Latini iuris illud fecerat olim vir im-
 mortalitate dignus Ioannes Hefronita Tripolis Syriæ
 quondam Archiepiscopus, & Urbano VIII. Pontifi-
 ci summo fel. record. nuncupauerat, vt ex eiusdem
 Epistola dedicatoria doctrinæ Christianæ Arabicæ
 præfixa, & ipsius nomine à nobis Romæ edita Anno
 Domini MDCXXVII. in hæc verba. *Accipe igitur*
(alloquitur Urbanum Octauum) hunc, qua soles beni-
gnitate, libellum, mole quidem exiguum, sed Orienta-
lium fructu populorum, vti speratur amplissimum, dum
interea HISTORIAM de Mundi Seculis FELICIS
ALEXANDRINI PATRIARCHAE Arabico,
sed pereleganti stylo conscriptam paro. Eutygium hunc
 appellat Latinè FELICEM, significatione desumpta
 ex Arabico vocabulo *سعيد سعيد* *Sahid*, quod *felicem,*
 ac *fortunatum* denotat, quemadmodum, & Græcis
 ΕΥΤΥΧΙΣ. At proh dolor! dum historiam hanc
 iam latinitate donatam, atque perfectam ex Oriente
 in dies expectabam, vt mihi paucis ante mensibus
 per literas significauerat vir amicissimus, immature
 sanè fatis, ac non sine maxima Reipublicæ Literariæ
 iactura, & detrimento Auctorem ipsum, & elucubra-
 tiones inuidientia fata nobis præripuerunt.

Ad rem autem ipsam quod attinet, Eutychiij
 hanc

hanc Periocham cum Seldeni versione, & commentarijs statim, atque percurri, hominis admiratus sum, modestiam, sed parem in illo desideravi fidem. Quandoquidem suæ factionis, & partium abreptus studijs Eutyrium non lubentem, sed inuitum, ac nimiùm reluctantem in suorum conduxit castra, & sub modestiæ ornamentis mortiferum miscuisse videtur venenum. Imò si penitiùs perspiciendum est, nequaquam Eutyrium Alexandrinum, sed personatum Anglum sub Eutyrij nomine, & larua in scenam prodeuntem comperies. Etenim præcipuos locos, ex quibus totius Controversiæ huius pendet momentum, aut versione adulteravit Seldenus, aut commentarijs verum sensum, & lucem eis eripere conatus est. Quam quidem Periocham sic ab eo corruptam, & vitiatam, *Eutyrij Aegyptij Patriarchæ Orthodoxorum Alexandrini &c. Ecclesiæ suæ Origines*, appellare ei placuit, ad captandos in ipso exordio lectorum animos, quasi verò Eutyrius tractatum aliquem insignem, ac peculiarem, & ex professo ea de materia scripsisset, cum eam quasi præteriens tetigerit tantummodò. Quæ omnia profectò sine stomacho nemo veritatis studiosus, & linguarum, ac rerum, dogmatumque Orientalium peritus percurrere potest. Hinc patriæ, muneris, auitæ religionis, sed veritatis potissimùm inducti ratione, & stimulis singula Catholica fide, nempè sincerissimè sine furo, sine larvis, sine adul-

tera.

teratione, sine mutilatione auctoritatum, aut corruptione examinare decreuimus. In quo quidem præstando Iydius lapis nobis erit ipsum Eutychie Chronicon, ipsissima Periocha, antiquissima Ecclesiæ Alexandrinæ monumenta, aliorumque Orientalium mirus consensus. Obseruabimus prætereà imprimis illud Auli Persij Flacci, quod pro Lemmate sui Operis fronti ac limini affixit Seldenus, nimirum

*..... Non si quid turbida Roma
Eleuet, accedas, examenue improba in illa*

Castiges truxina

Non, non accedemus, Seldene, Romana defensori vitia, sed Fidem, quæ omni caruit, atque caret vitio, à vitijs, quæ illi falsissime cum tuis imponis Sodalibus, vindicaturi. Eam nempe Fidem de qua ad ipsos Romanos sic Apostolus. *Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus Vobis, quia Fides Vestra annunciat in Uniuerso Mundo.*

Andices forsitan, hanc Fidem mutatam esse? Sed D. Hieronymus mutari non posse lib. 3. Apolog. contra Ruffinum affirmat: *Scito, inquit, Romanam Fidem Apostolica Voce laudatam eiusmodi prestigias non accipere: Etiam si Angelus (quidni si Anglus?) aliter annunciet, quam semel predicatum est, Pauli auctoritate mutam non posse mutari.* Et ante Hieronymum, D. Cyprianus lib. 1. epist. 3. *Romanos esse, inquit, ad quos perfidia habere non possit accessum.*

Hoc

OPERIS:

7

Hoc idem inuiti fatentur Aduersarij, & quidem Aduersariorū Coriphæus Martinus Lutherus Tom. 7. Germ. VVit. fol. 561. vbi, *Ecclesia*, inquit, *nec debet nec potest mentiri, nec falsum docere, ne in Unico quidem capite*. Huius Ecclesiæ infallibilitatis rationem ibidem ita reddit: *Cum Dei os sit os Ecclesiæ, Deus certè mentiri non potest, ergo nec Ecclesia.*

Posita autem hac propositione, quæ verissima est, etsi per os Balaam prolata, rectissime sequitur: ergo Ecclesia Romana est vera Ecclesia, & Romana Fides nequaquam mutata est, aut mutari potuit; sed eadem nunc prorsus est, qualis Apostolica voce fuit laudata.

Quod verò ea Ecclesia, quæ non debet, nec potest mentiri, nec falsum docere, nec in vnico quidem capite, sit Ecclesia Romana, ex ipsis quoque Aduersarijs euincitur. Lutherus tom. 4. edit. VVitember. fol. 225. *Nos fatemur, inquit, sub Papatu multa esse bona Christiana, imò omne bonum Christianum, atque inde etiam ad nos provenisse. Et paulò post: Imò dico in Papatu Veram esse Christianitatem, imò Verum nucleum Christianitatis. Rursus: In Papatu scilicet esse Dei Verbum, Apostolatum, nosque sacram Scripturam, Baptismum, Sacramenta, & prædicandi officium ab ipsis sumpsisse. Bucerus in præparatione ad Concilium: Planè profiteamur, inter præcos Ecclesiæ Patres conuenire, Primatum habuisse Romanam Ecclesiam*

fiam super reliquas Ecclesias . Iacobus in rationibus desumptis ex Verbo Dei pag. 24. relatus à R. P. Henrico Fitz Simon in Britannomachia Ministrorum lib. 1. cap. 10. pag. 3. Nullum esse, inquit, in toto Mundo locum tam probabiliter, ac Romanam totius regiminis Catholicæ Ecclesiæ fontem, ac originem . Iacobus Rex Britannix in Domo Parliamentaria præcisè in medio literæ D. Ego Romanam Ecclesiam profiteor esse nostram matricem Ecclesiam . Et in colloquijs Hampt. Hac mea est constans, ac fixa persuasio, nullam debere Ecclesiam remotiùs à Romana Ecclesia secedere, quàm ipsa à se ipsa florente digressa sit .

Si itaque Ecclesia Romana fuit aliquandò per Aduersarios matrix omnium Ecclesiarum, fons, & origo totius regiminis Catholicæ Ecclesiæ, vnde omne bonum Christianum in alias promanauit Ecclesias; in eaque fuit vera Christianitas, imò verus nucleus Christianitatis, Dei Verbum, Apostolatus, sacra Scriptura, Baptismus, Sacramenta, & prædicandi officium, itaut non licuerit ab ea remotiùs secedere, quàm ipsa à se ipsa florente digressa sit: Si nec debet, nec potest eiusmodi Ecclesia mentiri, nec falsum docere, nec in vnico quidem capite, cùm Dei os sit os huius Ecclesiæ, qui mentiri non potest; quis tam manifestæ impudentiæ, & execrandi stuporis erit, qui affirmare audebit, Romanam Fidem Apostoli munitam auctoritate mutatam fuisse?

O P E R I S :

9

At obijciat hìc fortè Aduersariorum nonnemo :
 Hæc infallibilitas tribuenda est Ecclesiæ Vniuersali ,
 cui id promissum est , non autem alicui Singulari .

Ad hanc obiectionem respondeat Aduersarijs
 vnus ex Aduersariorum grege VVitakerus contr. 2.
 quæst. 4. cap. 3. pag. 489. vbi , *Nihil est* , inquit ,
Vniuersali Ecclesiæ promissum , quod non similiter sin-
gularibus Ecclesijs promittitur .

Fac ita sit, demus modò hoc VVitakero , & Sym-
 mystis (quamuis erroneum) quòd scilicet nihil fuit pro-
 missum Ecclesiæ Vniuersali, quod singularibus Eccle-
 sijs non fuerit promissum . Iure ergo ex hac doctrina
 inferre licet ad hominem , Ecclesiam Romanam nun-
 quam succubuisse, neque succumbere potuisse, quia
 aliquando fuit vera Ecclesia per ipsos Aduersarios, &
 os Dei, vel quà vniuersalis, vel quà singularis, cùm
 nihil per ipsos sit promissum Ecclesiæ vniuersali ,
 quod singularibus non fuerit promissum . Qua igitur
 fronte eam insimulare audent erroris , & lapsus ?
 Suis se confodiunt armis , dum incurrunt cæco im-
 petu in Romanam Ecclesiam , eiusque causam in
 lucem veritatis inuiti proferunt , ac suis se impli-
 cant paralogismis . Nemo enim sanæ mentis facillè
 concedit , quod ipsi ; nimirum nihil Ecclesiæ vni-
 uersali promissum fuisse, quod singularibus Eccle-
 sijs non fuerit promissum ; cùm certissimum sit ,
 Ecclesiæ vniuersali promissam fuisse infallibilitatem ,

B

Singu-

Singularibus verò non item. De infallibilitate vniuersalis Ecclesiæ dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preualebunt aduersus eam. Nec non: Quæ est Ecclesia Dei Viui, columna & firmamentum Veritatis.* Vnde præclare Stapletonus Contr. 4. quæst. 2. articulo vnico, *Ecclesia, in conclusione Fidei semper est certissima, & infallibilis.* Singulares Ecclesias de ficto defecisse, atque succubuisse euidentissimè constat. Nam quis nescit, Constantinopolitanam succubuisse aliquandò in Macedonio, & Nestorio, Alexandrinam in Dioscoro, in Macario Antiochenam, & sic de alijs? Restat ergo, vt dicamus, infallibilitatem necessariò residere penes Ecclesiam vniuersalem, cuius caput est Romanus Pontifex, cui in Petro, cuius est successor, ab ore Veritatis dictum fuit: *Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua.* Quod verò statim subiungitur, *& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos,* de singularibus Ecclesijs intelligendum est, quæ in fide dirigendæ, & confirmandæ sunt à Petri successore, in quem confirmandi fratres auctoritas deriuata est. Apud Romanam igitur Ecclesiam residet hæc infallibilitas. Quamquam haud me latet, VVitakerum, more omnium hæreticorum à se ipso desciscere, atque alibi asserere, tam Ecclesiam vniuersalem, quàm singulares Ecclesias errare posse. Ex quo planè patet hos in Deum
ipsum

ipsum blasphemus esse, quia si os Ecclesiae, quod per ipsos est Dei os, mentiri, & errare potest, sequitur inde necessarium, Deum & mentiri, & errare posse, quod vel verbis proferre, aut mente concipere ad horum convincendam peruicacitatem, animus horret, luctuque refugit.

Tu autem Seldene hæc interea reliqui versus in Romanos usurpati attentò perpendito animo

..... *Nec te quaesieris extra.*

Tecum habita, te nosce, nec de Romana religione ita temerè pronuncies, cum prorsus ipse nescias, quæ sit hodie in tua verè plusquam turbidissima Anglia religio, nec quæ sit cras futura, non omnium, inquam, sed singulorum; tot enim apud vos sunt religiones, quot capita. Res ipsa in foris, & plateis proclamat. Decreta vestri Senatus, seu Parlamenti ante quatuor fermè annos edita de religione statuenda à vestris theologis & ministris hoc satis superque testantur. Iamdudum hac de re grauibus conquestus est verbi Theodorus Beza in Epist. Theolog. epist. i. ad Andream Duditium. *Exercuerunt me diu, & multum illa ipsa, quas describis cogitationes, scilicet nostros palantes omni doctrinae vento, & in altum sublatis, modò ad hanc, modò ad illam partem deferri. Horum quæ sit HODIE de Religione sententia, scire fortasse possis, sed quæ cras de eadem futura sit opinio, neque certò affirmare queas. In quo tandem religionis capite congruunt*

inter se Ecclesia, qua Romano Pontifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras OMNIA, nihil propemodum reperias ab Uno affirmari, quod alter statim non impium esse clamites. Sed audiatur etiam Lutherus in Epist. ad Antuerpienses: Tot inter nos religiones sunt, quot homines, neque Asinorum quisquam est tam hebes, & Vacors, qui insomnia proprii capitis, & propriam opinionem pro instinctu Spiritus Sancti, & se ipsum prophetam haberi nobis.

Velim, nunc regrediantur ex Inferis Beza ille, & Lutherus, ut quanam de vna sola Anglia eorum sit modò sententia, dicant. Nam si tunc in dies singulorum mutabatur de religione opinio; nunc sanè in horas, & momenta. Turbida quidem est omnium Protestantium vbiq; terrarum Synagoga; sed omnium turbidissima est, quam Anglicanam vocant. In densissimis, & plusquam Aegyptiacis iacet hæc tenebris, vbi eam palpando ex Senatus decreto quaritant ministri, ac theologi, & nequam inuenire hæctenus potuerunt, sed confusa vera veræ Ecclesiæ lingua, lapides, ut aiunt, pro cœmento, & hoc pro lapidibus in turri hac Anglicana alter alteri porrigit. Quamobrem mi Seldene

..... *Nec te quesueris extrâ.*

Nam: *Si potuit euadere quisquam, inquit D. Cyprianus lib. de vnit. Eccles. qui extra arcam Noë fuit, & qui extra Ecclesiam foris fuerit, euadit; stare tu (Seldene)*

dent) & *Uivere putas posse de Ecclesia recedentem , sedes tibi alias , & diuersa domicilia condentem ?*

Porro quinam Aduersariorum scopus est , dum de Presbyterorum , & Episcoporum æqualitate , aut inæqualitate , vel discrimine nobiscum digladiantur ? & quorsùm collimant ? fortasse percontabitur hìc nonnemo ; cùm ipsi nec Presbyteros habeant , nec Episcopos , æquales , vel inæquales , aut secundùm quamcunque aliam figuram geometricam .

Sanè nullus alius scopus illis esse videtur , aut ratio , quàm ipsa infania , & libido illa Ecclesiæ Romanæ impugnandorum dogmatum . Nec puduit Lutherum hoc apertè fateri tom. 5. edit. VVitem. Ann. 1551. fol. 473. *Doct̃or Martinus Luther Vult sic habere , & dicit Papistam , & asinum esse rem Unam. Sic Volo , sic iubeo , sit pro ratione Voluntas .* Aliam quoque affert rei huius causam tomo 4. edit. Iem. fol. 243 tam de se , quàm de suis loquens : *Nos à Diabolo , inquit , captiuos teneri , Veluti à principe ; ac Deo nostro , Ut cogamur facere quicquid ipse Vult , nobisque inspirat .* & qui Sanctorum , ac bonorum Angelorum inuocationem vt idololatrici habuit , eòq; nomine illam è fidelium memoria , & mente euellere omnibus contendit neruis , in suis tamen colloquijs fol. 5. 18. & 124. exclamare non horruit : *Sancte Sathan ora pro nobis : minimè tamen contra te peccauimus clementissime Diabole .*

Iacobi Zaborouij alius fuit scopus, dum in Responſione ad Nodum Gordium Martini Smiglecij Societatis Ieſu probare nititur, Presbyterum, & Episcopum iure diuino eundem eſſe, ſolumque conſuetudine Eccleſiæ inductum eſſe, vt ordinatio pertineret ad Episcopum. Quod quidem contendit ad ſuorum Miniſtrorum legitimam miſſionem demonſtrandam; quia cùm Presbyter ritè ordinatus eſſet Luther, vt ait, alios quoque miniſtros iure ordinare poterat, atque mittere. Idem ſentiunt plures alij Proteſtantes. Sed quàm feliciter, & verè id probant, doctiſſimè oſtendit mox laudatus Smiglecus totis duobus libris de Miniſtrorum notis contra Zaborouij Reſponſionem ad Nodum Gordium, & præſertim lib. 1. cap. 9. pag. 66.

Conuenire tamen videntur omnes, cuiuſque generis, & farinæ Proteſtantes, qui Eccleſiarum bonis, & facultatibus lupino inhiarunt ſemper ore, fortem alligandum priùs eſſe, tum vaſa domus eius diripienda. Quinam autem ſit fortis iſte, qui in ſpecula Eccleſiæ Chriſti poſitus inuigilat gregi, declarat nobis Doctrinæ Apoſtolicæ Syrus Interpres, quiſquis ille fuit, exponens hæc Ezechielis cap. 33. verba: *Terra, cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terra Virum Unum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem &c.*

Gladius itaque est iudicium, Buccina autem Euangelium, Speculator Verò Episcopus, qui præponitur Ecclesie. Hinc fatis appositè tam in laudata Doctrina Apostolica, quàm alibi passim appellatur Syris Episcopus *ܪܒܒܐܝܢ* Rab Baito, scilicet, *Magister, præpositus, & præfectus domus, œconomus, dispensator, & eiusmodi.* Chaldei Orientaliores vocare solent Episcopum *ܩܝܘܢܐ* Ghizabra, nempe *Custos Thesauri, Præfectus Aerarij.* Hunc itaq; magistrum, præpositum, & præfectum domus; hunc œconomum, & dispensatorem; hunc custodem thesauri; hunc præfectum aerarij alligandum, expellendum, eijciendum, exterminandum censent religionis nuperi reformatores, (sic enim dici amant; sed verius deformatores) ut ad bona Ecclesiarum faciliùs diripienda pateat illis aditus.

Claudius Salmasius in suo Apparatu de Primatu Papæ, hanc herbam, nempe Episcopatum, euellendam radicitùs vellet, quòd ex illa pullulat Papatus, qui, ut Christianæ, ac Catholicæ religionis, dignitatisque summus est apex, & auctoritas, ita inuadentibus lupis fortissimus obex.

Por-

Porrò quod miseratione, imò vberrimis lacrymis dignum est; si quid ambiguum, vel paulò obscurius apud Patres, & Scriptores occurrit, id sibi asciscunt Aduersarij, ac suis paralogismis in Ecclesiam Catholicam illud intorquent, & abutuntur, ipsum verò Auctorem ad astra vsque efferunt laudibus. Eundem verò, cùm ita clarè, ac planè loquitur, vt eorum rectà, & validè feriat commenta, nec eius testimonia possint ad libidinem extorquere, deserunt statim, ignorantia insimulare audent, & contrariam occinunt cantilenam. Semel scriptum reliquit D. Hieronymus in Epistola ad Eua-
grium, quæ est 85. *Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat? Quæ verba etsi clarè ostendant illa exceptione vtriusque ordinis distinctionem, nihilominus ansam arripuerunt inde Aduersarij, integra conficiendi volumina, quibus probare adnituntur, Episcopum non esse Presbytero superiorem. Loquentem verò eundem Hieronymum clarissimè de hoc discrimine, & successionum Episcopaliū seriem cum alijs Patribus ab ipso Apostolorum æuo repetentem sic excipit Salmasius in Apparatu de Primatu Papæ pag. 35. eosque summæ, & crassæ insimulat ignorantia: *Quis non videt, inquit, Patres dum sua tempora sola respiciunt, quibus Episcopi in singulis Urbibus regnabant Presbyterio superiores, putasse à principio rem ita fuisse? Ipse Hieronymus**

mus

mus aliquando errore isto communi abreptus deprehenditur successionum Episcopaliū ab Apostolorum tempore repetendarum. De ipso verò Seldeni Eutychio, deque Patribus Græcis, & Latinis, sic pag. 87. Quod Eutychiū nesciuit, cui idem Usū venit, quod omnibus fermè Scriptoribus Ecclesiasticis Græcis, Latinisque, ut dum more sui temporis spectant, à principio sic semper fuisse existimarent. Indè successiones, & origines Episcoporum repetita à temporibus Apostolorum.

Vide, sodes, quantam fidem, quantamque auctoritatem tribuunt Aduersarij Patribus, & Scriptoribus, & quo eos habent in pretio, quoties suis testimonijs eorum infringunt commenta, & libidini non assentiuntur. Hic satis appositè quadrat Salmasio illud D. Augustini lib. 2. cap. 2. contra Faustum: *Tu es ergo regula Veritatis: quicquid contra te fuerit non est Verum?* Et id aliud lib. 32. cap. 19. contra eundem, omnibus Protestantibus: *Videtis ergo, id vos agere, ut omnis de medio Scripturarum auferatur auctoritas, & cuique animus author sit, quid in Unaquaque Scriptura prober: id est, ut non auctoritati Scripturarum subijciatur ad fidem; sed sibi Scripturas ipse subijciat, non ut ideò illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi auctoritate scriptum legitur, sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quo te committis anima misera?*

At si Patres, & Hieronymus ipse sua spectarunt

sola tempora , adeoque existimarunt à principio sic
 semper fuisse , qua fronte Patres tam Græcos , quàm
 Latinos , & Hieronymum ipsum à suis stare partibus
 pro Episcoporum , & Presbyterorum æqualitate
 affirmant Aduersarij ? Certè hoc affirmari nequit ,
 nisi protestantica impudentia , & audacia . Potiùs
 itaque , ac verissimè dicendum est , Salmasium sua
 sola spectasse tempora , & solam profanam Protestan-
 tium Synagogam , in qua nec Episcopi sunt vlli , nec
 Presbyteri æquales , vel inæquales . Sed profectò
 non existimauit , rem ita fuisse semper à Principio :
 Vndè enim id sciri potest , nisi auctoritate illorum ,
 qui proximè temporibus Apostolorum vixerunt , &
 Ecclesiasticas reliquerunt nobis historias ? Et vnde
 Salmasio tanta oculorum acies , vt omnia perlustra-
 uerit vsque ad Apostolorum æuum , & ex septende-
 cim seculorum obscuritate , & inuolucris tantam ve-
 ritatem Orbi Christiano tam strenuè exeruerit ? Sed
 profectò non aliundè id prouenit , nisi ex Caluini-
 stico pharmaco , quo eos infectos , fascinososque ha-
 bet , vt sibi videre videatur , quod reverà non videt .

Porrò Seldenum quod attinet , non sic suum ex-
 cipit Eutychium , sed omni fide dignum eum ha-
 bendum vult ; illicque est veluti alius Beda planè
 Agyptius . Sic enim in calce suæ Præfationis de illo
 loquitur : *Sed Verò si Eutychio fidem hic parùm ha-
 bendam ideo forsan quis morosius existimauerit , quòd*

qui fuerit ipse adeò rebus, quas tradit recentioris (nam seculo, ut vides, floruit decimo) certè necesse est, ut is, si parili in paribus utatur ratione, nec Iosepho, Liviò, Halicarnassæo, Plutarcho, Eusebio, Zonare, origines, & res gestas Iudaicas, Romanas, Græcas Punicas, Christianas tandiù seculum suum anteuertentes narrantibus, nec id genus alijs credat, imò ut pro fide dignis habeat historijs (præter sacras literas) duntaxat ipsa Archivorum penetralia, Conciliorum acta ipsa, Thucydides, Polybios, Salustios, Casares, Tacitos, Guicciardinus, Comminæos. Mihi sanè Euty chius in hisce est veluti Beda planè Ægyptius.


Benè quidem, Seldene, vltro, ac lubenter tibi admittimus Euty chium omni fide esse dignum, imò dignissimum, & omnem illi habendam fidem, atq; ei veluti Bedæ planè Ægyptio, non solùm in hisce, sed in omnibus quoque articulis, de quibus controuersia nobis est vobiscum, standum esse. Quamobrem ingenuè, ac priscè proferas, rogo, quid sentit Beda iste de numero Sacramentorum tam in Chronico tantoperè à te laudato, quàm in alijs eius opusculis? quid de Sacrificio Missæ? quid de Corporis Christi realitate, ac ipsa transubstantiatione? quid de Sanctorum reliquijs, inuocatione, ac intercessionem? quid de sacris Imaginibus? quid de ciborum delectu, de ieiunijs, de coelibatu, & virginitate, de Monachatu, de bonis operibus, de votis, de altaribus, de signo

Crucis, de traditionibus, de Romana Sede, ac Romanis Pontificibus, & an sanctus Petrus Romam sit profectus, ibique Cruci inuersus affixus, an Romanam fundauerit Sedem, an Romani Pontifices eius sint successores; demumque de alijs eiusmodi sexcentis, quæ Protestantica impudentia Romanorum Pontificum esse commenta asserere non verentur vestri? At de his fusè in consensu Orientalium tam inter se, quàm cum Ecclesia Romana, Deo fauente, dicemus.


Porro ad rem ipsam iam veniamus, expendamusque eos Bedæ huius Ægyptij locos, ex quibus sua adstruere conatur contra nos argumenta Seldenus. Et, vt res meliùs à lectoribus nostris intelligatur, præmittenda est Eutychie Arabica Periocha cum Latina Seldeni interpretatione, quam nostra sequetur. Errores verò, & mendas, quæ ad ipsam controuersiam non pertinent, (quas plures, & graues commisit tam in Periocha, quàm in Commentarijs,) ad calcem Operis castigandas esse commodiùs, duximus. Nostra autem dicta non modò ex Eutychio ipso, & antiquissimis Ecclesiæ Alexandrinæ monumentis firmabimus; sed etiam ex aliorum Orientalium testimonijs; & auctoritatibus. Sic enim facilè videbunt Aduersarij, quanam sit Eutychie mens, & sensus, & quàm mirus omnium Orientalium sit consensus.


At isthæc meditantem interpellauit nonnemo dicens:

cens ; Heus Abraham ! ad quid vanos impendis labores ? si Moysen , & Prophetas , quos habent , non audiunt , putasne , illos audituros , aut credituros , si tuum miseris ad eos Orientalem Lazarum , aut ex tuis mortuis quempiam alium ? Huic ego : quid sint facturi , amice , prorsus ignoro ; at quid meę postulant partes , habeo ex D. Iacobo Syro in carmine de amore , & studio veritatis ita scribente .



*Loquere , loquere tu , cui loquendum est , audiant te ;
Vel non audiant , ne cesses loqui . Equum tamen , ac
par est credere , eos audituros , cessurosque illorum
auctoritati , ad quos prouocarunt . Quamobrem vo-
tum secundet , qui potest , nostrum , Deus .*





EVTYCHII
PATRIARCHÆ ALEXANDRINI
PERIOCHA,

Cum versione Seldeni.

تسوع شديس
من قلوديوس
قيصر كان مرقس
الاجيلى بمدينه
الاسكندريه يدعوا
الناس الى الايمان
بالمسيح سيدنا . فبينما
مرقس يمشى فى مدينه
الاسكندريه اذ انقطع
شعاع نعله . وجلس
عند رجل اسكافى



Nnus ageba-
tur *Claudij*
Cæfaris no-
nus, cùm *Marcus E-*
uangelista in vrbe ver-
fatus est *Alexandriæ*,
vt indè propagaretur a-
pud homines fides in
Christo Domino no-
stro. Dum autem per
urbem incedit, diffrin-
gitur calcei eius corri-
gia:

gia: quem ut reficeret, ad
Sutorem se contulit no-
mine *Hananiam*, qui su-
bula ad perforandum cal-
ceum sumpta, digitum
suum perforavit, adeo ut
multum efflueret sangui-
nis, nec sine dolore in-
genti. Submurmuranti
igitur in *Marcum*, dixit
ei ille, si credideris in *Iesum*
Christum Filium Dei, di-
gitus tuus sanabitur. Pre-
hensio igitur digito eius
dixit, In nomine *Iesu*
Christi sanus sit digitus
tuus; qui eodem momen-
to in sanitatem restitutus
est, sanguine amplius non
effluente. Et credidit ab
eo tempore *Hananias* in
Christum, unde baptiza-
vit eum *Marcus* & con-
stituit eum Patriarcham

يقال له حنانيا ليصلح
نعله . فاخذ حنانيا
الاشفا ليثقب النعل
فثقب به اصبع نفسه .
فسال منه دما كثيرا .
واوجعه وجعا شديدا .
فتبرم بمرقص فقال
له مرقص ان انت
امنيت بيسوع المسيح
ابن الله فان اصبعك
تبرأ . واخذ مرقص
اصبع حنانيا . وقال
بسم يسوع المسيح
تبرأ اصبعك . فبرئت
اصبعه للوقت . فانقطع
الدم فامن حنانيا
من ساعته بالمسيح
وعده مرقص وصيرة
بطريكاً على الاسكندرية .
وهو اول بطريك صير
على الاسكندرية .

وان مرقس البشير صير
 مع حنانيا البطريرك
 اثني عشر قسيس يكونوا
 مع البطريرك واذا عدم
 البطريرك . يختاروا
 واحد من الاثني عشر
 قسيسا . ويضع الاحد
 عشر قسيس الباقون
 ايديهم على راسه
 ويباركونه . ويصلونه
 بطريركا . ثم يختاروا
 رجلا فاضلا فيصيروه
 قسيسا معهم بدل
 الذي صير بطريركا
 ليكونوا اثني عشر ابدا .
 فلم ينزل رسم القسا
 بالاسكندرية يصلوا
 البطاركة من
 القسا الاثني
 عشر الى زمان
 الاسكندر بطريرك

Alexãdria. Scilicet is pri-
 mus erat *Alexandria* Pa-
 triarcha constitutus. Cõ-
 stituit item *Marcus* Euã-
 gelista duodecim Presby-
 teros cum *Hanania*; qui
 nempe manerēt cum Pa-
 triarcha, adeò vt cùm va-
 caret Patriarchatus, eli-
 gerent vnum è duodecim
 Presbyteris cuius Capiti
 reliqui vndecim Manus
 imponerent eumque be-
 nedicerent & Patriarchã
 eum crearent, & dein vi-
 rum aliquem insignem
 eligerent eumque Pres-
 byterum secum cõstitue-
 rent loco eius qui sic fa-
 ctus est Patriarcha; vt ita
 semper extarent duode-
 cim. Neque defijt *Alexã-
 dria* institutum hoc de
 Presbyteris, vt scilicet
 Pa-

Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, vsque ad tempora *Alexandri* Patriarchæ *Alexandri* qui fuit ex numero illo CCCXVIII. Is autē vetuit ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent. Et decreuit vt mortuo Patriarcha conuenirent Episcopi qui Patriarcham ordinarent. Decreuit item vt vacante Patriarchatu, eligerent siue ex quacunq; regione siue ex duodecim illis Presbyteris siue alijs, vt res ferebat, virum aliquem eximium, eumq; Patriarchā crearent. Atq; ita euauit institutum illud antiquius, quo creari solitus à Presbyteris Patriarcha; & successit in locum eius

الاسكندرية الذى كان فى جملة الثلاثة ايه والشانويه عشر. فان منع من ان يصلحون القسا البطريك؛ وامر ايضا اذا ملك البطريك ان يجتمعوا الاساقفه ويصلحون البطريك. وامر ايضا اذا مات البطريك ان يختاروا من اى بلد كان رجلا فاضلا. او من اولايك الاثنى عشر قسما او غيرهم ممن يرضا حاله فيصلحونه بطريك. وانقطع الرسم القديم من اصلاح القسا البطريك. وجرى الامر للاساقفه فى اصلاح البطريك. واما

سوالهم لم يهـ
 بطريـك الاسكندريـه
 بسابـا فمعي البـابـا
 جد . فان منذ حنانيا
 الذي اصله مرقس
 المشيـه رـبطـريـك
 الاسكندريـه الى وقت
 ديمـتريـوس بطريـك
 الاسكندريـه وهـو
 الحـادى عـشـر
 بطريـكـا كان على
 الاسكندريـه . لم
 يكن فى عمل مصر
 اسقف . ولم تكن
 البطاركة الذين قبله
 اصلوا اسقفا . فلما
 صار ديمـتريـوس بطريـكـا
 اصلح ثلثه اساقفه .
 وهـو اول بطريـك
 بالاسكندريـه عمل
 الاساقفه . فلما مات

decretum de Patriarcha
 ab Episcopis creando . Is
 etiam petijt ab eis ne Pa-
 triarcha *Alexandrinus*
Papa vocitaretur ; quod
 significat Auum . Sed ve-
 rò ab *Hanania* quem cõ-
 stituit *Marcus* Euange-
 lista Patriarcham *Ale-*
xandriae, vsq; in tempora
Demetrii Patriarchæ ibi-
 dem (is Patriarcha fuit
Alexandrinus vndeci-
 mus) nullus erat in Pro-
 uincijs *Aegypti*, Episco-
 pus; nec Patriarchæ ante
 eum crearunt Episcopos;
 Ille autem factus Patriar-
 cha tres constituit Epi-
 scopos . Et primus fuit
 hic Patriarcha *Alexan-*
drinus , qui Episcopos
 fecit . Mortuo *Demetrio*
 suffectus est *Heraclas* Pa-
 triar-

triarcha *Alexandrinus*,
 qui Episcopus constituit
 viginti. Ex his vnus erat,
Ammonius dictus; reli-
 gionis defertor. De quo
 simul ac ad *Heraclam* de-
 lata est fama, congrega-
 uit is Synodum Episco-
 porum, & in urbem *Am-
 monij* perrexit, vbi re-
 fatis cognita & perspe-
 cta, eum ad Veritatem
 reduxit. Cùm verò ho-
 mines audierant Episco-
 pos vocitare Patriarchā
Abba seu Patrem, inter
 se dixere, nos Episcopum
 quemlibet *Abba* seu Pa-
 trem appellamus; Et ap-
 pellant Episcopi Patriar-
 cham *Abba*. Vnde sanè
 oportet vt vocemus nos
 Patriarcham *Papam* id
 est Auum, cùm sit Pater

مي-ر بعدة هـ-ر-ق-ل
 بطريك على الاسكندرية.
 فاصحح عشرون اسقفيا .
 فواحد من هـ-ولا
 الاساقفه اسمه او مانيوس
 خالف الشريعة . واتصل
 خيرة بهرقل البطريك
 فجمع هـ-ر-ق-ل البطريك
 جماعة من الاساقفه .
 وصار الى مدينته
 او مانيوس . فكشف عن
 حاله فذهب في امرة
 وردة الى الحق . فسمعت
 العمامه الاساقفه وهم
 يسمون البطريك ابا .
 فقالوا في نفسهم اذا
 كنا نحن نسمى الاسقف
 ابا . والاسقف يسمى
 البطريك ابا . فيجب
 علمنا نحن ان نسمى
 البطريك بابا . اي
 جدا . اذ كان اب الابا .

فسمى بطريرك الاسكندريه من ايام هرقل بابا اى الجد . فاما حنايا بطريرك الاسكندريه الذى اصله مرقس المشير على كرسيه اقام اثنين وعشرون سنه ومات . وخرج مرقس المشير الى يرقه يدعو الناس الى الايمان بالمسيح ابن الله . ومات قلوديوس قيصر الملك فملك بعده ابنه نارون قيصر برومه ثلثه عشر سنه . وهو اول من اهاج على المنصارى الشر والبل . وكان رجالا شريفا جدا ردى الشهيرة . وفي عصره نارون قيصر كتب

Patrum . Ita à tempore *Heracle*, Patriarcha *Alexandrinus* dictus est *Papa*, id est Auus. Postquam autem *Hananius* Patriarcha *Alexandrinus* quem *Marcus* Euāgelista in fede sua constituit, annos federat XXII. mortuus est. Et profectus est *Marcus* Euangelista in *Barcam*, vt propagaretur apud homines Fides in Christum filium Dei. Obijt dein *Claudius* Cæsar, Imperator, & imperauit *Romæ* post eū, filius eius *Nero* Cæsar annis XIII. qui primus fuit grauissimorum in Christianos malorum autor ; homo vtpotè, in consilij & vitæ instituendæ ratione, improbissimus

simus . Et tempore *Neronis* Cæsaris , scripsit *Petrus* , Apostolorum Princeps , Euangelium *Marci* , cùm *Marco* , lingua *Romana* , in vrbe *Romæ* . Sed attribuit illud *Marco* . Etiam tempore huius Imperatoris scripsit *Lucas* Euangelium suum *Græcè* , ad virum Nobilem ex Sapientibus *Romanis* , cui nomen *Theophilus* , ad quem itē scripsit *Acta* seu Discipulorum historiam . Erat autem *Lucas* Euangelista comes *Pauli* Apostoli , quocùm per tempus aliquod mansit . Vndè est quòd *Paulus* Apostolus in quadam Epistola sua dicit , *Lucas Medicus vos salutat* . Prehensum verò

Pe-

يظرس رئيس الخواريون
 لجيل مرقس عن
 مرقس في الرومية
 في مدينته روميه
 ونسبه الى مرقس
 وفي عهد هرون
 الملك ايضا كتب
 لوقا ايجيوله
 باليهودانية الى
 رجل شريف من
 علماء الروم يقال
 له ثاوفيلان . او كتب
 اليه ايضا الابركسيس
 الذي هو اخبار
 التلاميذ . وقد كان لوقا
 البشير صاحب بولص
 الرسول . واقام معه
 زمانا . وذلك ان بولص
 الرسول يقول في بعض
 رسايله ان لوقا الطبيب
 يقرا عليكم السلام .

واخذوا نازون قيصرا
 لمطرح وعلية منكسا
 وقتله لان بطرس قال
 لــــه ان اردت ان
 تصليني فاصليني
 منكسا لهبل اذ شبيهه
 بسيدى المسيح فانه
 صلب قائما . وصرب
 عنق بولص بسيف
 وكان له بطرس بعد
 سيدنا المسيح
 حين قتل اثنون
 وعشرون سنة .
 وصير بعد بطرس
 لينوس بطريركا على
 روميه اقام اثنى عشر
 سنة ومات . وهو اول
 بطريرك صاز على روميه .
 وكان مرقس صاحب
 الانجيل بالاسكندريه
 وقره يدعو الناس

Petrum Nero Cęsar cruci affigit, corpore scilicet inuerso, atque ira morte eum affecit. Nam & dixerat ei *Petrus*, si vis, vt ego cruci affigar, corpore me inuerso affige cruci, ne mors mihi inflictă similis sit ei quę infligebatur Domino meo Christo, qui cruci affixus est, corpore erecto. Sed gladio trucidauit *Paulum*. Occisus autem est *Petrus* sub annum XXII. post Dominum nostrum Christum. Erat verò post *Petrum*, *Linus* Patriarcha *Romę*, quę functus dignitate XII. annos obiit. Et hic primus erat Patriarcha *Romanus*. Atq; erat *Marcus* Euāgelij autor,

in

in *Alexandria & Barca* الى الاديان بالمسيح
 (vt scilicet propagaretur ابن الله سبحانه
 apud homines Fides in ستمين . وفي اول
 Christum Filium Dei) سنة من هلكة
 annis VII. Et anno Im- هذا نزارون
 perij *Neronis* Cæsaris iā قيصر قتل مرقس
 dicti primo , occisus est بالإسكندرية واحرق
Marcus Alexandria , جسد هـ بالثمار
 & corpus eius igne est crematum .



A V T O R I S

Noua versio ad verbum.

ANno nono Imperij Claudij Cæsaris erat Marcus Evangelista in Urbe Alexandria conuocans homines ad Fidem in Christum Dominum nostrum . Dum autem per Urbem incedebat Marcus , disrupta est corrigia calceamenti eius , hinc sedit apud hominem sutorem dictum Hananiam , Ut resciceret calceum suum . Cumque accepisset Hananias subulam ad perforandum calceum , ea digitum suum perforauit , effluxitque ex illo multum sanguinis , & maximo affecit illum dolore , quamobrem plurimum de Marco conquestus est . Et dixit ei Mar-

CUS :

tus : Si credes in Iesum Christum filium Dei , sanabitur
 digitus tuus . Atque apprehenso digito Hanaanias dixit Mar-
 cus : In nomine Iesu Christi sanetur digitus tuus , &
 statim sanatus est digitus eius , & constitit sanguis .
 Hanaanias autem sine ulla mora credidit in Christum ,
 baptizauitque illum Marcus , & constituit eum Patriar-
 cham Alexandria , & est primus Patriarcha Alexan-
 dria constitutus . Constituit etiam Marcus Euangelista
 cum Hanaanias Patriarcha duodecim Presbyteros , qui
 adessent Patriarcha , ut decedente Patriarcha , elige-
 rent unum ex duodecim Presbyteris , & imponerent re-
 liqui undecim Presbyteri manus suas capiti eius , & be-
 nedicerent eum , & constituerent eum Patriarcham .
 Dein eligerent virum aliquem virtutibus prestantem ,
 illumque sufficerent Presbyterum secundum locum eius , qui Pa-
 triarcha successus est , ut essent perpetuo duodecim . Ne-
 que desijt mos ille Presbyterorum Alexandria constituendi
 Patriarcham ex ijs duodecim Presbyteris usque ad tem-
 pus Alexandri Patriarcha Alexandria , qui erat ex nu-
 mero trecentorum octodecim (Patrum Nicææ congrega-
 torum ;) is enim vetuit , ne Presbyteri constituerent Pa-
 triarcham . Præcepit quoque , ut mortuo Patriarcha ,
 conuenirent Episcopi , & Patriarcham constituerent .
 Præcepit etiam , ut defuncto Patriarcha , eligerent ex
 quacunque regione virum aliquem virtutibus præcellen-
 tem , siue aliquem ex illis duodecim Presbyteris , siue alijs ,
 cuius placeat conditio , & illum constituerent Patriarcham .
 cessa-

cessavitque antiquus mos constituendi Patriarcham à Presbyteris, factaque est potestas penes Episcopos constituendi Patriarcham. Si qui Verò percunctati fuerint; cur Patriarcha Alexandrinus Vocatur Papa? Papa autem Anum significat. Hoc quidem ideò, quia à tempore Hananiae, quem Marcus Evangelista Patriarcham constituit Alexandriae, usque ad tempora Demetrii Patriarchae Alexandrini, & est Undecimus Patriarcha Alexandrinus, nullus erat in Territorio Aegypti Episcopus; nec Patriarcha, qui ante eum erant, constituerant (ibi) Episcopum. Cum itaque factus est Demetrius Patriarcha, tres constituit Episcopos, & est primus Patriarcha, qui in ALEXANDRIA fecit Episcopos. Eo autem defuncto, successit post illum Heraclas Patriarcha Alexandriae, qui Viginti constituit Episcopos. Unus autem ex his Episcopis nomine Eumenius, in Legem pravaricatus est. Cum autem eius fama ad Heraclam Patriarcham delata esset, congregavit Heraclas Patriarcha Synodum Episcoporum, perrexitque ad Urbem Eumenij, & eius status satis cognito, atque perspecto negotio illius, eum ad Veritatem reduxit. Plebs Verò audiens Episcopos Patriarcham appellantes patrem, dixit apud se: Si nos Episcopum appellamus patrem, & Episcopus Patriarcham patrem appellat, oportet, Ut nos Patriarcham appellemus Papam, idest Anum, cum ille sit Pater Patrum. Appellatus itaque est à diebus Heraclae Patriarchae Alexandrinus Papa;

idest Anus. Porro Elnanias Patriarcha Alexandrie;
quem constituerat Marcus Euangelista in ea Sede Pa-
triarcham, sedit annos viginti duos, & mortuus est.
Marcus Verò Euangelista egressus est ad Barcam ho-
mines conuocans ad Fidem in Christum Filium Dei.
Et mortuus est Claudius Caesar Imperator, imperauit-
que post illum filius eius Nero Caesar Roma tredecim
annis, & est primus, qui concitauit in Christianos ma-
lum, & persecutionem. Erat quippe homo pessimus,
ac improbissimis moribus. Tempore autem Neronis Ca-
saris scripsit Petrus Apostolorum Princeps Euangelium
Marci, Marco excipiente, Lingua Romana in Urbe
Roma, & attribuit illud Marco. Huius quoque Impe-
ratoris tempore scripsit Euangelium suum Lucas Græca
lingua ad Virum quendam nobilem de Sapientibus Ro-
manorum, cui nomen Theophilus. Inscrisit eidem præ-
tereà Acta, quæ sunt Historia Discipulorum. Lucas quip-
pe Paulum Apostolum comitatus erat, ac per aliquod
tempus manserat cum illo; nam Paulus Apostolus in
quadam sua Epistola dicit: Lucas Medicus vos salu-
tat. Nero autem Caesar captum Petrum cruci affixit
inuersum, atque illum occidit; quia dixerat ei Petrus:
Si Vis me cruci affigere, quæso, affigito me inuersum,
ne similis fiam Domino meo Christo, qui rectus cruci affi-
xus est. Pauli Verò collum gladio trucidauit. Occisus
autem est Petrus viginti duobus elapsis post Christum
Dominum annis; & susceptus est Petro Linus Patriar-
cha

cha Roma, sedique annis duodecim, & mortuus est, & fuit Primus, qui Roma Patriarcha successus est. Marcus autem iuuentor Evangelij erat in Alexandria, & Barca conuocans homines ad Fidem in Christum, Filium Dei per spatium annorum septem. Anno autem primo huius Neronis Caesaris occisus est Marcus Alexandria, & corpus eius igne crematum est.



CAPVT I.

*De statu Quaestionis; nec non de praecipuis
argumentis, quae Seldenus ex Eutychy
Periocha in Hierarchiam Eccle-
siasticam adstruit.*

Questio est, an idem sit siue ordine, siue gradu, siue dignitate, siue iurisdictione Presbyter, & Episcopus. Affirmant Lutherus, & Calvinus, ac quotquot in ipsorum iurarunt verba. Negant Catholici constanter asserentes, Episcopum ex iure diuino Presbytero esse superiorem, sua firmantes dicta sacrorum Conciliorum canonibus, & sanctorum Patrum testimonijs. Vtrinque itaque integris scriptis voluminibus acriter digladiati sunt par-

tium propugnatores. Nec venerandæ tantùm anti-
 quitatis auctoritate disceptatum fuit ; verùm etiam
 ad variarum gentium, & linguarum Scriptores, &
 Scripta prouocatum. Vnam vnus Eutychie Arabis
 Scriptoris ex tota Orientali supellectili nactus est Sel-
 denus Periocham, quæ suis, suorumque Sodalium
 fauere votis ipsi visa fuit. Quamobrem hanc lati-
 nitate donatam commentarijs adornauit, & magno
 triumpho inter suos diuulgauit. Quinque præcipua
 inde adstruit argumenta tanquam validissima ad
 probandum, Episcoporum siue ordinem, siue gra-
 dum, siue dignitatem neutiquam ex diuino iure
 aliam esse ab ordine, siue gradu, siue dignitate
 Presbyterali.

Primum argumentum ex hisce Eutychianæ Perio-
 chæ adstruit verbis *ويضع الاحد عشر قسيس الباقون*
أيديهم على راسه *Et imponent reliqui Undecim*
Presbyteri manus suas capiti eius, scilicet Episcopi ordi-
 nandi. Putat enim Seldenus pag. 16. num. 10.
 hac manuim impositione, quæ fit à Presbyteris, tra-
 di ordinem, & consequenter Presbyteros ordinandi,
 siue consecrandi Episcopum habere facultatem.

Alterum argumentum eruit Seldenus ex his alijs :
ويجـاركونه *Eumque benedicerent*. Vbi nomine
Benedictionis intelligit Seldenus pag. 35. num. 11.
 certam, & conceptis ex canone, seu vsu aliquo ver-
 bis

bis formulam, qua quis ordinatur, seu consecratur, quam hodierni Scholastici vulgò formam appellant. Pro exemplo rei huius affert ex Epitome rerum gestarum à sancto Petro, Clementi tributa, vt ille ait, qua Zachæus in præfecturam Ecclesiæ Cæsariensis ordinatus. Indè verò inferre conatur, Presbyteros in Ecclesia Alexandrina ordinandi Episcopos potestate fuisse præditos.

Tertium argumentum ex istis construit verbis

وَيَصِدُّونَهُ بِطَرِيْقٍ *Et Patriarcham eum crearent.* Hæc accipit Seldenus pro creatione, seu constitutione, seu ordinatione propriè accepta, vti legere est apud illum pag. 63. num. 12.

Quartum argumentum desumit ex hisce alijs, quæ paulò inferiùs leguntur *لم يكن في عمل مصر اسقف* *Nullus erat in prouincijs (verbum Arabicum in prouincia) Aegypti Episcopus.* Hinc enim deducit Seldenus pag. 143. num. 22. nullum fuisse in prouincijs (vti ipse interpretatur) Aegypti Episcopum, & consequenter ordinationem pertinuisse ad Presbyteros, qui Episcopi, siue Patriarchæ ordinandi ex Eutychio capiti manus imponebant, benedicebant, & eum creabant. Ergo, infert inde Seldenus, Presbyteri illi Alexandrini ista præstantes ex D. Marci decreto, ordinandi Episcopum habebant facultatem; ergo eiusdem sunt ordinis, & potestatis.

Quin-

Quintum tandem argumentum ex sequentibus extruit *وهـ واول بطريرك بالاسكندرية عـ لـ* *الاسكندرية* Et primus fuit Patriarcha, qui Alexandria fecit Episcopos, scilicet Demetrius. Hæc protestantica fide, vt suæ sententiæ maius adderet robur, sic veritit Seldenus. *Et primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopos fecit.* hæc ita, vt excluderet omninò Episcopos ex tota Ægypti diœcesi; vnde pagina 143. num. 22. euincere nititur, Demetrium omnium primum fuisse ex Alexandrinis Patriarchis, qui Episcopos creauit, adeoque vsque ad ea tempora, nempe spatio 175. annorum, & amplius, nullum fuisse in prouincijs Ægypti Episcopum; sed Ecclesiæ sine Episcopis regebantur à Presbyteris, qui iisdem muneribusungebantur, ac alibi, & in alijs Ecclesijs tam Orientis, quàm Occidentis Episcopi. Ergo ordinandi necessariò præditi erant Presbyteri illi facultate; ergo eiusdem ordinis, & potestatis erant, ac Episcopi.

Hæc sunt præcipua Aduersarij argumenta eruta ex Eutyhij ea Periocha, quæ diligenter excutienda prius nobis sunt, & fideli examine expendenda, deinde ad ea, quæ inde deriuantur, & eò spectant, procedamus.

CAPVT II.

In quo primum Ioannis Seldeni diluitor Argumentum, quod ex Xueodia, seu Xueonia nempe impositione manus, de qua Euty chius, adstruit.

Euty chius statim atque D. Marci in vrbe Alexan-
drina prædicationis exordia; Hananiae, siue
Aniani futuriſ conuerſionem ad Chriſtianam Fidem,
eiufdemque ad Alexandrinum Patriarchatum pro-
motionem ordine enarrat, hæc de illius Eccleſiæ
regimine, & Eccleſiaſtica adminiſtratione ſubiunxit:

وان مرقس البشير صير مع حنانيا المطريرك
اثني عشر قميص يكونوا مع المطريرك واذا عدم
المطريرك يختاروا واحد من الاثني عشر قميصا
ويضع الاحد عشر قميص الباقيون يديهم على راسه.

*Ideſt: Conſtituit etiam Marcus Evangeliſta cum Ha-
nania Patriarcha duodecim Preſbyteros, qui adſſent
Patriarcha, & decedente Patriarcha, eligerent Unum
ex duodecim Preſbyteris, & imponerent reliqui Undecim
Preſbyteri manus ſuas capiti eius.*

Ad hæc Euty chij ſic pag. 16. num. 10. commen-
tatur Seldenus. *Patriarcham ita à Preſbyteris electum
& creatum vult, tum ex ipſis, tum ab ipſis electus, à
reli-*

40 DE ECCLES. ALEXAND.

reliquis Undecim *Χεροδοία*, seu *Χεροτοκία* idest impositione manuum cum adiecta benedictione, crearetur, seu, ut loqui amant, consecraretur. Impositionis manuum, velut ritus in creandis Presbyteris, ac Ministris Ecclesiasticis Usitati, mentio est satis obuia in Actis, & Epistolis sacris. Id autem ritus imponendi manus in creandis Presbyteris, Episcopis, siue alijs ex Hebraico fonte manasse, pluribus ibi probare nititur Seldenus.

Itaque neutiquam hæret hic Seldenus, an impositio illa manuum, quæ a Presbyteris Alexandrinis fiebat in Patriarcha creando, esset ordinatiua, siue collatiua ordinis, aut dignitatis, nec ne; sed id vltro affirmat. Verum quantum hallucinatur bonus Seldenus, ex illius Ecclesiæ docemur Ritualibus, & Constitutionibus.

Siquidem triplex fuit, & etiamnum est apud Ægyptios in Episcopis creandis manuum impositionis genus, iuxta triplex genus hominum, nempe Populi, Presbyterorum, & Episcoporum. Populi dabantur, & numerabantur suffragia manuum eleuatione, & extensione; deinde impositione confirmabantur. Presbyteri bis etiam manus capiti ordinandi imponebant, cum ad suffragia quoque danda, tum ad designandam personæ electæ admissionem, electionemque approbandam. Episcopi bis adhuc & ipsi manus imponebant, nimirum ad suffragia confirmanda, & personam electam designandam, & admit-

ten.

tendam, tandem ad ipsum ordinem conferendum.

De eleuatione, & extensione manus, qua vota, & suffragia dabantur, sic in vetustissimis Ecclesie Alexandrinę Constitutionibus cap. 4. de Episcopis, le-

gitur. فليجتمع كل الشعب والقسوس والاساقفة. في الابد وليسال الكبير الذي فيهم القسوس والشمامسة والشعب ويقول. هذا الذي ارتضىه ان يكون لكم ريسا: فاذا قالوا نعم فليسايلهم ايضا ويقول. هذا يستحق التقدمه الجليله واقام سبزه صحبا لم يوجد عليه شيئا. فاذا اجابوا كلهم وقالوا انه هكذا بحق وليس بمراياة. فليسالوا ايضا ثالث دفعه هل هو مستحق بحق هذه الرياسة لكي تثبت كل كلمة من فم اثنين ام ثلاثة. فاذا قالوا ثالث دفعه انه مستحق فليصافحوا بايديهم كلهم فاذا فعلوا ذلك بانس فليكن سكوت والشمامسة يمسكون الاناجيل المقدسة وهي مشهورة على راس من يقسوه ويجلسه الاساقفة على كرسي يصالح له فاذا قبلوه كلهم قبله الرب

idest: *Congregetur Uniuersus Populus, & Presbyteri, ac Episcopi die Dominico, & interroget Maior eorum Presbyteros, Diaconos, & Populum dicens: Hic ne est, in quo consensistis, ut sit Vobis Princeps? Si au-*

tem dixerint : maximè ; interroget illos rursus dicens :
 Iste dignus ne est præclara hac Præfectura ? Rectè ne
 adò suos instituit mores , Ut nihil contra eum reperia-
 tur ? Et si responderint omnes , ac dixerint : Ita Verè
 esse , & sine simulatione ; interrogentur etiam tertia Vice :
 Vtrum Verè dignus sit hoc Principatu ? Ut confirmetur
 bene Verbum ex ore duorum , Vel trium . Si Verò dixerint
 tertia Vice , quod dignus sit ; extendant omnes manus suas .
 Quod si fecerint pacificè , & Unanimiter : fiat silentium ,
 & Diaconi teneant Sacrosancta Evangelia expansa , &
 aperta super caput Ordinandi , & Episcopi sedere illum
 faciant super sede ipsi conueniente . Atque cum acceptus
 illis fuerit , acceptus quoque erit Domino .

De illa autem manuum impositione , quæ fit à
 Populo , Presbyteris , & Episcopis ad beneplacitum
 denotandum , designationem personæ , & admisso-
 nem , sic capite mox citato legitur .
 الاسقف يُقام
 في يوم الاحد وكل الناس متفقون على اقامته وكل
 الشعب والكهنة يشهدون له والاساقفة الفدين
 يحضرون ليضعوا اياديهم عليه فليجلسوا اياديهم
 ثم يقسموه والشعب قيام بسكوت وخبوف ويرفعون
 اياديهم عليه قايلين انما نضع ايادينا على هذا
 العبد المختار لله باسم الاب والابن والروح القدس
 لاقامته في رتبة صالحه ثابتة للواحدة بلا دنس
 كنيسته

كنيسة الله الحي الغير رمى لفعل حكم عدل
 وعلان مقدس وهم طاهرة وتعليم امنون هذا هو
 الذي صار للكنيسة الجامعة من جرمه الثالثون

Idest : *Episcopus constituatur die Dominico omnibus consensum prabentibus de ipsius promotione , & Populo , ac Sacerdotibus pro illo attestantibus . Episcopi autem , qui adsunt , Ut manus ipsi imponerent , lauent manus suas , deinde consecrent illum , populo adstante cum silentio , & timore ; & eleuent manus suas (idest Populus , & Sacerdotes cum Episcopis) super eum dicentes : Imponimus manus nostras super seruum hunc electum Deo in nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti ad constituendum illum in ordinem bonum , ac stabilem Unica sine macula Ecclesie Dei Viui inuisibilis ad faciendum iudicium rectum , & manifestationem sanctam , & gratias patentes , ac prodeuntes , & doctrinam fidelem , hunc nimirum , qui factus est Ecclesie Catholice à parte sanctissime Trinitatis mysterio Crucis .*

Haud autem existimandum est , manuum hanc impositionem accipi hic pro ea , qua ordo confertur , ac ordinatiua dicitur , de hac enim statim ibidem subiungitur : *وبعد هذا فليضع الاسقف الاول منهم يده عليه ويقول صلاة القسسه ويقول الشعب كله امين*

ومن بعد هذا قليقبله الاساقفه وتقول كل الكهنه
 والشعب مستحق مستحق مستحق. ويقبلونه كلهم
 ويدعون له بالسلامه. *Posthac autem imponat primus E-*
piscopus ex illis ei manum, & dicat formulam Consecratio-
nis, seu Ordinationis; dicatq; Uniuersus populus Amen.
Deindè osculentur eum Episcopi, & dicant cuncti Sacer-
dotes, & Populus: dignus, dignus, dignus, & osculentur
illum omnes, atque adprecentur ipsi pacem, & salutem.

His omnibus præter Orientales alios mirum in-
 modum succinunt Græci Scriptores. Zonaras in ex-
 positione 5. Can. Concilij Laodicensi: *Nunc quidem,*
inquit, Chirotonia Vocatur absolutio precum, Sanctique
Spiritus inuocatio, dum Sacerdotio quis initiatur, &
consecrationem sortitur. Ex eo dicta, quod Pontifex ex-
tendat manum benedicens homini ad sacra deligendo. Sed
ipsum suffragium quondam nominatum est Chirotonia.
Nam cum turba liceret in Urbibus eligere Sacrorum Præ-
fectos, conueniebat ipsa turba, & alij quidem hunc: alij
Verò deligebant illum. Quatenus autem plurium suffra-
gium Vinceret, eligentes ferunt solitos extendere manus.
Et per manus ita porrectas numerabantur, qui Vel hunc
Vel illum delegissent. Plurium Verò calculis electum
summo Sacerdotio præficere. Chirotonia hinc nomen de-
sumptum, quo sic etiam Synodorum Patres inueniuntur
Vsi, suffragium nominantes Chirotoniam.

Idem apud Petrum Arcudijum lib. 6. de Sacr. Ord.

cap. i. *Chirotonias*, inquit, *suffragia canon appellante.*

Balsamon in primo Can. Apostolorum: *Et si enim Laodicensis Synodus dicit in primo Canone, non debere fieri ordinationes in presentia audientium, quo in loco ordinatio, quæ Græcè est Χειροτονία, pro electione accipitur.*

Armenopolus in Epitome Canonum dum explicat Canonem Apostolorum: *Canon, inquit, iste Apostolorum de Consecratione, & manuum impositione loquitur: primæ Verò Synodi Canon de electione, hanc enim & Constitutionem, & Chirotoniam vocat.*

Quidni ergo, optime Seldene, si iuxta Orientis usum, & linguam, ac præsertim Ecclesiæ Alexandrinæ, ipsam electionem, siue admissionem, & designationem personæ vocauerit Eutychius *Χειροτονία* seu manuum impositionem, constitutionem, & eiusmodi? Certè hæc dicendo, nihil nouum dixit, aut quod possit tot commentarijs, totque vociferationibus suppeditate materiam.

Sed obijcies forsitan, hæc omnia instituta fuisse apud Ægyptios in Ecclesia Alexandrina post constitutos ab Demetrio, & Heracla Episcopos, antiquatumque ab Alexandro vetustum illum morem, adeoque nullius roboris aut virium sunt ad præsentem dirimendam controuersiam.

Respondeo, nequaquam ita se rem habere, Seldene, sed ea omnia, quæ ibi afferuntur, & asseruntur,

Apo-

Apostolicarum Traditionum, & Canonum innituntur fundamentis; corroboranturq; auctoritate Constitutionum S. Clementis, quas ad ipsos Apostolos referunt Ægyptij Scriptores; item Conciliorum Ancyrani, Carthagenensis, Gangrensis, & Antiocheni, quæ Alexandro Patriarcha Alexandrino, & Concilio Nicæno vetustiora sunt. Quod quidem constat tam ex præfatione illarum Constitutionum, quàm ex totis ipsarum capitibus: sed multò luculentius ex inferiùs dicendis.

Quod verò in hoc argumento notandum est; illius peculiaris ritus, quem ex verbis Eutychie effingis, & refingis, nulla occurrit mentio in eorundem Constitutionum volumine, sed absolute omnia ibi asseruntur. Nec profectò id silentio præteriri debuerat, aut fortè poterat, cum ibi agatur de Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, reliquorumq; Ministrorum ordinationibus; præsertim autem cum ibidem notentur Melchitarum, Cophitarum, Nestorianorum, aliarumq; Sectarum Orientis consensus, & dissensio circa Ecclesiasticam administrationem: de hac verò re nec verbum quidem legitur, cum tamen sit notatu dignissima, & maximi momenti.

Sed an clarissimè non liquet ex iisdem Alexandrinis antiquissimis monumentis, hoc idem observatum esse in ordinationibus Patriarcharum Alexandrinorum, tam qui Alexandrum ipsum, & Nicænum Concilium præcesserunt, quàm qui subsequuti sunt? De

manuum impositione , quæ à turba , seu populo fiebat ad suffragia danda , sic legitur apud Seuerum Alexandrinum vitarum Alexandrinorum Patriarcharum auctorem , & diligentissimum collectorem , in vita Agrippini , (alijs Agrippa) qui annis 146. præcessit Alexandrum . ثم ان الشعب اجتمعوا بانفاق . وجعلوا اياديهم على انسان خايف من الله اسمه اغريبينوس . واوسموه بطركا واجلسوه على الكرسى . *Tum conuenerunt populus unanimitè . & imposuerunt manus suas homini timenti Deum , cuius nomen Agrippinus , & constituerunt illum Patriarcham , ac sedere fecerunt super sedem Euangelicam .* Idest collocauerunt eum in Sede Alexandrina , quæ est D. Marci Euangelistæ .

De illa verò impositione manuum , quæ tam à populo ; quàm à Presbyteris fiebat , mentio habetur in vita S. Petri Ieromartyris apud mox laudatum Seuerum . ولما تخرج انبا ثاونا المطرك اجتمعوا كرسى الاسكندرية .

والشعب ووضعو اياديهم على بطرس ولده وتلمذيه فجلسوه على كرسى الاسكندرية .

Cùm autem requiuisset Abbas Theonas Patriarcha ; conuenerunt Sacerdotes Alexandria , & populus , imposueruntque manus suas Petro eius filio , ac discipulo , & collocauerunt eum in Sede Alexandrina .

Haud aliter profectò loquitur idem de ipsius
Alexandri ordinatione . *ولما تمج ارسيدال المطرك .*
اجمع الشعب ووضعوا اياديهم على الاب
Defuncto Archilla *الاكسندرس القى وسار بطركا*

Patriarcha conuenit Populus , & imposuerunt manus suas Abbati Alexandro Presbytero , & suffectus est Patriarcha .

Eadem prorsùs vtitur loquendi formula in ordi-
natione Petri ; qui Athanasio successit, nimirùm post
prætensi illius peculiaris moris antiquationem , & ab-
rogationem ab Alexandro factam . *ولما تمج*

اثناسيوس الرسول المطرك اجمع الشعب ووضعوا
اياديهم على رجل قى اسمه بطرس واوسموه بطركا

Defuncto Athanasio Apostolico Patriarcha conuenit populus Orthodoxus , & imposuerunt manus suas homini Presbytero , cui nomen Petrus , & constituerunt eum Patriarcham .

Quid pluribus ? mos antiquus erat , & adhuc
perdurat apud Ægyptios , vt Presbyteri , qui Episco-
po adsunt , cùm ordinationum defungitur munere ,
manus vna cum illo imponerent capiti ordinandi ,
quemadmodùm in volumine constitutionum cap. 6.
de Presbyteris in hæc statuitur verba : *إذا اراد الاسقف*

ان يقسم القسيس فيجعل يده على راسه والقسا
 كلهم لامسوه *Cum vult Episcopus ordinare Pre-*
sbyterum, manum suam imponat capiti eius, simulque
omnes Presbyteri tangant illud. Nempe simul manus
imponant.

Hæc mirum in modum conueniunt cum antiquo
 Latinorum Canone, qui distinct. 2 3. sic legitur: *Pre-*
sbyter ordinatur Episcopo eum benedicente, & manum
super caput eius tenente: etiam omnes Presbyteri, qui
presentes sunt, manus suas iuxta manus Episcopi super
caput illius teneant.

Ne autem eiusmodi Presbyterorum manuum im-
 positionem ad ordinis pertinere collationem, quis-
 quam existimet, ita statim eodem cap. 6. earundem
 Ecclesiæ Alexandrinæ Const. subiungitur. الاسقف

هو يصير الشرطونه والذي يقبل الشرطونه
 منه يقبل ايضا بركته. القسيس لا يعمل
Episcopi est facere شرطونه ولا يجوز له البته.

Xeepovias. Qui Verò suscipit ab illo Xeepovias, suscipit et-
tiam eius benedictionem. Presbyteri autem nec est facere
Xeepovias; nec unquam id ipsi licet. Et rursus والاسقف

يبارك ولا يبارك عليه ويقسم الناس ويقبل
 الاولوديه من جهة الاساقفه وليس من جهة القسا
Episcopus benedicit & non benedicitur; alios ordinat;

ipse Verò Eulogiam, seu benedictionem suscipit ab Episcopis, non quidem à Presbyteris; hoc est ab Episcopis sacris initiatur, non à Presbyteris.

Concluditur igitur ex hætenùs allatis, optime Seldene, ex Alexandrinæ Ecclesiæ vetustissimis monumentis, & Scriptoribus, manuum illam impositionem, de qua Euty chius, Synonymam esse electioni, approbationi, admissioni, designationi, ac eiusmodi. Constat præterea ex iisdem, illam aliam, qua sacri conferuntur Ordines, ad solos pertinere Episcopos, non quidem ad Presbyteros; imò hanc nunquam illis licere.

C A P V T I I I.

In quo alterum Seldeni diluitur argumentum; quod ex Benedictione, qua Presbyteri illi Alexandrini ordinandum in Patriarcham benedicebant, adstruit.

EVtychius post illa verba, quæ superiori capite attulimus, atque explicauimus, nimirum: *Cuius capiti reliqui Undecim manus imponent, protinùs subdit: ويداكوزا & benedicerent eum, nempe ordinandum in Patriarcham.*

Ex his alterum adstringit argumentum Seldenus ad

ad probandum Presbyteros illos Alexandrinos ordinandi præditos fuisse facultate, adeoque Episcopis æquales tum ordine, siue gradu, tum dignitate, atq; potestate. Nullus enim dubitat Seldenus, hic nomine *Benedictionis*, seu verbo *Benedicere*, intelligendam esse formulam aliquam verborum, qua traditur, conferturque ordo: sed solùm hæret, an loquatur Eutychius de aliqua formula præstituta, ac certa, an verò incerta, & pro benedicientis arbitrio. Sic enim addubitat pag. 35. num. 11. *An benedictionis, precum, seu Numinis inuocandi formulam aliquam solennem, certam, ac conceptis ex Canone seu Usu aliquo, Verbis, (quales hodie in Ritualibus) aut incertam, & pro benedicientis arbitrio, sub manuum impositionem, proferendam intellexerit, non liquet.*

Sed profectò hic plus nimio fallitur bonus Seldenus, quia ea benedictio, quæ forma communiter dicitur, & qua sacri conferuntur ordines, siue certa illa sit, siue incerta (de qua re nunc non disputamus) nequaquam pertinet ad Presbyteros, vt ex binis illis auctoritatibus, quas ad præcedentis capituli calcem ex Ecclesiæ Alexandrinæ Constitutionum cap. 6. attulimus, planissimè patet. Quas iterùm hic in memoriam reuocare iuuat.

الاسقف هو يصير الشرطونيه
والذى يقبل الشرطونيه منه يقبل ايضاً بركته
القسيس لا يعمل شرطونيه ولا يجوز له البتة

Episcopi est facere Xestovias. Qui autem suscipit ab illò Xestovias, suscipit etiam eius benedictionem. At ad Presbyterum minimè pertinet facere Xestovias, nec unquam id ipsi licet. Et iterum paulò post: والاسقف يبارك ولا يبارك عليه ويقبل الاولوجيه من جهة الله. Episcopus benedicit, & non benedicitur. Alios ordinat; ipse Verò Eulogiam, siue benedictionem suscipit ab Episcopis, non quidem à Presbyteris.

Vide, quæso te Seldene, quàm disertissimis verbis asseritur in illius Ecclesiæ Constitutionibus, Eulogiam, siue benedictionem ad Presbyteros nequaquam attinere, sed ad solos Episcopos; quod & Hieronymi, cuius auctoritatem tantoperè in nos inculcas, testimonio vsquequaque consonum est, ita in Epistola, quæ est ad Euagrium, scribentis: *Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?* nimirum ordinationem non ad Presbyterum, sed ad Episcopum pertinere.

Cùm igitur ita se res habeat, Euty chius nequaquam intelligendus erit, neque poterit intelligi, de illa *Benedictione*, quæ forma est: sed de illà, quæ vel *consensum*, vel *congratulationem*, vel *salutationem*, & eiusmodi alia denotat. Siquidem electus non modò impositione manuum designatur, & approbatur, verum etiam verbis quibusdam magis *consensum* expri-

experimentibus , quàm mutis signis. Subindè verò congratulantur ipsi omnes , eumque salutant , fausta illi adprecantes . Hæc autem omnia verbo بـارک *Bareca* , idest *benedicere* , præstare assolent Arabes .

Verbum autem بـارک *Bareca* , hoc est *benedicere* , & nomen بـركـة *Barcaton* , nempè *benedictio* , significare quoque *consensum* , legimus . Can. Concilij Nicæni editionis eiusdem Ecclesiæ Alexandrinæ ,

quæ eiusmodi est : ويـجب ان يـقام الاسقف وكل اساقفة ذلك السقع حاضرين وان كان يجمعهم دعوتهم لاجل ضرورة عليهم او لاجل بعد الموضع فليحضروا ثلثة اساقفة ليقسمة بادن وامر كل اسقف يكتب

بـركته *Oportet, Ut Episcopus constituatur presentibus omnibus Episcopis illius provincia . Si Verò conuentus eorum difficilis redditur ob instantem ipsis aliquam necessitatem , aut ob loci distantiam , adsint tres Episcopi ad ordinandum illum cum permissione , & decreto cæterorum Episcoporum , qui suam scribant BENEDICTIONEM. Videlicet scriptis Epistolis prodant , se esse contentos , quemadmodùm altera editio item Alexandrina (duplex quippe extat nobis .) hisce declarat verbis Synonymis :*

بعد ان تكتب اساقفة البرشية الى المطريربوليه بانهم راضيين به *Dummodò scribant Episcopi provincie ipsi Metropolita , se esse contentos. Nostra adsti-*

pula-

pulatur Antiochena بعد تسليم اساقفة الابرشية
 اليمه بالرضا *Dummodò praebeant ei Episcopi provin-*
cia consensum. Ab vtrisque minimè dissentit Latina:
Absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scri-
pta consentientibus. Hinc est, vt cùm quis interro-
 gatur apud Arabes de suo consensu, & suffragio;
 respondere assolet, مبارك *Mobarac*, hoc est, be-
 nedictum sit, si annuit, & rem approbat.

Quòd autem hoc idem verbum significet quoque
congratulari, testis nobis erit vnus Euty chius in suo

Chronico in Marciano Imperatore inaugurato فلما
 ملك مرقيان اجتمعوا الاساقفة من كل بلد وباركوا
 له في الملك *Inaugurato autem Marciano Impera-*

tore, conuenerunt ex omni regione Episcopi, & benedixe-
run t ipsi de Imperio, Id est congratulati sunt, & felix, fau-
 stumq; Imperium illi adprecanti. Idem de Episcopis
 ab Romano Pontifice ad sextam Synodum delegatis.

فلما وصلوا الاساقفة الى القسطنطينية دخلوا
 الى قسطنطين الملك وهدوا عليه وباركوه

Peruenientes autem Episcopi Constantinopolim ingressi sunt
ad Constantinum Imperatorem, & salutarunt eam, &
benedixerunt. Idem loquendi modus occurrit passim

in sacris Paginis. 1. Paralip. 18. 10. وانفد هادورام

ولده

ولده الى الملك داود ينصه بالسلام والامانة
 Et misit وباركه بهديه انه حارب هدرعازر وقتله
 Aduram filium suum ad Regem David, Ut eum saluta-
 ret, postularetq; pacem, & benediceret illum (vulga-
 tus: congratularetur ei) quòd debellasset Aderezer, &
 occidisset eum. Eiusmodi infinita alia occurrunt.

Quòd tandem verbum بآرك Bareca significet
 salutare, habemus ex 1. Reg. 25. 14. فان وجدت
 رجال فلا تباركه وان باركك بعمل فلا يجيبه
 Si inueneris aliquem, non benedicas eum: & si benedi-
 xerit te quispiam, non respondeas illi. siue vt Vulga-
 tus Hebraici vocabuli vim exprimens: Si occurrerit tibi
 homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam,
 non respondeas illi. Sic etiam Arias Montanus, sic alij.

Hoc idem commune est Linguae Hebraicae, vnde
 1. Reg. 25. 14. לברך את אדנינו Ad salutan-
 dum Dominum nostrum, vt vertit Arias Montanus.

Prætereà haud alienum est à veritate affirmare,
 Presbyteros initiandum in Patriarcham benedicere,
 tum quia isti apud Ægyptios adsistentes Episcopis
 plures preces, benedictiones, & hymnos vnà cum
 illis occinunt, & recitant; tum quia (vt capite præ-
 cedenti vidimus ex Ecclesie Alexandrinæ Constitutio-
 num cap. 5. de Episcopis) Presbyteri manus ordi-
 nandi capiti imponentes ad suum declarandum, ex-
 pri-

primendumque suffragium vnà cum populo , & Episcopis hæc verba proferunt : *Imponimus manus nostras super seruum hunc electum Deo in nomine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti , ad constituendum illum in ordinem bonum , ac stabilem Unice sine macula Ecclesia Dei Viui inuisibilis ad faciendum iudicium rectum . & manifestationem sanctam , & gratias parentes , ac prodeuntes , & doctrinam fidelem , hunc nimirum , qui factus est Ecclesia Catholica à parte sanctissimæ Trinitatis mysterio Crucis .*

Igitur non benè , aut rectè infertur à Seldeno ; Presbyteri manus imponunt , & benedicunt ordinandum ; ergo ritè ordinant ; quia non quæcunque manuum impositio , & benedictio pertinet ad essentialem ordinationem . Sed hæc omnia maiorem ex dicendis acquirunt lucem.

C A P V T I V .

In quo tertium Seldeni diluitur argumentum , quod ex verbo , Creare , quo utitur Euty chius , adstruit .

Idem Euty chius post ea verba , quæ attulimus duobus capitibus præcedentibus , nimirum : *Et imponerent reliqui Undecim Presbyteri manus suas capiti eius , & benedicerent eum* , hæc alia subiungit : *Et*

*constituerent (siue , vt mauult Seldenus , crearent)
eum Patriarcham .*

Ad hæc pag. 63. num. 12. ita commentatus est Seldenus : *Verbum, quod, Creare, heic reddimus, est* Ⲛ; *eodem sensu aliquoties in hac Periocha repetitum, & luce clariùs est, tantundem illud Eutychio pariter significare, tam Vbi de Patriarcha, Vt hoc loco, à Presbyteris substituendo, quàm Vbi de eodem ab Episcopis constituendo, seu creando paulò inferiùs loquitur.*

Toto cælo hisce ab Eutychij scopo aberras, optime Seldene, atque peramica hic eges castigatione. Nam verbum Ⲛ, *Saloha*, quod notas hoc loco, nequaquàm significat *Creare*, vt asseris, cùm sit intransitiuum, adeoque significat, *dignum, bonum, aptum, idoneum esse*, vt faciliè cognoscere poteris ex Thesauro linguæ Arabicæ, cui Camus titulus est, si nobis minùs fidem habes. Fit autem eiusmodi verbum transitiuum, vt reliqua alia eiusdem formæ, additione literæ الف *Aleph* initio, nempè ante primam radicalem sic Ⲛ *Aflaha*, idest, *dignum, bonum, aptum, idoneumque aliquem habere, reddere, iudicare*.

Ita enim ex verbo Ⲛ *Caroma*, scilicet, *honorabilis* fuit. fit, Ⲛ *Acrama*, nempè, *honorauit, in honore habuit, honore aliquem dignum iudicauit*. Et hoc ipsis quidem notum est tyronibus.

Non minùs etiam aberras à vero, cùm subiungis *Vox ipsa, seu potius Vocis notio heic Usurpata (nam & alias habet) Arabibus interpretatur, perfectum, omnibus numeris ac ritu omnimodo absolutum, completum, Undiquaque ornatum, inuestitum reddere: adeoque respondit ad Græcorum κατεπίσειν quà hoc perficere, seu absolutum, aut completum reddere, sonat.* Non minùs aberras à vero, inquam, quia Verbum Arabicum scribis forma intransitiua, & sensum, ac significationem appingis illi transitiuam. Differentia autem transitiui ab intransitiuo in præsenti dignosci non potest nisi ex sensu, cùm puncta absunt vocalia. Mirum ergo non est, Seldenum hallucinatum fuisse, cùm arbitratus sit, præsens illud *يصطون* formari à præterito *صاح*, quod est intransitiuum. Eiusmodi hallucinatio clarè deprehenditur ex eadem Eutychiej Periocha pag. 32. 33. & 35. editionis Seldeni, vbi hoc idem verbum legitur in præterito cum litera *الف*

Aleph ante primam radicalem sic *اصح* *Aflaha*, vt hic legendum asserimus. Adeat indicatos mox Seldenus locos, comperietque, nos vera dicere, & docere.

Igitur siue vocem ipsam respicias, siue vocis notionem, ea significat primò *dignum, aptum, idoneumque habere, indicare*; adeoque Synonymum erit verbum hoc præcedentibus, denotatque hoc loco *suffragium,*

gium, consensum, approbationem, denominationem, designationem, & eiusmodi, quod solum ius attinebat ad eos Presbyteros duodecim, qui soli poterant eligere, & ex illo solo duodenario numero, vt infra clariùs demonstrabitur.

Si verò regetas, nos quoque id verbum vertisse aliquoties in hac ipsa Eutychiana Periocha *constituere*, respondemus: nos vtrò fateri, plures alias hoc verbum habere significationes apud Ecclesiasticos Scriptores: sed nihil indè propterea accedit magis vestræ causæ, vel nostræ decedit, quia tam hoc, quam quodcunque aliud verbum siue Arabicum, siue Syriacum, siue Græcum, aut Latinum, quo Scriptores in hac vsurpant materia, analogum est, ac modò significat, atque denotat ipsam *essentialem ordinationem*, vt dicunt, & *consecrationem*, modò *suffragia, approbationem, denominationem, electionem, consensum*, & id genus alia, itaut sæpè hæc differentia, & determinatio nonnisi ex circumstantijs alijs deprehendi possit. Hoc autem neque ipsum Seldenum, vel quemcunque alium in Ecclesiasticis lectionibus vel parumper versatum negaturum, putamus. Sed omnes circumstantiæ determinantes pro nostra stant sententia; Ergo. Minor ex dictis hætenùs constat, multòque clariùs luculentiùsque constabit ex dicendis.

Restat modò probandum ad maiorem rei claritatem, verba, *ordinare, creare, perficere, proficere, con-*

stituere; sufficere, & id genus alia usurpari etiam passim ab Auctoribus pro suffragijs, electione, denominatione, approbatione, designatione, consensu, & eiusmodi.

Verbum رتب *Rattaba*, hoc est; *Ordinare*, quod & frequentius pro *essentia* ordinatione, & consecratione usurpari solitum est, pro *suffragio*, & *denominatione* legitur apud ipsum Seldeni Eutychium in eo ipso Chronico, ex quo suam decerpfit Periocham, in Constantino Pogonato de exilio Martini Romani Pontificis, Maximi Monaci, ac eius duorum discipulorum. فلما فعل قسطا بمرتينوس البطررك وبتقسيسوس وتلميذيه ما فعل رتب على رومييه بطرك رجل فاضل يقال له اوجانيوس

Cumque hac perpetrasset Constans adversus Martinum Patriarcham, & Maximum, ac duos discipulos eius ORDINAVIT super Roma Patriarcham hominem virtutibus insignem, qui dicebatur Eugenius. quidam Codices habent ديونس Diunes, pro Eugenius: sed hoc mendum Amanuensium certum est.

Sed nec Latini ab hoc dicendi abhorrent genere. Marcellinus Comes in Chronico: *Vitiges Tyrannus exercitu aggregato Romam obsidet: cui tunc fauentem Papam Silverium Bellisarius ab Episcopatu summouit, & loco eius Vigilium Diaconum ordinavit. In Pontificali*

cali verò Damasi: *Et congregantes se Sacerdotes cum consilio Liberij ordinauerunt in locum eius Felicem.*

Ex Græcis hoc idem testatur Balsamon in 1. Can. Apostolorum: *Etsi enim, inquit, Laodicensis Synodus dicit in primo Canone non debere fieri Ordinationes in presentia audientium, quo in loco ordinatio, quæ Græcè est *Χρηστή*, pro electione accipitur.*

De verbo autem *صير* *Saijara*, hoc est *constituere*, *facere*, *efficere*, *vel sufficere*: Eutyechius ibidem in Anastasio de Flauiano Patriarcha Antiocheno summo, & Seuero Dioscoriano substituto: *فغضب انسطاس الملك فبعثت فنيا فلجيانوس بطريرك انطاكية وصير شويد رحى بطريرك مكانه بانطاكية*
Indignatus autem Anastasius Imperator misit, exilioque mulctauit Flavianum Patriarcham Antiochia, & constituit Seuerum Patriarcham Antiochia loco eius.

Georgius Homaidius par. 1. Chronic. in Iustiano *فسمع الملك قسطنطين وبقاه وصير عوضه بولس*
Audiens Imperator (quòd Theodosius Patriarcha Alexandrinus pertinaciter in Dioscoriana persisteret opinione) misit, ablegauitque illum in exilium, & constituit pro eo Paulum. Idem par. 2. quam historiam Saracenicam inscribere placuit Erpenio lib. 3. pag. 44.
 de Agabio Episcopo Aleppensi ab Rege in Patriarcham

cham Antiochenum constituto. . His similia passim
occurrunt apud Scriptores. In vita Damasi idem
verbum in hac legitur significatione, & sensu. *Et
facto consilio Sacerdotum, constituerunt Damasium.*

Apud Græcos id quoque apertè testatur Arme-
nopolus in Epitome Canonum dum explicat Cano-
nem Apostolicum, uti legimus apud Arcudium lib. 6.
de Sacram. Ord. hisce verbis: *Canon, inquit, iste
Apostolorum de Consecratione, & manuum impositio-
ne loquitur; prima Verò Synodi canon de electione,
hanc enim & constitutionem, & Chirotoniam vocat.*

De verbo autem *قاسم* *Casama*, nempè, *Ordi-
nare, consecrare* &c. in hac eadem significatione au-
diatur Seuerus Alexandrinus in vita Meliani, qui Ha-
nanæ, siue Aniano primo Alexandrino Patriarchæ à
D. Marco constituto suffectus est. *فاجتمع الشعب
الارتدكسى وتشاوروا واخذوا انسان اسمه منليانوس
وقسموه بطركا على كرسى مارى مرقس
الانجيلى ع. ووض انيانوس
orthodoxus consilium iniit, assumptumque hominem no-
mine Melianum ordinavit, siue consecrauit Patriarcham
super sede D. Marci Euangeliste pro Aniano.*

Idem quoque in eadem significatione, & sensu
vsurpat verbum *اوسم* *Ausama* hoc est, *ordinare, &*

chara-

characterem imprimere, in vita Marciani, qui octauus à D. Marco Alexandrinum rexit Episcopatum: فلما

مضى البطارك المذكور اجتمع الشعب واخذوا انسان محبا لله اسمه مرقيانوس واوسموه بطركا واجلسوه على كرسي البشير ماري مرقس

Cùm autem obiisset Patriarcha memoratus (nempe Eumenius) conuenit populus, & assumptum hominem dilectum Deo (sive amantem Deum) nomine Marcianum, ordinauit Patriarcham, & collocauit eum super Sede Dni Marci.

Hoc loquendi etiam modo utitur in promotione eorum, qui post ipsum Demetrium eam Sedem occuparunt, & consequenter post prætenfum à Seldeno Presbyterorum Alexandrinorum ius ad Episcopos deuolutum, siue Alexandri Patriarchæ decreto, siue Concilij Nicæni auctoritate. Ita enim legimus apud laudatum Seuerum in vita S. Athanasij, qui Alexandro successit. فلما تنج الاب المغبوط الاكسندرس

وتزلزلت البيعة ايام يسيرة اجتمع الشعب وتشاوروا وقدموا الاب اثناسيوس واجلسوه على

Cùm autem requiescisset pater beatus Alexander, & orba fuisset Ecclesia paucis quibusdam diebus, conuenit populus, & consilium iniit, prefecitque

seu

seu ordinavit patrem Athanasium, & collocavit super Sede Evangelica.

Mirum itaque non erit, mi optime Seldene, Eutychium eo loco locutum fuisse iuxta vſitatiffimum non modò Alexandrinæ, ſed totius Eccleſiæ morem, & linguam. Igitur non rectè ex hac præmiſſa inferſ: Presbyteri Alexandrini conſtituebant Episcopum, ergo ſacrum ordinem, ſeu eſſentialem ordinationem ritè illi conferebant. Quemadmodum etiam neque ex hac alia, & ſimilibus: Belliffarius *Ordinavit* Vigilium Diaconum loco Siluerij Episcopum, ergo ſacrum ordinem ritè ipſi contulit, pronunciata verborum aliqua formula, quam vt omninò neceſſariam ad eſſentialem ordinis traditionem ex veteris Eccleſiæ Iudaicæ vſu pag. 35. num. 11. pluribus probare contendis exemplis. Sic enim Imperator quoque Turcarum ſacros conferre ritè ordines diceretur, quia Patriarchæ Conſtantinopolitani vt plurimum ab illo conſtitui dicuntur. Pari etiam ratione arguendum eſſet de Regibus Galliarum, Hispaniarum, Poloniae, alijsque orbis Chriſtiani Principibus, qui denominantes, ac deſignantes ſuarum vrbium Episcopos, dicuntur, eos conſtituere, & creare.

Nec aſimili huic mori Eccleſiæ Alexandrinæ, nempe creandi Patriarcham à Presbyteris in hoc, de quo agimus, ſenſu vſa eſt aliquando noſtra Eccleſia Maronitarum, & haçtenùs vtitur, quoties de creatione

Patriar-

Patriarchæ vel minimum exoritur diffidium. Tunc enim ex peruetusto statuto, & more duodecim omnium suffragijs probatissimæ vitæ eliguntur Presbyteri. Ex his autem tres forte deinde extrahuntur, ac in tribus separatis, & semotis statim includuntur cellis, & ibi custodiuntur arctissimè. Qui post triduum ieiunium sua proferunt per schedulas suffragia, ac ille Patriarcha acclamatur, in cuius denominationem vel omnes tres, vel saltem duo conueniunt. Et quidem hi tres Presbyteri dicuntur vulgò *constituere, creare, sufficere, ac perficere* Patriarcham sola suffragiorum ratione. Egressi verò ex cellis personam ab illis denominati manuum impositione designant, ac publicè denunciant, varijs benedictionibus diurnam felicitatem, & incolumem, longæuamque vitam ipsi adprecantur. Ita profectò primis illis seculis in Ecclesia Alexandrina factitatum fuisse puto, & *suffragia* Presbyterorum illorum dicta fuisse ab Eutychio, *manuum impositionem, benedictionem, & constitutionem*.

Sed obiectabit forsitan hoc loco nobis, manuum illam impositionem, benedictionem, & constitutionem, de quibus ibi Eutychius, haudquaquam intelligi posse de ipsa electione, aut suffragijs, quia immediate ante dixerat: *Adeò ut cum vacaret Patriarchatus eligerent unum è duodecim Presbyteris, quibus hæc statim subiungit: Cuius capiti reliqui undecim manus imponerent, eumque benedicerent, & Patriarcham crea-*

rent. Igitur postremis his verbis intelligit aliquid cōtra-
distinctum ab ipsa electione, & non ipsam electionem.

Respondeo primis illis verbis intelligere Euty-
chium priuatam electionem, quæ ab ipsis, & ex ipsis
Presbyteris solis priuatim, ac inter sese fiebat: se-
quentibus verò publicam, quæ populo denunciaba-
tur manuum impositione, ac precibus quibusdam,
& benedictionibus, quibus congratulabantur ordi-
nando. Quoniam verò totum hoc ius pertinebat ex
antiquo illo, & peculiari decreto ad duodecim eos
Presbyteros, nec ab ipsorum electione recedere fas erat,
dicebantur isti, Patriarchā constituere, aut creare; adeo-
que Eutychiū loquitur inibi de duplici electione, pri-
uata, & publica, uti cap. 1. de duplici manuum impo-
sitione ex Alexandrinis Auctoribus demonstrauius.

C A P V T V.

*In quo demonstratur, atque euincitur eviden-
tissimè ex ipsa Eutychio, & Aduersarij con-
fessione, Episcoporum, & Presbytero-
rum ab ipsa nascente Ecclesia
Alexandrina ordinis
Discrimen.*

Sed eia age, optime Seldene, fac Eutychij verba
accipienda esse de illa manuum impositione, be-
nedictio-

nedictione, & creatione, quibus ritè ex receptissimo
 Ecclesiæ vsu Episcopi ordinantur, & constituuntur,
 vt pag. 16. num. 10. pag. 35. num. 11. & pag. 63.
 num 12. pluribus probare contendis. Quo quidem
 tibi concessio, quid inde colligitur, aut consequitur
 aliud, nisi ordinem, seu gradum, seu Episcopalem
 dignitatem aliam prorsùs habitam esse in Ecclesia A-
 lexandrina ab dignitate, seu gradu, vel ordine Pre-
 sbyterali, contra quàm quod probare tibi proposuisti
 tot commentarijs, totque bullatis titulis ex Eutychio?
 Siquidem ex Eutychio constat luculentissimè, Presby-
 teros illos duodecim primos à D. Marco in ordinem
 Presbyteralem cooptatos fuisse, vt & Hananiam, seu
 Anianum in ordinem Episcopalem, quemadmodum
 ipse lubens accedis pag. 14. num. 9. & alibi. Si igitur
 idem est Episcopus, ac Presbyter per te ex Euty-
 chio, quid primo illi Presbytero, quem reliqui vn-
 decim ex D. Marci instituto elegerunt, eiusque capiti
 manus imposuerunt, benedixerunt, & Patriarcham
 crearunt, collatum fuit? certè aut aliquid aliud præ-
 ter Presbyteralem ordinem, aut nihil prorsùs. Hoc
 postremum nequaquam ipse concedis Seldene, quia
 eò omnes tui collinant conatus in tuis commentarijs,
 vt id vnum euincas ex Eutychio, videlicet eum loqui
 de ordinatione propriè dicta, quemadmodum ex pa-
 ginis, & numeris mox initio huius capitis notatis pa-
 tet. Sed qui fieri potest, hoc concessio, vt qui ad al-

tiolem excelsioremque ordinem, aut prouectus est dignitatem, adhuc censeatur, habeaturque cum inferioribus æqualis? *Qui enim prouehitur*, inquit Diuus Hieronymus in ea Epist. ad Euagrium, *de minori ad maius prouehitur. aut igitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, in quem crescit ex paruo.* Et D. Ambrosius in 3. cap. epist. 1. ad Timoth. *Vndè & quemadmodum Episcopum ordinet Timotheus, ostendit. Neque enim fas erat, aut licebat, ut inferior ordinaret maiorem, nemo enim tribuit, quod non accepit.* Hæc à quibusdam Hilario tribuuntur in eandem epistolam ad Timotheum, vti legere est apud Ioannem D'Artis in opere contra Salmasium de Primatu Papæ. Et D. Ioannes Chrysoftomus in c. 4. epist. ad Timoth. *Non de Presbyteris hic loquitur, sed de Episcopis, neque enim Presbyteri ipsum Episcopum ordinauerant.* S. Epiphanius Hæresi 75. *Ordo Verò Episcoporum est ad gignendum Patres, gignit enim Patres Ecclesie; Ordo Verò Presbyterorum Patres non potest generare, per lotionem Verò regenerationis filios generat Ecclesia, non patres, non magistros, & quomodo fieri potest, ut in Presbyterum constituat, qui non habet manuum impositionem ad ordinandū.*

Nemo, nemo sanè ita insanit, ac cæcutit, tametsi in Aegyptiacis sit constitutus tenebris, quin clarissimè non dispiciat, hic turpissimam cubare contradictionem, quam nec dialecticæ ipsi tyrones ita facilè, ac vix quidem commisissent. Probare

nam,

namque adniteris, optime Seldene, totis illis tuis commentarijs tanquàm certissimis premissis, Presbyterum electum ab vndecim illis alijs Alexandrinis manuum impositione, & benedictione in ordinem Episcopalem ritè fuisse cooptatum, & in excelsiori gradu collocatum, vti loquitur Hieronymus in epist. ad Euangrium, quam in nos passim inculcas, & subindè infer; vnum eundemque fuisse in Ecclesia Alexandrina ex D. Marci instituto Episcopum, & Presbyterum. Hieronymum autem, & Eutyrium loquutos fuisse de ordinatione propriè dicta, & ex vsu Ecclesiæ recepta, ipse pag 132. num 19. ita affirmas. *Legitima habebatur olim Presbyteris Alexandrinis ex eiusdem Ecclesiæ instituto (quod & ex Hieronymi loco in præfatione exscripto satis item palam est) ordinandi, seu creandi tum Episcopum Alexandrinum, tum Presbyteros, saltem in Ecclesia Alexandrina, facultas.*

Nos igitur rectè ad hominem inferimus: Ergo ille, qui in excelsiori gradu collocabatur legitima ordinatione, nequaquàm tunc collocabatur in eo gradu, quia adhuc inferiores æquales ipsi erant, & ille inferioribus æqualis. Quod sanè quid aliud est, quàm angulos rectum, & acutum æquales facere, & gregarium militem imperatori?

Porrò nos constantissimè affirmamus, nec Presbyteros illos legitimam habuisse ordinandi facultatem, nec apud Hieronymum sermonem esse in ea.

Episto-

Epistola, quæ est ad Euagrium, nisi de mera electione, vti ex Eutychio ipso cap. sequenti luculentissimè demonstrabimus agentes de iure illo duodecim Presbyteris à D. Marco tributo. Ad D. verò Hieronymum quod nunc attinet, an non satis explicatè suam ipse aperuit mentem, dum in eadem Epistola ordinationem excipit tamquàm minimè ad Presbyteros, sed ad solos Episcopos pertinentem? *Quid enim facit, inquit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non facit?* Hieronymi autem exceptionem hanc intelligendam esse de ipsissimis illis, ac solis Presbyteris Alexandrinis, & non de alijs aliarum Ecclesiarum, vti pag. 146. num. 22. contendis; Seldone mihi, ad fugiendam difficultatem, veritateinque eludendam, sequenti capite pluribus tam tibi, quàm Salmasio Collegæ euentissimè liquebit.

Ad exempla verò, quæ eodem num. pag. 133. de Ordinationibus à Meletio, & Colutho factis in medium profers ad tuam asserendam hanc opinionem, ne dicam meram commentum, respondeo, te grauissimè in vtroque vel ignorantia, vel malitia peccasse. Meletius enim Petri Alexandrini Chorepiscopus erat, atque consequenter ordinatione Episcopus, vt Canone 10. de Chorepiscopis testatur Antiochena Synodus hisce verbis: *Qui in Vicis, vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis, manus impositionem Episcoporum perceperint, & Vt Episcopi consecrati sunt, ta-*
men

tamen sanctæ Synodo placuit, Ut modum proprium recognoscant. Modus autem iste, quem recognoscere debent Chorepiscopi ab Ancyrana Synodo ita can. 12. præscribitur: *Chorepiscopis non licere Presbyteros, aut Diaconos ordinare; sed nec Presbyteris ciuitatis, sine præcepto Episcopi, vel literis in Unaquaque parochia aliquid imperare, nec sine auctoritate literarum eius in Unaquaque parochia aliquid agere.*

Meletij igitur ordinationes ideò irritas fuisse habitas, ex dictis palam est, quia præter præscriptum ipsi, ac cæteris Chorepiscopis modum, & sui Episcopi præceptum ordinatis Episcopis in Ægypto, Thebaide, Libya, & Pentapoli plerasque Ecclesias illius Patriarchatus bicipites reddiderat, vti testes sunt Epiphanius Hær. 68. Sozom. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 9. Niceph. lib. 1. cap. 19. & alij. Ordinatorum nomina, & numerum refert Athanasius Apolog. 2. ex libello, quem Meletius ipse dederat Petro Alexandrino Episcopo. Igitur non irritæ ideò habitæ, sunt Meletij ordinationes, quòd, cùm Episcopus non esset, ausus sit illas facere post antiquatum, ab Alexandro ius ordinandi, quo ante antiquationem illam fruebantur Alexandrini Presbyteri, quemadmodum obtendis, sed quòd illas fecerit contra præscriptum Chorepiscopis ab Ancyrana Synodo modum.

De Coluthi autem ordinatione sic mones pag. 133. num. 19. *Nec prætereas heic quæ de Coluthi in Ægypto ordina-*

ordinatione scribit Athanasius in Epistola Synodica Apologia secunda inserta.

Sanè haud prætereundum est nobis Coluthi facinus illud , plurimum quippè nostra interest, id hic recolare . Quid , quæso te , præstitit iste in Ægypto memoria dignum? Ischyram ordinavit Presbyterum, & alios , cùm ipse simplex esset Presbyter . Quid subindè scribit Athanasius? *Quo pacto igitur , inquit Athanasius , Presbyter Ischyras , aut quo tandem auctore constitutus? Numquid scilicet à Colutho? id enim restat : atqui Coluthum in gradu presbyterij mortuum , omnemque eius manuum impositionem rescissam , omnesque ab eo constitutos , in laicorum ordinem redactos esse , & sub nomine laicorum ad Synaxim admissos , adeò apud omnes constat , ut nemo ea de re dubitandum putet .*

Hæc Athanasij verba attento , quæso te Seldene , perpende animo , nec ea ieiunè prætereas . Qua de causa Coluthi ordinationes rescissas , affirmavit Athanasius? An quòd post prætensi iuris illius Presbyterorum Alexandrinorum abrogationem eas celebraverit? Id enim restat : atqui hoc non dicit Athanasius : sed quòd Presbyter erat Coluthus , & in gradu Presbyterij mortuus est . An si abrogatio illius iuris ratio fuisset rescissionis ordinationum Coluthi , eam reticuisset Athanasius? Nequaquam profectò . Inò hoc vnum impensè inculcandum illi erat tamquam præcipua , & vnica rescissionis causa . Alioquin

quin iure , & quidem merito respondere poterant ei Ischyra , & alij à Colutho ordinati : se iuxta illius Ecclesiæ vetustissimum institutum , & morem initiatos fuisse ; nec sine maxima iniuria in Laicorum ordinem redigi posse , & ita ad Synaxim admitti . Sed neque illi hac de re conquesti sunt ; neque mentionem abrogationis iuris eiusmodi fecit hic Athanasius ; nec alibi illius extat apud eum vola aut vestigium . An verò antiquum ignorare poterat ille morem , quem Alexander eius Magister abrogasse publico decreto dicitur ? An moris illius ignorare poterat antiquitatem , qui primus , vt ex Eutychio tibi placet , optime Seldene , iuxta nouum institutum in eam Ecclesiam introductum , ab Episcopis ordinatus est , Presbyteris ab eo munere tunc primùm exclusis ? Certè hoc tibi haud nouum est , nec tuam fugit perspicacitatem , nisi volens , lubensque oculos veritati manifestissimæ claudere velis .

Sed iam ad Eutygium redeamus , illumque iterum in eadem Periocha de Episcoporum , & Presbyterorum ordinis discrimine loquentem audiamus . فان

منذ حنانيا الذي اصله مرقس البشير بطريرك الاسكندريه الى وقت ديمتريوس بطريرك الاسكندريه وهـ والحادى عشر بطريركا كان على الاسكندريه لم يكن فى عمل مصر اسقف ولم تكن البطاركة


الذي قبله اصدوا اصقفا Sed Verò (vti ver-
 tis Seldene) ab Hanania, quem constituit Marcus E-
 uangelista Patriarcham Alexandria, usque in tempora
 Demetrii Patriarcha ibidem (is Patriarcha fuit Alexan-
 drinus Undecimus) nullus erat in prouincijs Aegypti Epi-
 scopus; nec Patriarcha ante eum crearunt Episcopos.

Nullus itaque ex Eutythij sententia erat in pro-
 uincijs (vti vertis Seldene, sed quàm malè, ne dicam
 pessima fide infra cap. 8. tibi constabit) Aegypti E-
 piscopus ab Hanania vsque ad tempora Demetrii,
 qui fuit vndecimus. Sed plures ex eodem Eutythio
 erant in Aegypto Presbyteri; ergo nequaquàm ijdem
 Eutythio sunt Episcopi, & Presbyteri. Porrò an id
 ipse negare potes? nequaquàm profectò. *O magna
 Vis Veritatis*, exclamauit quondam eloquentiæ Ro-
 manæ parens M. Tullius pro Cæl. *que contra homi-
 num ingenia, calliditatem, solertiam, faciliè se per se
 ipsam defendat.* Intendis euincere ex Eutythio Epi-
 scopum, & Presbyterum vnum, eundemque fuisse,
 dein pag. 15 num. 9. sic loqui à veritatis vi cogaris:
*Sed manifestum est, Eutythium heic Presbyteros intelli-
 gere, quatenus ab Episcopis fuerint discriminati; cum
 & tunc, & per secula aliquot insequentia nullum Velit
 fuisse per Aegyptum, prater Patriarcham Alexandrinum,
 Episcopum.*

Si ergo manifestum est ex Eutythio, qui tibi in-
 hisce

hīc est veluti Bedā planè Ægyptius, quemadmodum in tua affirmas Præfatione, ac reuera manifestissimum est ex eo auctore, Episcopos à Presbyteris ab illius Ecclesiæ origine, & per insequentia secula discriminatos fuisse, ad quid, quæso te, hominem ætate grauem, & venerabilem, ac dignitate conspicuum ex Ægypto in vltimam euocas Britanniam, vt eius testimonio, & auctoritate euincas Episcoporum, & Presbyterorum ordinis, seu gradus, seu dignitatis paritatem, cum ex illo disparitatem manifestè, & ingenuè agnoscas?

Sed absit, absit, optime Seldene, vel Eutychem, vel quempiam alium Christianæ religionis in vestram abire sententiam, non solum in hoc, de quo nobis nunc disceptatio est, verum in quocunque alio fermè religionis capite, de quo vos inter & Ecclesiam Romanam controuersia est. Responso, quam retulerunt olim Germaniæ Protestantes ab Hieremia Constantinopolitano Patriarcha, satis superque vobis testatur, quid sentiant Orientales de nouis vestris commentis. Nunc cuniculos quæritis in Arabum libris; at eos non legitis veritatis studiosi, ac veri indagatores, sed cum tineis, & blattis corroditis, & corrumpitis, ac vestris commentarijs alioquin clarissima obscuratis, non autem illustratis, vt vestri ferunt Protestantici tituli, & pollicitationes. Ex quo luculentissimum fit, vos ostentatione potius, quam veritate inductos de Re-

ligionis scribere rebus. Et quod adhuc magis miserandum, deplorandumque est, Scriptorum mentem passim non assequimini, ac sæpiùs etiam nec verborum, & dictionum, particularumque ipsarum germanam deprehenditis significationem, ex quo sequitur non semel, vos pro tritico emere lolium, & pro puro auro venditare Vestris auripigmentum. Huius rei non aliundè nunc petenda est probatio, Seldene mi, nisi ex ea interpretatione, quam in Eutychij Periocham in nos adornasti, in qua particulam  Lem, nempè,

Cur? interrogatiuam vertisti, Ne, prohibitiuè, & sic cùm Eutychius petat ibi, cur Patriarcha Alexandrinus dictus sit Papa, ac originis eius denominationis narratione facta, rationem reddit, tu ignorantia significationis illius particulæ non solùm constructionem, ac totius orationis ordinem peruertisti, verùm etiam historiam ipsam præposterè animo concepisti, aliamque omninò diuersam, & à mente Eutychij prorsùs alienam Orbi Christiano venditasti, ac non sine veritatis, & Reipublicæ Literariæ dispendio protulisti, vti infrà suo loco tibi luce clariùs demonstrabitur.

Sed proh pudor! quale id generis erratorum occurrit agmen in Historia Orientali Ioannis Henrici Hottingerij Tigurini, Arabicæ Linguæ (si Mahomedo placet) in patria professoris! Certè tot verba tot mendæ. Tamen suorum more, & ex Religionis suæ insti-

instituto sic in Catholicos inuehit in ipso præfationis limine: *Vidi*, & hoc, inquit, superciliosos esse quosdam momos, & morosos stentores qui satis laudum inter suos consequutos se autumant, quando aculeos non modò suos, spicula, atque dentes canino rictu Reformatæ Religionis affectis *ωερω* *ρη* *όντω*, infixerint, sed & monstra Africana contra eosdem irritarint. Eò enim impudentiæ procedunt, & imprudentiæ Verberones isti, ut ineptire palam malint, & insanire, quàm calumniandi nocentissimum cacocœthes deserere. Vndè non verentur in causæ suæ patrociniū eorum etiam abuti nomine, quorum nec res intelligunt, nec sacra. Putant nempè, facile se imperitorum ora obthuraturos, si Vel Orientalium, longissimis spatijs à nobis distitorum, nudam mentionem quasi offam iniecerint.

Equidem scirè vellem de quorumnam rebus, & sacris loquatur hic Thrafo iste. Etenim si de Sabæorum, & Mahomedanorum rebus, & sacris, quæ in illa Historia describit, mentitur solemniter, impudenter, & protestanticè; quia nec eorum abutimur nomine, nec patrociniū egemus ad nostram aut statuentiam, aut firmandam causam, nisi cùm opus est, arguere ad hominem, aut ostendere consensum aliquem vniuersalem. Si verò loquatur de Christianorum Orientalium rebus, & sacris; nescio sanè qua fronte id asserat, & quomodò pudore suffusus à dicendo non refugiat, cùm illi quotquot sunt, conueniant cum

Catho-

Catholicis Romanis in omnibus illis Religionis articulis, de quibus controuersia protestantibus est nobiscum. Quanto autem eruditionis, & doctrinæ splendore ex Græcorum placitis nostri seculi sapientissimus Leo Allatius id argumenti pertractauit, non est paucis dicere, satis enim superque eius præclarissima Opera, quæ omnium doctorum virorum non sine admiratione teruntur manibus, hoc testantur. Prætereo Petrum Arcudium, prætereo alios. Et ne similia imposterum effutire audeat Hottingerus, aut Symmystarum quispiam alius, duo præstare, Deo nostris conatibus fauente, decreuimus. Primum, hominis effrenem impudentiam breui perstringendam esse censura, vt toti Christiano Orbi pateat, an eorum res, & sacra, vel etiam ipsa rudimenta linguarum, quibus eorum res, & sacra pertractantur, intelligat ventosissimus iactator. Alterum ostendere conabimur, ex alijs Orientalis Christianis Nationibus, quàm mirus sit earum omnium consensus tam inter se, quàm cum Ecclesia Romana in ijs fidei articulis, quos in controuersiam reuocant nuperi hæretici.

Porrò ad Eutyrium nostrum iam tempus est, vt redeamus, & quod primo loco demonstrandum erat, nosque imprudentes subterfugerat, hic adnectamus; scilicet illum non modò vtriusque ordinis discrimen cognouisse, verùm etiam id esse iuris diuini, vt hæc eius clarissimè ostendunt verba. **وعدده مرقم**

وصيرة بطريركا على الاسكندرية وهو اول بطريرك
 صور على الاسكندرية وان مرقس البشير صير
 مع حنانيا البطريرك اثنى عشر قسيسا يكونوا
 مع البطريرك *Et baptizauit eum (Hananiam*

*seu Anianum) Marcus, constituitque Patriarcham
 Alexandria, & est primus Patriarcha, qui Alexandria
 constitutus est. constituit etiam Marcus Euangelista cum
 Hanania Patriarcha duodecim Presbyteros, qui adessent
 Patriarcho.*

Si ergo Hananiam constituit D. Marcus Patriar-
 cham, seu Episcopum Alexandriae, itemque duode-
 cim Presbyteros, qui adessent ipsi, alius erit per eun-
 dem Eutychium Presbyterorum ordo, alius Episcopo-
 rium ex Apostolica, nempe diuina institutione. Nam
 testatissimam omnibus est, Apostolos nihil instituisse
 nisi ex Christi mandato. Huius asserti vetustissimum,
 auctorem habemus D. Petrum Episcopum Seba-
 stes SS. Basilij, & Gregorij Nysseni fratrem, ita in
 eo tractatu, qui nobis Arabicè extat, & inscribitur,

كتاب البرهان *Liber Demonstrationis, cap. de*
Ieiunio, edifferentem. فكل ما امروا به الرسل
 الاطهار اهل الايمان فهو امر المسيح وكل ما فرضوا
 عليهم فهو فريضة وكل شئ سنوه ووضعوه ففي

وامورة *Quicquid praeceperunt sancti Apostoli*
fidelibus, illud est praeceptum ipsius Christi: & quicquid
decreuerunt ipsis, est ipsius decretum: & quacunq-
sanxerunt, & posuerunt, sunt sanctiones, & praecepta
illius.

Neq; id inficiantur Protestantes, & Protestantium
 Coriphæi. Calvinus in cap. 2. Actor. de impositione
 manuum ita habet. *Non credibile est, nisi Christi*
mandato manuum impositione usus Apostolos. Ursinus
 de Doctrina Christ. agens de sanctificatione diei Do-
 minicæ sic concludit: *Hanc esse Apostolicam traditio-*
nem credimus; ipsos autem sine Christi mandato id fecisse
non est credibile.

Tandem clarissimum, atque præclarissimum ex-
 rat eiusdem Eutychiei testimonium in eodem Chroni-
 co de Episcoporum & Presbyterorum discrimine,
 atque origine ab ipso Apostolorum accersitis ævo.
 Nam agens ibi de varijs Concilij Nicæni decretis,

ومنعوا ايضا . *hoc de Episcopis, & Patriarchis refert.*
 ان لا يكون للاسقف ام-راة وذلك ان الاسقف
 منذ وقت الحواريون الى مجمع العلمايه كان لهم نسأ
 لانه كان اذا صير احد اسقف وكانت له زوجه بقيت
 معه ولم تتنجا عنه ما خلا البطاركة فانه لم يكن لهم
 نسأ ولا كانوا ايضا يصيرون بطريركًا من له زوجه

Et

Et Vetuerunt etiam (Patres Nicæni) ne Episcopus haberet Uxorem. Siquidem Episcopi à tempore Apostolorum usque ad Concilium 318. Uxores habebant. Nam si quis maritus constituebatur Episcopus, manebat cum illo Uxor, nec abijciebatur, Patriarchis exceptis, qui neque Uxores habebant, neque Uxorati Patriarchæ ordinabantur. Quòd autem ita se res haberet primæuo illo seculo, sextus Canon Apostolicus docet: Episcopus, aut Presbyter Uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abijciat. Patet igitur ex illo Concilij decreto ab Eutychio relato, Episcopos non tantum extitisse in Alexandrina Diœcesi ab ipso Apostolorum æuo, nempè ab illius Ecclesiæ nascentis origine, contra quàm extorquere nititur ex eodem Eutychio Seldenus; verum eos fuisse à Presbyteris distinctos, atque discriminatos. Nam hætenus id decreti, & interdicti strictè obseruatur in Alexandrina Ecclesia, quemadmodum & in cæteris Orientalibus Ecclesijs, ubi nullus penitus constituitur Episcopus vxoratus, Presbyteri ferè omnes; quod quidem euidentissimum argumentum est, haud eundem esse, vel fuisse Episcopum, & Presbyterum. Præterea, cum idem asserat Eutychius in Ægypto ad Demetrii usque tempora plures fuisse Presbyteros, Episcopos verò nullos, ut placet ipsi Seldeno, id idem perindè est, ac asserere, non eundem esse Episcopum, ac Presbyterum. Et hoc est intentum.

CAPVT VI.

In quo luculentissimè, demonstratur, ius illud peculiare duodecim Presbyterorum Alexandrinorum, de quo Euty chius, & ipse D. Hieronymus, nihil aliud fuisse, quàm ius meræ Electionis.

MArianus Victorius, ac Theologi alij verba D. Hieronymi in Epist. ad Euagrium explicantes affirmant, ea intelligenda esse de iure meræ electionis, atque eo prorsus modo, quo in Germania fieri ab Ecclesiarum Capitulis solet. Veruntamen expositio hæc nequaquam nostro aridet Seldeno, sed eam deridet potius pag. 26. num. 10. scribens: *Hallucinantur nimirum qui, dum ad locum Hieronymianum in præfatione superius allatum extricandum se torquent, asserere audent electionem Presbyterorum Alexandrinorum talem fuisse qualis in Germania fieri ab Ecclesiarum Capitulis solet.* Eandem improbat sententiam, at non sine stomacho, & indignatione Claudius Salmasius in suo Apparatu de Primatu Papæ pag. 85. & sequentibus. Suam hanc sententiam, qua Mariani, & Theologorum aliorum explodit expositionem in locum illum Hieronymi Seldenus, firmat ex Euty chio.

chio, ratus enim ita planè, & explicatè loqui, vt nullus ampliùs inhæreat Hieronymi verbis scrupulus. *Iam* verò, inquit in Præfatione, *cùm de ordinis Hierarchici in Ecclesia Alexandrina, idest de Presbyterorum, & Episcoporum, ipsiusque Patriarchæ, etiam & de ipsissimo hoc, quem memorat Hieronymus more, testimonium multò luculentius, explicatiùsque habeatur apud Scriptorem sanè Vetussum, Arabicum, Aegyptium, eumque eiusdem Ecclesiæ Patriarcham Orthodoxorum (Nam alius erat ibi non rarò Iacobitarum) nec dum typis editum &c.*

Nunc itaque inter affirmantes, & negantes Iudex idoneus quærendus nobis est, qui quæstionem dirimat. Sed vndè quæso euocandus? Ex Italia Marianus Victorius Episcopus Amerinus? recusat Seldenus. ex Anglia? recusant Catholici. Vndè ergo? Ex Ægypto Eutychie Patria? Hunc sanè nemò sanæ mentis recusare debet. Quis iste erit? Seuerus Alexandrinus, Episcopus Asmonin Patriarcharum Alexandrinorum vitarum collector, & ex Ægyptia, & Græca lingua in Arabicam interpres. Is quidem postquam pluribus enarrauit, quæ dissidia orta sunt prima die conuentus post obitum Cosmæ inter Episcopos, & Presbyteros illos Alexandrinos de Patriarcha creando, sic, quid altera die factum, gestumque fuit, profequitur.

فَلَمَّا كَانَ فِي الْيَوْمِ الْيَمَانِي اجتمعوا واصلوا وجلسوا

وخلصوا كهنة الاسكندرية فقال الابروطيس
 دبروا هذا الامر يا ساداتي الابيا : فقال له ثاودرس
 من الذي اخترتموه حتى نعرفه نحن ايضا : فقال
 الابروطيس فلان وهذا اسمه مكتوبا : فقال لهم
 ثاودرس اذا رضى به الجمع هـ و جيد : فقال له
 الابروطيس هـ هذا الامر هـ والينا ما هـ و للساقفه
 وليس لهم الا وضع اليد فقط ونحن الذى نتخير
 بطركا : فقال لهم انبا ابرهام اسقف الفيوم
 واساقفتكم ايضا يقدموا لكم من تخياروه لكن
 اذا قدمتموه هـ و مستحق او سناه وان كان

Idest: *Cum altera adesset dies, conuenerunt, orauerunt, & sederunt, adfueruntque Presbyteri Alexandrini, dixitque* : *Gubernate hoc negotium Domini mei Patres. Cui Theodorus respondit: quemnam elegistis Vos, Ut illum nos quoque cognoscamus? Dixit* : *Talem, & hoc est nomen eius scriptum. Quibus rursus Theodorus: Si placet Synodo, optimus est. Tunc illi* : *Nostrum est hoc negotium, non autem Episcoporum, ad quos nihil aliud pertinet, quam IMPOSITIO MANVS, nostrum Verò est eligere Patriarcham. His respondit Abbas Abraham Episcopus Phaium: Episcopi quoque Vestri ordinabunt Vobis, quemcunque eligetis; si dignum itaque proponetis;*

ordina-

ordinabimus illum ; sin Verò indignum , eum abigemus .

Dic nunc Seldene , qui haberi velis ingenuus indagator veritatis , falsique laruarum osor , vt in tua loqueris præfatione ; quid hoc testimonio clariùs , luculentiusque esse potest ? quid obscuritatis restat in hac controuersia , aut ambiguitatis ? nonne ipsius folijs radijs conscriptum , notatumque esse constat hoc testimonium ? Quinam ergo nunc hallucinati sunt habendi , atque dicendi , nos , an vos ? Quorumnam verior est Hieronymi verborum expositio iuxta mentem Alexandrinorum Scriptorum ? Mariani Victorij , & Catholicorum Theologorum , an vestra ? Cuiam subscribunt ipsius Alexandrinæ Ecclesiæ monumenta , nostræ , an vestræ opinioni ? Fac igitur , quæso te etiam atque etiam optime Seldene , ne in tanta veritatis luce iam constitutum te hoc Lactantij feriat : *Quid proficit te Vidisse Veritatem , quam nec defensurus es , nec sequenturus .* Et operam da , ne id meritò audias Apostoli : *O insensati Angli ! Galatæ , inquam , quis Vos fascinavit non obedire Veritati ?*

Quæso te igitur , optime Seldene , vt attento animo , sedataque à factionum studijs mente perpendas , expendasque , quàm consona sint verba Seueri Alexandrini mox allata verbis Hilarij , Ambrosij , ac Eutychie de ratione decreti abrogationis antiqui illius moris , quo Alexandrini Presbyteri ad Concilij Nicæni vsque tempora fructi sunt . Omnes quippe isti conueniunt ,

morem

morem illum ideò antiquatum fuisse, quòd sequentes Presbyteri indigni inueniri cœperunt ad primatus tenendos. Dicebantur autem primatus tenere, quia non nisi ab illis, & ex illis Patriarcha eligi ex vi illius instituti poterat; adeòque ea prerogatiua cæteris omnibus Presbyteris alijs præferebantur, & non quidem quòd primus ordinatione defuncto Patriarcha iure primatus succedebat, vt ille in suo de Primatu Papæ arbitrabatur.

Quòd autem de immutatione, & correctione electionis, & non ordinationis loquantur omnes, ex eo planissimè patet, quia abusus corrigendi in electionem irreperant, non quidem in ordinationem. Et sanè si de ordinatione intelligendi, accipiendique essent aut Hilarius, aut Ambrosius, aut Euty chius, aut si qui sint alij, nequaquam ius illud ordinandi ademptum fuisset Presbyteris illis, quoties meritum adesset, quemadmodum non est ademptum illis ius eligendi. Poterant quippe post decretum abrogationis instituti adhuc eligere, & eligi, dummodò inessent merita. Hinc *Prospiciente Concilio*, inquit Hilarius in cap. 4. Epist. ad Ephesios, *ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum, ne indignus temerè usurparet, & esset multis scandalum.*

Hæc explicat uis Ambrosius, vel quisquis Commentariorum illorum in Epistolas D. Pauli Auctor fuit: *Sed quia cœperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri.*

ueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, praespiciente Concilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum Sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus Usurparet, & esset multis scandalum.

Nec aliud profectò voluit Euty chius, dum scribit, Alexandrum, qui ex illius sententia Concilio Nicæno praesuit, decreuisse, ut decedente Patriarcha, eligerent siue ex illis duodecim, siue ex alijs cuiuscunque regionis, societatis, vel coetus virum aliquem virtutibus insignem, addens Euty chius *من يرضا حاله*

Cuius placeat conditio, scilicet quem commendent merita, eumque Patriarcham crearent. Equidem nescio quo consilio, Seldene, isthac Euty chij verba vertisti, ut res ferebat; nisi eam Euty chij sententiam cum Hilarij, Ambrosij, & aliorum de meritis personæ eligendæ requisitis concordem offucijs hac interpretatione offuscare voluisses. Certum enim est, ac minimè te latet, Euty chij sententiam ad verbum sonare, uti nos vertimus. Consule dictionaria omnia; consule Arabicæ linguæ, quotquot sunt, peritos; Consule, quaeso te, ispum Seldenum veritatis indagatorem, falsique larruarum osorem, & nos vera prædicare comperies.

Sed quicquid agas, quicquid facias, quocunque te veritas Seldene, quam sententiam tibi statuendam de reformatione illius antiqui moris, ipse nescire videris. Ais, negas, in Ægyptiacis versari tenebris, pal-

pās, tibimet ipse contradicis. Non credis? Recole hæc, quæ pag. 66. num. 14 scripsisti: *Codicis Utriusque (Antiocheni, & Aleppensis) sensus videtur manifestus; eligendum nunc fuisse à Presbyteris Patriarcham, siue ex ipsis, siue ex alijs, creandum autem, seu ordinandum ab Episcopis. Ita nimirum ex Alexandri Patriarcha instituto inoleuisse; contra quàm ante obtinuerat.*

1. Isthæc conferto cum hisce, quæ pag. 134. num. 19. sic habes: *Quod Verò sequitur in eodem (nempè Ambrosio) planè id ipsum videtur, quod expressius habet Eutychius. Abolitum scilicet morem illum, quò ex ipsis, & ab ipsis Presbyteris Alexandrinis, seu, iuxta linguam inferioris aui, Capitulo eiusdem Ecclesie Patriarcha eligendus erat, ac simul creandus (idque iuxta Synodi Nicænae mentem) Veteremque hunc morem, ac rationem immutatam esse, adeo ut iam non ordo eiusmodi Presbyterorum (quia cæperunt indigni inueniri ad primatus tenendos ipsi, Unde nec eligere rectè quibant, nec eligi) sed meritum crearet Episcopum multorum Episcoporum iudicio constitutum, & ex quacunque Urbe, Provincia societate, modò meritum inesset, accersitum.*

Nota hic, mi Seldene, quomodò tibimetipsi contradicis. Primo enim loco asseris, eo Alexandri decreto statutum fuisse, ut à Presbyteris Patriarcha eligeretur, ab Episcopis verò ordinaretur. In hoc altero affirmas, utrumq; ius abolitum esse, ac Presbyteris ablatum. At non sic se res habet, non sic, Seldene, quia solus eligendi

gendi modus, qui intra numerum illum duodenarium Alexandrinorum Presbyterorum coarctatus erat, immutatus est, ceterum tam eligere, quam eligi poterant, ut ex Eutychio planum est; ubi prius non nisi ab ipsis, & ex ipsis, adsint merita, vel non adsint. Porro ordinationem ad solos Episcopos semper spectauisse ex Diuino instituto, & nunquam ad Presbyteros simplices superius cap. 1. huius Tract. ostendimus ex capite 9. libri Constitutionum ipsius Ecclesie Alexandrinæ, cuius verba hic iterum recolare, ac referre non pigeat. *Episcopi est facere Xueſtorias; qui Verò suscipit ab illo Xueſtorias, suscipit etiam eius benedictionem. Presbyteri autem nec est facere Xueſtorias, nec unquam ipsi licet.*

Hoc idem expressissimis testatur verbis D. Hieronymus epist. 85. quæ est ad Euagrium, de more illo perantiquo Alexandrinæ Ecclesie de eligendo Patriarcha, de quo postquam loquutus est, protinus à Presbyterorum munere, & officio ordinationem excipit, & ad solos Episcopos eam attinere affirmavit. *Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Hæc exceptio cum te grauius torqueat, Seldene, & quicquid ex Eutychio quocunq; modo, & ratione extorsisti, vno ictu destruat, hanc illi pag 146. num. 11. stramineam substruis explanationem, quærisque tibi, quò euadere possis, sed frustra, cuniculum. *Quod ad Hieronymi seculum*

aliosque Presbyteros non ad Alexandrinos, quamdiu vixit mos ille, quo Presbyteri ipsi tum ordinando alios sibi collegas adsciscebant, tum Patriarcham creabant attinere ex Eutychie mente palam est. Neque aliter ordinationis exceptio ibi locum habere potuit. Eandem sequitur opinionem, & explicationem appingit verbis Hieronymi Vallo Messalinus cap. 2. pag 117. siue sub ea cuticula Claudius Salmasius, quemadmodum & in Apparatu de primatu Papæ.

Verum enim verò neque de suo seculo tantum, neque de alijs Presbyteris, quam Alexandrinis loqui ibi Hieronymum, certissimum est. Nam multa præstant aliarum Ecclesiarum Episcopi Hieronymi tempore præter ordinationem, quæ suis obire Presbyteris minimè fas erat. Id multorum Scriptorum testimonijs facillimum est demonstrare; sed ipsum potiùs loquentem Hieronymum priùs audiamus. *Quod si hoc loco quæris, (loquitur in Dialogo contra Luciferianum cap. 4. de impositione manus Episcopi, qua accipitur Spiritus Sanctus, siue de Sacramento Confirmationis) Quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum Sanctum? Disce, hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quòd post ascensum Domini Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit. Quod ex loco Act. cap. 8. firmat, ex quo etiam Innocentius primus, qui eodem ac Hieronymus vivebat seculo, Epist. ad Decentium Eugubinum obsignationem*

tionem recens baptizatorum ad solos Episcopos attingere probat.

Ex Orientalibus prodeat nunc Ioannes Darenfis Episcopus, scriptor satis vetustus, & accuratus. Is lib. 2. Hierarch. Eccles. cap. 2. commentans libros D. Dionysij Areopagitæ, asserit vel ipsum Sacrificium non pertinere ad Presbyteros nisi permissiue, & ex indulto propter necessitatem. Ipsa verba sunt.

אֵיךְ יִשָּׁרְפוּ וְיִבְרָכּוּ וְיִדְוָהוּ אֱלֹהֵינוּ וְהַמַּלְאָכִים
 וְהַקְּדוֹשִׁים אֱלֹהֵינוּ : וְהַמַּלְאָכִים אֲדָמָה
 אֱלֹהֵינוּ : מִזֵּד מִדְּבָרָא . מִדְּוֹשׁוּ . מִדְּוֹשׁוּ .
 וְהַמַּלְאָכִים אֲדָמָה וְהַמַּלְאָכִים אֲדָמָה
 חֲתִיבָא אֲדָמָה : חֲתִיבָא אֲדָמָה חֲתִיבָא
 מִדְּוֹשׁוּ אֲדָמָה : חֲתִיבָא אֲדָמָה חֲתִיבָא
 . חֲתִיבָא אֲדָמָה . Sciamus autem oportet, Sacra, seu

Sacerdotalia, quorum Iesus est perfectio, ac finis, hoc duo esse. Sacrificium-Missæ, & Chrisma, ac ut plurimum eorum perfectionis liturgia sibi consentanea est: Et si sacrificium Missæ Sacerdotibus concessum sit ob necessitatem, eius tamen perfectio ad Episcopum spectabat.

Item cap. 4. eiusdem libri postquam docuit, omnia sacerdotalia munera ad Episcopum spectare, subindè sibi sic obijcit, & respondet

اذى ه اذنى ونا اف مدحده ونا ههذى ههذى
 فدها ملكى مدح دوتنا : فوى حه فدهى
 مدح فمعدتنا فدها مدلا : ه اذنى ونا اف
 فدها مدلا مدح ههذى مدح مدح مدح وانا
 ههذى ههذى . الا لا فدها حله اذنى
 ودها فدهى مدح فمعدتنا وبعدها ههذى مدح
 ههذى ههذى . ههذى ههذى لا ههذى الا اذنى
 فمعدتنا . ونا ههذى ههذى فدها حله
 ههذى ونا فمعدتنا فدها ههذى . ههذى فدهى
 الا ههذى فدها ههذى ههذى الا فدها ودها
 فمعدتنا : ههذى ههذى ههذى ودها ههذى ههذى .
 فدهى داله اذنى ونا فدها فدها
 ههذى ههذى ههذى ههذى ههذى . ههذى ههذى
 ودها الا ههذى ههذى ودها ههذى ههذى .
 ههذى ههذى . ههذى ههذى : ههذى ههذى
 ههذى ههذى ودها ههذى خهذى ههذى ههذى .
 Sed obijcit aliquis, & dicit: Ecce etiam Bap-

tismus, & Sacrificium Misse perficiuntur à Sacerdotibus; igitur non omnia ab Episcopo perficiuntur. Respondemus, ac dicimus: Etiam si à Sacerdote nonnulla adoranda Sacramenta perficiantur, tamen is absque illis, quæ

ab

ab Episcopo perficiuntur, nihil perficere, aut explere potest. Primò quidem non nisi ab Episcopo ipse constituitur Sacerdos. Secundò, neque Baptismum perficit sine Chrismate ab Episcopo consecrato; neque Missam celebrat, nisi panem, & Vinum imponat tabellæ Altaris ab Episcopo consecrata, & quidem Chrismate ab Episcopo sanctificato. Iure igitur merito dicimus, per illum perfici, & expleri ministerium Sacerdotale: & iuste quoque illi peculiariter concreditum esse à Christo, Ut Xæstovias, seu manuum impositiones faceret, Chrisma conficeret, & Ungeret Altare, quoniam ipse primus est, per quem divina transit illuminatio.

Hæc paucis perstringit S. Ignatius Apostolorum discipulus, & Antiochenæ Ecclesiæ Antistes in Epist. ad Smyrneses, vbi, Non licet, inquit, offerre sine Episcopo, neque baptizare, neque offerre, neque Sacrificium immolare.

D. Ioannes Maro in Comment. Liturgiæ S. Ia-

cobi cap. 16. De Sacerdote, qui offert: *لا يذبح الا*
بواسطة اسقف & *بواسطة اسقف* & *بواسطة اسقف*
ويعجز عنه من يدعي انه اسقف & *بواسطة اسقف*
لا يذبح الا بوساطة اسقف & *بواسطة اسقف*
لا يذبح الا بوساطة اسقف & *بواسطة اسقف*
لا يذبح الا بوساطة اسقف & *بواسطة اسقف*

Nemi-

Nemini enim eorum, qui in gradu Sacerdotali sunt cooptati, conuenit, Ut transfiliat ad faciendum quicquam supra gradum suum: non Diacono, Ut baptizet, aut offerat: non Presbytero, Ut faciat ordinationes, aut consecret Chrisma; sed Unusquisque in ordine ad quem Vocatus est pe. maneat.

S. Petrus Sebaſtes Episcopus, & SS. Basilij, & Gregorij frater, Diuoq; Hieronymo senior, in libro inscripto البرهان *Alborhan*, idest, *demonstrationum*, de quo aliàs diximus, apertè, ac disertissimis verbis testatur, Chrismationem ad solos Episcopos attinere. Sic enim subiicit, postquàm pluribus de Chrismate differuit. فيه تختم المعبوديه وده ينتم كل مصبوغ فيها بعد خروجها منها ولباسه ثياب البياض لتحقيق بياض نفس المصبوغ فيها وده تختم الكنايس والمدائح حين تقديس ولا يلي طيبه ولا تقديسه احد غير رويس الكهنه وروس الاساقفه

Illo (Chrismate) consignatur Baptismus, eoque etiam consignatur quicumque illo (Baptismo) tingitur, post quàm inde egreditur albis indutus Vestimentis ad denotandum Verum anime Baptizati candorem. Eo consignantur Ecclesia, & Altaria consecrantur. Nemo autem illud aut consificendi, aut consecrandi potestatem prater Episcopos habet, Vel Archiepiscopos.

Daniel in Breuiario Canonum cap. 7. de Altare.

لا يجوز للقسيس ان يقدر المدح لانه منى وظيفه الاسقف
Non licet Presbytero consecrare Altare , quoniam id muneris Episcopi est .

Testimonia eiusmodi obuia sunt apud Orientis antiquos recenteq; Scriptores , vt nonnisi tyro , ac in eorum lectione penitus infans , ea ignorare , & vix quidem possit. Palam ergo relinquitur ex laudatis , & ipso Hieronymo , exceptionem illam solos respicere Alexandrinos Presbyteros , ac de illis duntaxat intelligendam , quia multa præstabant tempore D. Hieronymi , ac anteuertente æuo , quæ Presbyteris aliarum Ecclesiarum præstare minimè fas erat . Inter hæc confirmationem , seu Chrismationem , absente Episcopo , conferebant , vt memorat ad 4. cap. Epist. ad Ephesios Ambrosius hisce verbis: *Denique apud Aegyptum Presbyteri consignant , si presens non sit Episcopus .*

Sed quid ad hæc noster Seldenus ? *Quid est hoc ?* inquit pag. 132. num. 19. *Apud Aegyptum Presbyteri consignant ! siue de ordinatione , siue de confirmatione accipias , seu de Utroque (quod non ita est absolum) cum Eutyrianis hisce apprimè conuenit , lucemque videtur non obscuram ab eis accipere .*

Quid est hoc , optime Seldene ? Hieronymus per te excipit ordinationem , & de suo loquitur tempore ;
 tamen

tamen non est ita absonum etiam per te, Ambrosium intelligendum tam de ordinatione, quàm de Confirmatione? Ergo per te etiam post Alexandrum, post Nicenum Concilium, ipsumque decretum abrogationis illius iuris, quod de ordinatione intelligis, & explicas apud Eutyrium, adhuc fas erat Presbyteris Alexandrinis ordinationes obire? ubi es? quid hætenus, quæso te Seldene, totis illis tuis Commentarijs in Eutyrium contendisti, laborasti, nisi ut euinceret, & extorqueret, ius illud Presbyterorum Alexandrinorum de Episcopis ordinandis perdurasse usque ad Alexandri, Concilijque Nicæni tempora, subindè verò antiquatum fuisse? qui ergo intelligendus est de ordinatione, suoque seculo, si eius ætate institutum illud per te, & ex tuo Eutyrio Beda Ægyptio iam abrogatum, & antiquatum erat Concilij Nicæni, siue Alexandri Alexandrini decreto?

Sed rationes aliundè quærere, cur laboramus? cum ipsa Ambrosij ratio, quam pro te affers, tuam destruat sententiam, & explicationi ita repugnet, ut mirer, id tuos effugisse lynceos oculos, & perspicacissimam mentem. Verba rationis Ambrosij sunt: *Sed quia cæperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, Ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum.*

Igitur non de suo seculo loquitur Ambrosius, cum Concilium, quod longè antecessit eum, fuerit, quod
prospe-

prospexerit abufibus, qui irrepferant in electionem ab illo numero, & ex illo numero duodenario Presbyterorum Alexandrinorum. qui quidem abufus correctus est decreto Concilij, vt placet Ambrofio; Euty chius verò id refert ad Alexandrum Alexandrinum, qui eidem interfuit Concilio. Quod fanè facilè conciliari potest, fi dicatur, Concilium id decreuiffe Alexandro proponente, & rogante, atque fic vnus illud decretum retulit ad Concilium; alter ad procurantem & instantem. Id ita Euty chius enarrat: *Decreuit item (Alexander) vt defuncto Patriarcha, eligerent, siue ex quacunque regione, siue ex duodecim illis Presbyteris, siue alijs virum aliquem virtutibus insignem, cuius placeat conditio, eumq; constituerent Patriarcham.* Quare id decretum fuit? *Quia cæperunt, inquit Ambrosius, sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos.*

At quid, quæso te optime Seldene, commune est, *ad primatus tenendos*, cum Chrismatione? aut quomodò *cæperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad Chrismationem obeundam?* si de Chrismatione intelligendus est Ambrosius, vt tibi placet. Si quis nostrum hoc dixerit, & eo modo verba inuerterit Ambrosij, nonne per te etiam sibilis explodendus esset ex doctorum, & ingenuorum hominum theatro? certè ita puto.

Præterea apud quem Patrum legisti, ingenuè dicas, rogo, verbum *consignare pro ordinare*, aut sa-

ros conferre ordines? Certè apud neminem arbitror; atque hinc nullius testimonio, vel auctoritate id firmare es ausus, sed nuda contentus fuisti assertione, quæ nuda quoque negatione facilè exploditur.

Jacobus Zaborovius eò, quò ipse contendens, atque colligans, cùm intellexerit verbum *consignare* nullo modo significare posse *ordinare*, aut *sacros conferre ordines*, substituit protestantica ingenuitate pro *consignare* Ambrosij, *consecrare*, in sua responsione ad Nodum Gordium Martini Smiglecij, vt commodiùs apud imperitos, & in Patrum lectione infantes sua fucaret commenta, & simplicibus, ac facilè credulis imponeret. Sed fucare, formare, colorare profectò possunt, animare nequaquam. Fucus adulterina est species, qua horrenda tegitur deformitas ad decipiendum; sed verò detecto fucò horrendior, atque multò deformior species illa redditur; imò execrandior, detestabilior.

Claudius Salmasius multiplici, confusaque eruditione quadam fretus, sibi que plus nimio arrogans, ac omnia à se dicta tanquam è Tripode dictata oracula suspicienda, atque suscipienda arbitratur, ea propter illa Ambrosij verba, quæ Hilario tribuit, sic in Apparatu de Primatu pag. 82. interpretatur: *Idest Presbyteri manus imponunt in ordinando Episcopo*. Huic verò tam absone interpretationi, & veritatis tam dissonæ maiestati, hanc longè absurdiorè rationem appinxit: *De Chrismatione ergo, inquit, certum est, Hilari-
rium*

*rium non loqui, cum eo loco loquatur de re, quæ peculiari-
ter tunc concessa fuerit Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyteris,
quam alij non haberent.*

Eia Salmasi, haud de Chrismatione loquitur Hilarius, de ordinatione igitur, vti contendis cum Seldeno Symmysta. Sed vbi estis, si hoc asseratis? cum ordinatio ex Eutychio tam iuxta Seldeni placita pagina 135. num. 20. Commentariorum, quam tua in Apparatu pag. 77. & alibi, tunc fuerit sublata Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyteris, non quidem concessa, vt modò vestri obliti forsàn asseritis. Prætereà Cælum terramque vnà commiscetis, susque deque omnia habetis; Ægyptios, Arabesue magno dispendio, ac stipendio conducitis, & ad vestra aduocatis castra; Ambrosium, Hilarium, Hieronymum, & si qui sunt alij, incessanter exagitatis, vt eorum testimonio, & auctoritate vteunque extorqueatis, ordinationem in Alexandrina Ecclesia ab eiusdem incunabulis peculiari quodam instituto, & priuilegio ad duodecim illos pertinuisse Presbyteros ad Nicæni Concilij vsque tempora; subindè verò morem illum antiquatum fuisse. In præsentia verò alios quærentes cuniculos, & quæstionem eludentes Ambrosium, siue Hilarium de re, quæ peculiariter tunc Presbyteris illis Alexandrinis concessa est, loquutum esse contenditis, nempe de ordinatione. At si ita se res haberet, hic esset status præsentis quæstionis; scilicet ordinationem in Ec-

clesia Alexandrina ab ipsis eius incunabulis pertinuisse ad Episcopos ad Concilij Nicæni vsque tempora, ac subindè concessam fuisse ex Concilij decreto Presbyteris. Sed oppositum omninò proponitis argumentum, nempè in Ecclesia Alexandrina peculiari statuto, & priuilegio ordinationem pertinuisse ad Presbyteros ad Concilij vsque tempora, tum ius sublatum fuisse Presbyteris, & Episcopis tributum. Quòd cum is totus sit scopus vester, nempè vt probetis, eundem esse Presbyterum, & Episcopum; nunc ergo qua fronte, qua fide, quae mente vel verbo proferre audeatis sine pudore, sine perfidia, & dementiæ nota; Concilium ex Ambrosio, vel Hilario ordinationis ius tunc peculiariter concessisse Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyteris? Sanè hæc vna contradictio totum id vestrum edificium, seu potiùs Babylonicam turrim tot fastosis titulis, totque Gigantum conatibus excitatam funditùs destruere, & societatem huius protestantici Syncretismi dissoluere debet.

Adhuc si de ordinatione sit exponendus Ambrosius, vel Hilarius, vt exponit Seldenus pag. 132. num 19. & Salmasius loco superiùs citato, vel hi Patres contradicerent Hieronymo, vel Hieronymus pessimè excepit, dum sic scribit ad Euagrium Epistola 85. *Quid enim facit, excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Quod vt liquidum planumque fiat, conferantur hæc Hieronymi verba,

cum

cum verbis mox laudatorum Patrum, quæ sunt: *Dæ nique apud Aegyptum Presbyteri consignant, si præsens non sit Episcopus*. Viden' Seldene, Hieronymum absolute, atque affirmate excipete *ordinationem* ab officio, & iure Presbyterorum; Ambrosium verò, siue Hilarium, *consignationem* non absolute, sed præsentè Episcopo?

Igitur ex hæcenus dictis liquidò, & palàm relinquitur, Hieronymum in ea Epistola ad Euagrium, non de alijs loqui Ecclesijs, quam de Alexandrina, deque peruetusto illo more, quò Alexandrini Presbyteri ab alijs aliarum Ecclesiarum Presbyteris discrepabant, vt qui consignabant, seu Chrismationem absente Episcopo conferebant, vti etiamnum hac nostra præstant ætate, siue id ex indulto aliquo peculiari, siue ex abusu, quales fuerunt Coluthi ordinationes, de quibus Athanasius, siue alio iure. Aliàs qua ratione, quæue veritate affirmare poterat idem Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos cap. 4. Spiritum sanctum non accipi nisi per manus Episcopi, dum solam excipit ordinationem in epist. ad Euagrium? *Quod si hoc loco quæris, inquit, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum? disce hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit. Ex quo, cum exceptio illa de solis Alexandrinis Presbyteris affirmari verè poterat,*

re, quod scilicet omnia præstabant, quæ faciebat Episcopus, excepta ordinatione, & non de alijs, id pro peculiari exemplo attulit Hieronymus, quemadmodum & ipsorum peculiarem electionem, asserens ibidem: *Nam & Alexandria à Marco Evangelista usque ad Heraclam, & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper Unum ex se electum, & in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant.*

Vndè Apes mel, indè vesperæ venenum. Ex hisce Hieronymi verbis infert Seldenus noster, Presbyteros Alexandrinos legitimam habuisse olim ordinandi Episcopum facultatem; quod ita pag. 132. 133. num. 19. inculcat: *Legitima habebatur olim Presbyteris Alexandrinis ex eiusdem Ecclesia instituto (quod & ex Hieronymi loco in præfatione exscripto satis item palam est) ordinandi, seu creandi, cum Episcopum Alexandrinum, cum Presbyteros, saltem in Ecclesia Alexandrina facultas.*

O egregiè deductum, & probatum ex Hieronymo! sic benè cedant vobis cætera. Hieronymus habet eligere, & nominare; si autem eligere, & nominare sunt ordinare & sacros conferre ordines, omni dubio procul à vestris stat Hieronymus partibus, & nos causa nostra cecidimus; at si aliud est eligere, & nominare, aliud ordinare, cur tam Hieronymo, & nobis iniurij estis? inò omnibus Patribus, & Scriptoribus, ac toti Christiano nomini. Si enim vocabula ita sunt confun-

confundenda , ita inuertenda , atque peruertenda , non Presbyteri duntaxat , non Ecclesiarum capitula , non Christiani Reges ac Principes ordinarent , feu sacros ritè conferrent ordines : sed etiam Turca ipse , quidè facto eligit , & nominat . Porro absit , absit , te , Seldene , vel quempiam alium ita delirare .

Quid pluribus opus est , aut quid verbis ? iam vnus Eutyhij Ægyptij alter Seuerus Ægyptius satis superq; mentem aperuit , verba disertè explanauit , & planissimè declarauit ; videlicet ad illos Alexandriæ Ecclesiæ Presbyteros pertinere electionem , ad Episcopos verò approbationem , & manuum impositionem , vti videre est superiùs propè initium huius capituli .

Nunc vt Aduersarij omni ex parte concludantur auctoritate , ac testimonio Ægyptiorum , ad quos prouocarunt , agmen claudant duo Chronographi Ægyptij , nempe Georgius Homaidius Almachinus , Erpenio Elmacinus , & Benarthebus eandem historiam D. Marci & Hananiae enarrantes , ac totum negotium ad electionem redigentes .

Audiatur Primus part. 1. in Nerone . المايه واحد
عشر من ادم عليه السلام نارون قيصر ملك
على الروم بعد قلوديوس قيصر ثلثة عشر منه
وكذلك قال جميع المورخين . وكان رجلا شديرا
ردي السيرة وهو اول من اهاج على النصارى
المشركين

الشر والبلاء . وفي اول سنة من ملكه قتل القديس
 مرقس الانجيلي بمدينة الاسكندرية لانه كان قد مضى
 اليها يدعو الناس الى الايمان واقام سبع سنين
 يطوف بمصر والاسكندرية ويزور المدن الغربية وامر
 على يده خلق كثيرة . وفيما هو يمشي بالاسكندرية
 انقطع نعله فجلس عند رجل اسكافي اسمه حنانيا
 وبالقبلي اتيانوا ليصلح نعله : فاخذ حنانيا الشفا
 ليثقب النعل فتقرب اصبعه فقال العفو ويا الله
 فقال له مرقس هل فيكم من يعرف الله . فقال
 نعم نعرفه بالاسم وتالم من اصبعه وتبرر من
 مرقس الانجيلي . ثم انه وضع يده عليه فسكن
 الالم من وقته . فقال مرقس الانجيلي ان لمضى
 معه الى بيته لياكل عمنه خبزا قضى معه واكل
 عمنه ووعظه وارشده للايمان بالمسيح فنام هو
 واهل بيته وعمهم وصار حنانيا ملازم مرقس
 الانجيلي وكان معاين الايات التي تظهر على يده
 فلما حسن ايمانه صيره مرقس الانجيلي بطركا على
 الاسكندرية وهو اول بطرك صير عليها مرقس .
 وعمل مع حنانيا اثني عشر قسما وقرر انه اذا ملك
 البطرك يجعل عوضه واحدا من الاثني عشر القسوم
 ويختاروا واحدا من المؤمنين رجال يلبق بصيرة
 قسما

قسما عوضه حتى يكونوا ابدا اثني عشر. ولم تزل
 القسوس تقدم البطركه الى ايام الثلاثمائة
 وثمانية عشر. فقررروا اذا مات البطرك نجة مع
 الاساقفه ويصيروا بطركا كل من يقع عليه
 الاختيار واسم الامر على ذلك الى الان

*Centesimus Undecimus ab Adamo, super quem pax, fuit
 Nero Caesar, qui regnavit Romanis post Claudium Ce-
 sare[m] tredecim annis ex sententia omnium Chronologo-
 rum. Is omnium primus mala excitavit aduersus Chri-
 stianos, & persecutionem. Primo autem anno eius Im-
 perij occisus est Marcus Evangelista in Urbe Alexandria.
 Eo enim profectus erat, homines ad fidem conuocaturus,
 adeoque septem annorum spatio Aegyptum, & Alexan-
 driam peragrauit, Visitans insuper Occidentales Urbes,
 credideruntque per manus eius gentes quamplurimae. Dum
 Verò incedebat aliquandò per Alexandriam disruptus est
 calceus eius, quamobrem sedit apud hominem sutorem,
 cuius nomen Hananias, Copticè Verò Anianus, Ut reficeret
 calceum. Sumens autem Hananias subulam ad perfo-
 randum calceum, perforauit digitum suum, qui dixit:
 propitius esto Deus. Et ait Marcus: Est ne inter Vos
 qui cognoscit Deum? Respondit: maxime, agnoscimus
 eum nominetenus. Qui cum dolore angeretur digiti,
 amarè conquestus est de Marco Evangelista; qui cum
 manum ei imposuisset, statim dolor quieuit. & rogauit*

Marcum Evangelistam, ut secum Domum proficisceretur, & panem comederet apud ipsum. Qui profectus est cum illo, & comedit apud eum, adhortatusque est ipsum & ad fidem in Christum inuitavit; crediditque ipse, & domestici eius, & baptizavit eos. Hananias vero adhaesit Marco Evangelistae, Videbatque miracula, quae per ipsum edebantur. Confirmatum (Hananiam) autem, in fide constituit illum Marcus Evangelista Patriarcham Alexandriae, fuitque primus Patriarcha, quem constituit super illa Marcus. Fecit etiam duodecim Presbyteros cum Hanania, & decreuit, ut mortuo Patriarcha substitueretur loco eius unus ex duodecim illis Presbyteris, & ut eligerent ex fidelibus virum aliquem dignum, & sufficerent illum in Presbyterum pro eo, ut perpetuo essent duodecim. Adeoque Presbyteri proponere Patriarcham haud desierunt usque ad tempora trecentorum octodecim, qui decreuerunt, ut Patriarcha decedente, conuenirent Episcopi, & illum constituerent Patriarcham, in quem cadit electio; & perduravit mos iste usque ad hoc tempus.

Hac enarratione de illa S. Marci constitutione, quae tot fermè syllabis, ac enumeratis verbis cum Eutythiana concordat, quid clariùs, quid apertiùs, quid luculentius dici, aut afferri potest, ad demonstrandum totum negotium reduci ad electionem ex illo, & ab illo duodenario Presbyterorum numero? Nam quod Eutythius suis expressit synonymis, quibus passim gaudet, ac delectatur, is vnico electionis vocabulo

bulo expediuit ; & quodnam fuerit ius illud Presbyterorum Alexandrinorum in creando Patriarcha , & ipsius iuris abrogatione ita perspicuè ostendit : *Adeo. que Presbyteri eligere Patriarcham haud desierunt usque ad tempora trecentorum octodecim* . Quasi verò dixisset : Ius illud absolutæ electionis , quo solis duodecim illis Presbyteris Alexandrinis fas erat eligi , & eligere prospiciente Concilio , (vt verbis utar Ambrosij , siue Hilarij) immutatum est , itaut subindè non ab illis , & ex illis duntaxat , sed ex quacunque regione , prouincia , coetu , aut societate eligi posset Patriarcha , dummodò adessent merita , seu , vt loquitur mox laudatus Georgius Homaidius , *in quem cadit electio* .

His egregiè sanè consonat ratio antiquationis illius constitutionis ab Ambrosio , siue sit ille Hilarius , allata , quia nimirum *cæperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad Primatus tenendos* . Quæ quidem ratio nihil commune habet cum ordinatione . Idoneitas enim , & merita ad electionem spectant duntaxat , non quidem ad ordinationem . Hinc ibidem subdidit : *Prosperiente Concilio , ut non ordo , sed meritum , crearet Episcopum , ne indignus temerè usurparet , & esset multis scandalum* . Igitur electioni , & eligendi modo prospectum est , non autem ordinationi .

At obiectabit forsàn nonnemo Aduersariorum , verbum Arabicum كَدَّامَة *Kaddama* significare pra-

ficere, constituere, creare, & istiusmodi, non autem eligere, vti nos reddidimus, atq; sic verba illa Georgij Homaidij mox laudati reddenda erant: Adeoque Presbyteri constituere Patriarcham haud desierunt vsque ad tempora trecentorum octodecim.

Respondeo, verbum hoc propriè significare, offerre, proponere, proferre, & quia eligentes personam electam offerre, proponere, & publicè exhibere; ac proferre solent, vt populus, siue ij, ad quos res attinet, eam agnoscant, hinc factum est, ac vsu venit, vt passim pro *eligere* apud Ecclesiasticos Scriptores accipiatur.

Id ex alio Scriptore etiam Ægyptio; (vt alios aliarum Gentium in gratia Aduersariorum omit- tam) nempè Seuero Alexandrino, superiùs à nobis laudato, luculentissimè probatur, & demonstratur. Ibi enim, postquàm disertissimis verbis facti sunt Presbyteri Alexandrini ad se attinere electionem Patriarchæ, ad Episcopos verò manuum impositionem, ita interrogati fuerunt à Musa Episcopo Vasim de sua

sententia *ماذا تقولون انتم؟* *Quid dicitis Vos?*

Responderunt: *ما يقوله انبا مينا اسقف نمي هو*

قولنا ونحن الذين نقدم بطريركنا

Quod dicit Abbas Minas Episcopus Nami, hoc & nos dicimus, & ad nos attinet eligere Patriarcham. Viden'

hic

hic verbum كادما *Kaddama* Arabum eundem fundere sensum, quem nos reddidimus, non solum ex vi suæ Analogiæ, sed etiam ex verborum syntaxi, & constructione. Etenim illi iisdem Presbyteri, qui paulò ante dixerant, ad Episcopos attinere manuum impositionem, & ordinationem, ad se verò electionem, nunc rursus illud suum ius electionis hoc eodem exprimunt verbo? Nobis igitur opponitis, quod manifestè contra vos facit.

Ex his constat itaque, hos tres Ægyptios Scriptores, nempè Eutyrium, Seuerum, & Georgium mirè inter se conuenire, ius illud, siue constitutionem fuisse absolutæ, & simplicis electionis, quæ coarctata erat intra illum numerum duodenarium Presbyterorum. Et sic quidem isti inter se conueniunt, vt nequaquam dici hic possit Ægyptium concurrere contra Ægyptium, sed potius, veriùsque accurrere aduersus Ecclesiasticæ Hierarchiæ osos, ac nuperos impugnatores, & alterum alterius verba à futilibus interpretationibus vindicare.

Benarrahebus verò paulò aliter scribit de Presbyterorum numero, nulla tamen iuris, vel constitutionis illius facta mentione. Is postquam D. Marci enarrauit prædicationem, & Hananiæ ad fidem conuersionem, hæc subdit. *ولما كانوا اربعون*

بالمسيح وهم انايموا اسقفنا على اسكندرية
 وثلاثه

وثلاثة قسوس وسبعة شمامسة وخرج من عندهم
*Cumque creuissent Christi fideles, ordinauit Anianum
 Episcopum Alexandria, nec non tres Presbyteros, & se-
 ptem Diaconos, & indè egressus est. De Presbyterorum,
 & Diaconorum hoc numero succinit illi Seuerus Ale-
 xandrinus, vti videre est cap. seq.*

Tandem obijciet Seldenus: Ex Eutychio nulli
 erant in Ægypti Prouincijs Episcopi vsq; ad tempora
 Demetrii; quinam ergo ordinationes ritè obibant
 præter Presbyteros illos duodecim? ergo apud Euty-
 chium sermo est de ordinatione propriè accepta. Ad
 hanc obiectionem sequentibus capitibus, respon-
 detur, & planè, ac plenè ipsi satis fiet.

C A P V T V I I.

*In quo Alexandrinorum, aliorumque Scripto-
 rum grauissimis testimonijs, & auctoritatibus
 euidentissimè demonstratur, Episcopos in Ale-
 xandrinæ Ecclesiæ Diocesi semper extitisse
 ab ipsis illius Ecclesiæ Originibus, nedum
 ante Demetrium, vel Heraclam,
 & Dionysium.*

V Num ex præcipuis Seldeni Argumentis, quibus
 probare nititur, ordinationem pertinuisse ad
 Pre-

Presbyteros Alexandrinos vsque ad Concilij Nicæni tempora, id est, quod colligit ex hisce Eutychiej verbis.

فان منذ حنانيا الذي اصداه مرقس البشير بطريرك الاسكندريه الى وقت دمترديوس بطريرك الاسكندريه وهو الحادي عشر بطريركا كان على الاسكندريه لم يكن في عمل مصر اسقف

idest ex Seldeni interpretatione: *Sed Verò ab Hania, quem constituit Marcus Evangelista Patriarcham Alexandria, Usque in tempora Demetrii Patriarcha ibidem (is Patriarcha fuit Alexandrinus Undecimus.) nullus erat in prouincijs Aegypti Episcopus.* Seldeni hanc interpretationem quod attinet, sequenti capite examinabimus, & à protestantica vendicabimus falsitate, nunc ad propositum argumentum.

Facem itaque præferat Alexandrinæ Ecclesiæ Melchitarum, (quos orthodoxos vocat Seldenus) Martyrologium sub die 25. Aprilis, vbi hæc de

اليوم الخامس والعشرون منه. D. Marco habet.

ذكر جهاد مرقس الرسول القديس الانجيلي الذي نادى بالمسيح في سنى طيبريوس قيصر الملك في جميع بلد مصر ولوبيه والعجم من اهل قبروان وكتب الانجيل المنسوب اليه لقنه اياه بطرس المعظم في الرسل وحين حصل في مدينة كيرينيه

التي

التي في القيروان ثم ذهب الى الاسكندرية التي
 عند المنارة ومنها الى بركة وعمل عجائب كثيرة
 وزين كنائس المسيح واصبح لهم اساقفه وما
 Idelt: *Diceius* (Aprilis) 25.

*est commemoratio certaminis Marci Apostoli, sancti
 Evangelista, qui Christum predicauit sub annis Tiberij
 Caesaris Imperatoris in Uniuersa Aegypti, & Libya regione,
 insuper, & apud barbaros Cyrenenses. Scripsitque
 Euangelium ipsi tributum, dictante Petro Apostolorum
 maximo. Aliquandiu moratus est in Urbe Cyrene Cyre-
 neorum, indeque Alexandriam, quae apud Pharum est,
 perrexit; dein in Barcam profectus est, multaque edidit
 miracula, & Christi Ecclesias exornauit, constituens eis
 Episcopos, atque his inferiores Sacerdotes.*

Alexandrino Martyrologio succinit Seuerus item
 Alexandrinus tomo primo de vitis Patriarcharum Ale-
 xandrinorum, ita de D. Marco scribens: قلنا علم

القديس مرقس موامرتهم قسم انيانوس اسقفا
 للاسكندرية وثلاثة قسوس وسبعة شمامسة هولوا الاحد
 عشر جعلهم يخدموا ويتبثوا الاخوة المؤمنين وخرج
 من عندهم ومضى الى الخمس مدن واقام بها سنتين
 يبشر ويوسم اساقفه وقسا وشمامسة في كل اعمالها

Idelt: *Cum autem rescinisset S. Marcus consilium eorum*
 (pagano-

(paganorum) constituit Anianum Episcopum Alexandria, item Presbyteros tres, & Diaconos septem, quos Undecim instituit ad inseruiendum, & confirmandum fratres fideles. Ipse Verò inde discedens Pentapolim perrexit, mansitque ibi annos duos annuncians, & ordinans EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET DIACONOS in omnibus eius prouincijs.

Euaristus, qui quartus à D. Petro Romanam rexit Sedem, & multis quidem præcessit seculis Demetrium, cui Episcoporum tribuit initia in Ægypto ex Eutychio Seldenus, Epistolam ad Ægypti Episcopos, quòd Christus sit Sponsus Ecclesiæ, conscripsit.

Vetus S. Marci vitæ Auctor Anonymus: Pentapolim pergit, inquit, & ordinans EPISCOPOS per regiones illas, & Clericos iterùm Alexandriam venit.

Rabanus Maurus in Martyrologio VII. Kalend. Maij: Ordinauerat pro se Alexandria Episcopum Anianum, alijs quoque longè, lateque Ecclesijs EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET DIACONOS dederat.

Ordericus Vitalis Vticensis Hist. Eccles. lib. 2. Deinde Pentapolim pergit, & ibidem duobus annis degit, atque fratres, qui antea illic crediderant, confirmans: EPISCOPOS per regiones illas, & Clericos ordinauit.

Nicephorus Calixtus lib. 2. cap. 43. Is enim Petri sororis filius, imperante Tiberio, Ægypto, & Libya,
P Barba-

Barbarieq; Uniuerſe, Chriſti Verbum euangelizans annunciauit, Euangelium ſuum, diſtante, atque comprobante Petro ſcripſit; apud Cyrenæos, & Pentapolitanos quamplurima admiranda fecit, Eccleſias conſtruxit: Clerum, & EPISCOPOS, atque alia inſuper, quæ opus erant, ritè, & ordine conſtituit.

His conſona ſcribunt Notkerus in Martyrologio ſub die 25. Aprilis, Alfricus Cantuarienſis in Sanctorum vitis, & alij quamplures.

Porrò Seldenus noſter citatis Nicephoro, Græcorum Synaxarijs, vetere S. Marci vita, Alfrico, Rabano, & Notkero, ſtatim ſubterfugium ſibi quæritans ſubdit pag. 145. num. 22. *Sed in hiſce tametsi Scriptoribus fidem des. (quod puto non ita proniùs feceris) nihil habent, quod in Aegypto extra Pentapolim Episcopos eum conſtituiſſe euincat.*

Miror fanè, Seldenum ingenuum veritatis indagatorem, vt in ſua iactat Præfatione, talia ore protuliſſe, & exaſſe calamo. Nam Rabanus Maurus; vt ex eius verbis mox à nobis recitatis perſpicuum eſt, abſolutè loquitur de omnibus Eccleſijs, nulla facta mentione Pentapoleos, vt ex ipſis verbis videre eſt. Similia habet Notkerus. Nicephorus affirmat, non ſolùm apud Pentapolitanos, ſed etiam apud Cyrenæos quamplurima admiranda feciſſe D. Marcum, & Episcopos ibidem conſtituiſſe; quamquàm Nicephorus intelligendus omninò etiam eſt de Aegypto, Libya,

bya, & vniuersa Barbaria, vt ex eius verbis videre est.

Synaxarium vetus Græcorum in membranis Collegij Claramontani sacra Religionis Societatis Iesu, id affirmat de tota Ægypto, Libya, Marmarica, & Pentapoli. Hæc ipsissima sunt Synaxarij verba.

Ο πανόσημος Ἀπόστολος Μάρκος πάση τῇ Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Μαρμαρική καὶ Πεντάπολι, καὶ ὅσῳ χρόνῳ Τιβερίου Καίσαρος τὸν χειρὸς λόγον ἀνεκήρυξε. — πανταχῶς θαυματουργῶν καὶ τὰς τῶ χειρὸς Ἐκκλησίας καὶ κόσμου ἡγετονίας Ἐπισκοπῶν καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν. *Celeberrimus Apostolus Marcus, in tota Ægypto, & Libya, & Marmarica, & Pentapoli Tiberij Caesaris temporibus Christi Verbum predicauit, Ubique miracula edens, & Christi Ecclesias ornans ordinationibus Episcoporum, aliorumq; Clericorum.*

Quod cum ita se res habeat, quâ ratione, quâ fronte, quâ confidentia pronunciat Seldenus: hos auctores nihil habere, quod in Ægypto extra Pentapolim Episcopos D. Marcum constituisse, euincat? Euincitur quippe in tota Ægypto; euincitur in Libya; euincitur in Marmarica; euincitur in Cyrene Episcopos à D. Marco constitutos fuisse. Quamquàm ad præsentem quæstionē dirimendam satis etiam est euincere, Episcopos in Pentapoli extitisse ab ipso D. Marci æuo, cum Pentapolis sit ex Alexandrinæ Ecclesiæ Diœcesi. Hæc enim ratione euincitur Episcopos ab ipsa illius Ecclesiæ origine fuisse à Presbyteris distinctos, contra Seldeni præfens argumentum, quod ex Eutychio extorquere conatur. Dein cum Pentapolis sit ex Diœcesi

Alexandrinæ, indè accersiri poterant Episcopi ad Patriarcham ordinandum, si nulli essent in Ægypto, vt falsò obtendit ex Eutychio Seldenus.

Tandem, cùm ex his Seldeni verbis: *nihil habent, quod in Ægypto, extra Pentapolim Episcopos, eum constituisse, euincat*, clarè deducatur, Pentapolim esse in Ægypto, seu prouinciam Ægypti, sibi, & suo Eutychio aduersissimus erit Seldenus, cùm asserat ex Eutychij verbis, ab Hanania vsque ad Demetrium nullum fuisse in prouincijs Ægypti Episcopum.

Nec eludenda sunt Seldeno verba hæc Hadriani Cæsaris in Epistola ad Seruianum Consulem, de Ægyptiorum moribus: *Ægyptum, inquit, quam mihi laudabas, totam didici, leuem, pendulam, & ad omnia fame momenta volitantem. Illi, qui Serapim colunt, Christiani sunt, & deuoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt*. Non sunt, inquam, eludenda hæc Hadriani verba, quasi verò loquutus esset Hadrianus de solis Patriarchis, vel de ipsis quoque Presbyteris ex prisca nominis communione, vti perperam interpretatur Seldenus pag. 146. num 22. cùm ex laudatis iam iam à nobis auctoribus, multi essent tunc temporis Episcopi in prouincijs Ægypti, tum præter ipsum Patriarcham, tum quâ à Presbyteris sunt distincti. Concludendum itaq; est, Aduersarios nequaquam veritatis quærere, ac venerari maiestatem, sed eam sub veri fucata specie eludere, atque sic fallere incautos.

CAPVT VIII.

In quo quartum diluitur Seldeni argumentum. Et euidentissimè demonstratur, Eutyrium loquutum esse de suburbicarijs Regionibus, seu de solo Alexandrino Territorio, quod iuxta Conciliorum, Patrum, & Scriptorum linguam, & usum nomine Aegypti intelligendum venit, & non quidem de tota Alexandrina Dioecesi.

Quoniam capitis huius intelligentia, ac notio tota à varia pendet Aegypti nominis acceptione, inque suas partes diuisione; de ista prius differere operæ pretium visum est; subindè verò de proposito argumento.

Aegyptus itaq; quæ **Χηει.** & **Χαιει** Coptica, siue Aegyptiaca lingua dicitur, quemadmodùm cap. 9. Supplementi Prodrumi, & Lexici Copti notat eruditissimus vir Athanasius Kircherius sacrę Religionis Societ. Iesu, in tres olim partiebatur partes, in Inferiorem scilicet, Mediam, & Superiorem. Subacta deindè Romano Imperio, partita subindè fuit in Aegyptum propriè dictam, in Thebaidem superiorem, & inferiorem, in Arcadiam, & Augustamnicam. Aegyptus propriè dicta est ea regio, quam figura triquetra, seu triangulari efficit Nilus, vndè propter similitudinem,

dinem, quam habet cum Δ, Græcorum litera, *Delta* nuncupata est: Vocata etiam fuit *Insula*, quia aquarum Nili copia vndique alluitur; & eodem plane modo, ac Francia, quæ modo pro toto regno, modo pro Insula Franciæ, seu Parisiensi Archiepiscopatu, vel Episcopatu veteri, non semel capitur. Confule hac de re Plin. lib. 5. cap. 9. Strabonem lib. 17. Ptolemæum lib. 4. cap. 6. Ammianum Marcellinum lib. 22. & alios Scriptores; & Geographos, qui obuij sunt.

Hanc partitionem secuti sunt omnes fermè sancti Patres, sacra Concilia, & Ecclesiastici Scriptores. Hinc Hierosolymitanæ Synodi Patres suas literas ad Alexandrini Patriarchatus Episcopos (vt refert Athanasius Apologia 2. ad Constantinum Imperatorem) ita inscripserunt: *Sacra Synodus Dei gratia Hierosolymis congregata Ecclesia Dei apud Alexandrinos, omnibusque per Aegyptum, Thebaidem, Pentapolim &c.* Idem ibidem: *Sancta Synodus Alexandria congregata ex Aegypto, Thebaide, Libya; & Pentapoli.*

S. Epiphanius Hæres. 98. *Hic enim mos est Alexandrinorum Archiepiscoporum, vt per totam Aegyptum, ac Thebaidem, Marcotidem, ac Ammoniacam, & Pentapolim Ecclesiastica negotia administrarent.*

Alexander Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus in Epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum, quæ habetur lib. 1. cap. 14. Hist. Tripar. similiter scribit: *Et*

in tomo, quem etiam Vobis direxi per filium meum Archidiaconum, subscripserunt tam totius Aegypti, & Thebaidis, quam Libya, & Pentapolis. &c.

Item lib. 2. cap. 1. eiusdem Hist. de Episcopis, qui vndiquè ad Nicænum Concilium aduenerant, sic legitur: *Inter hos & Aegyptios, Thebaos, Libyas, nec non & qui ex Mesopotamia oriuntur, sed etiam Persa ad Concilium venit Episcopus.*

Suffragatur Sardicensium Patrum ad vniuersos Episcopos Epistola: *Sancta Synodus Dei gratia Sardica congregata ex Urbe Roma, Hispanijs, Gallijs, Italia, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palestina, & Arabia vniuersis Episcopis, & comministris sanctæ, & Apostolica Ecclesiæ dilectissimis fratribus in Domino salutem.*

Idem loquendi modus occurrit in Epistola Athanasij, & reliquorum Alexandrinæ Diœceseos ad Iouinianum Imperatorem: *Pijssimo, atque Clementissimo, Victori, Augusto Iouiniano Athanasius, & reliqui Episcopi conuenientes ex persona omnium Episcoporum Aegypti, Thebaidos, & Libya.*

Sextus Nicænus canon: *Antiqua consuetudo seruetur per Aegyptum, Libyam, & Pentapolim, itaut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem.*

Hanc itaque terens Eutychius viam, & Patrum, Conciliorum, ac Scriptorum Ecclesiasticorum vestigijs insistens, nomine Aegypti intelligit, iuxta receptiorem vsum, non totam Alexandrini Patriarchatus

Diœce.

Dioecesim, sed Insulam illam Delticam, Ægyptum propriè dictam, seu Alexandrinæ vrbis Territorium, nempè regiones suburbicarias. Sed quid, inquam, intelligit, cùm id disertissimis, ac planissimis asserat

verbis? nam hæc Eutythij verba **لم يكن في اهل مصر اسقف** quæ ita protestantica ingenuitate, &

fide vertit Seldenus, *Nullus erat in provincijs Ægypti Episcopus*, sic candidè, & ad verbum vertenda sunt, *Nullus erat in Territorio Ægypti Episcopus*. Siquidem

vocabulum hoc **اھل** *Hamal* singularis est numeri, à verbo seu radice **اھل** *Hamala* deriuatum, quod

propriè significat, *coluit, curauit, operatus est*, à cura, & cultura agrorum, qui intra fines cuiusque Ciuitatis existunt, ex quo Antonius Giggeius in Thesauro linguæ Arabicæ vocem hanc est interpretatus, *culsum, opus, laborem*, quod & in voce quoq; Latina *Territorium* obseruat Pomponius. Non negamus tamen id vocabuli vsurpari aliquandò à Scriptoribus ad significandum *prouinciam*; tamen singularis est numeri apud

Eutythium, cuius plurale est **اھل** *Ahmal*, *prouincia*, siue *Territoria*. vide Thesaurum Arabicum mox citatum. Tametsi id probatione, & Scriptorum auctoritatibus non egeat, nihilominùs, vt Aduersarijs

fiat

fiat satis, aliquos hic adferre non pigebit, Ægyptios, quorum testimonia eis arridere in hoc argumento videntur, cum ad ipsos prouocauerint.

Martyrologium Ægyptium sub die 5. Mensis Babe sic habet loquens de expulsionem Arianorum à Paulo Constantinopolitano procurata.

فلما جلس على
الكرسي للبطركيه طرد تباع اريوس واخلائهم عن
القسطنطينيه واعماله

Idest: *Cum sedisset (Paulus) in Throno ad Patriarchali munere defungendum, expulit sequaces Arij, & amouit eos à Constantinopoli, eiusque PROVINCIIS.*

Chronologus Orientalis, siue Benarrahebus Alexandrinus, latinitate donatus à nobis, & typis Regijs editus Parisijs, in vita ipsius Marci

فلما عدى
مرقس من روميه قصد الخمس مدن اولاً وبشر في
جميع اعماله

Idest: *Migrans Marcus Roma, Pentapolim prius perit, & annunciauit in omnibus eius PROVINCIIS.*

Seuerus Alexandrinus tom. 1. de vitis Patriarcharum in vita eiusdem Marci

وخرج من عندهم
ومضى الى الخمس مدن واقام بها سنتين بيشرويهوسم
اساقفه وقسا وشمامسه في كل اعماله

Idest: *Inde Verò discedens Pentapolim perrexit, mansitque ibi annos duos annuncians, & ordinans Episcopos, Presbyteros, & Diaconos in omnibus eius PROVINCIIS.*

Idem ibidem agens de Prædicatione SS. Petri, & Marci in Romanis Prouincijs *ومن بعد ذلك مضى بطرس ومرقس الى اعمال روميه وبشرا هناك بكلام الله*
 Idest: *Posthac autem perrexerunt Petrus, & Marcus ad PROVINCIAS Roma, & annunciauerunt ibi Verba Dei.*

Quid pluribus auctoritatibus opus est ad asserendum huius nominis vtrumque numerum? certè qui hoc ignorat, aut aliquo hæret modo, & linguam, & Grammaticarum Arabicarum præceptiones, & proximè penitè ignorare, & nec vsu, nec ratione aliquid hac de re eognitum habere, dignoscitur.

Equidem, cùm *provincias* verterit Seldenus, dubius sum, ac pendeo animi, an id ignorantia præstiterit, an verò malitia. Hoc mihi eius in propriam factionem studia persuadent, & propensio: illud peregrinæ, & abstrusæ linguæ difficultas. At quid facilius est ex Lexicis, & linguæ Thesauris peruestigare cuiusque nominis numerum? nihil sanè; cùm singula in addiscentium gratiam accuratè, atque distinctè sint animaduersa, atque notata.

Quicquid sit, vna est veritas; hæc ingenuis omnibus

nibus dies noctesq; & nunquam non, vestiganda est; & semel reperta sequenda, amplectendaque. Seldeni igitur nunc est, vel lucem sequi meridianam, & veritatem sincerè amplecti, vel protestantem agere peruicacem.

Sed videamus iam, quàm parum firmamenti, & parum virium falsitas habeat, & verba Eutychij diligenter expendamus. لم يكن في عـل مصر اسقف
 perscribit in sua Periocha Eutychius, quæ sic interpretatur Seldenus: *Nullus erat in provincijs Aegypti Episcopus.* Hoc idem affirmat pag. 144. num. 22. suorum Commentariorum hisce verbis: *Iam Verò ex Patriarchali illo iure Veteri, quod sine Episcopis per totius Aegypti provincias tandiu, id est per annos amplius centum solum obtinuerat.* &c. Id rursus cõfirmat pag. 146. dum asserit, in auctoribus, quos pag. 145. citauerat, nihil haberi, quod in Ægypto extra Pentapolim Episcopos constitutos fuisse, conuincat.

Hæc ex parte falsitatis; veritate verò cogente contrarium prorsùs docet pag. 133. num. 19. in hæc verba: *Et memineris de Alexandrina Ecclesia ipsa rem ab Eutychio narrari, non de tota Aegypto, nedum territorio Patriarchali.*

His consonat Martyrologium Alexandrinum in commemoratione S. Athanasij sub die 2. Maij, vbi nomine Ægypti intelligit ipsam Alexandrinam urbem.

verba sunt: ذكر ابينا البار الجليل في القديسين
اثنا عشر ربي اساقفة الاسكندرية هذا القديس
كان مصر موطنه اى الاسكندرية.

Idest: *Commemoratio Patris nostri iusti, gloriosi inter sanctos Athanasij Archiepiscopi Alexandrini. Huius sancti Aegyptus domicilium erat, nempe Alexandria.*

Benè igitur asserit Aduersarius, cogente, & impellente veritate, de Alexandrina Ecclesia ipsa rem ab Eutychio narrari, & non de tota Aegypto.

Videant igitur, quæso, æqui amatores, quàm pugnantia docet Aduersarius. *Si non de tota Aegypto, nedum territorio Patriarchali*, loquatur Eutychius, cur igitur vertit *Provincias* potius, quàm *provinciam*, vel *territorium*, vt habet Eutychius, ipsiusque sonant ingenuè verba? & cur hoc idem suis Commentarijs confirmare non semel conatus fuit? Certè id vnum fidem non minuere solùm, sed prorsùs Seldeno derogare debet apud ingenuos Fidei, & Veritatis inuestigatores. Si enim falsum insinuare in humanis, profanisque, & simul contradictoria proferre, nec sibi constare, turpissimum ducitur, quantò magis in diuinis, sacrisq;, & quæ ad Fidem, & Religionem pertinent? Profectò Diaboli hoc est agere partes, & superbissimi, ac robusti illius Venatoris, qui homines à cultu diuino, & vera Religione omnibus viribus, & conatibus auertere enitebatur.

Por-

Porro si percontabitur hic vel ipse Seldenus, vel quispiam alius; cur tam serò in Alexandrinum Territorium, vel Prouinciam ordo Episcoporum introductus est? Hanc non quidem à nobis; sed à S. Epiphanio Hæres. 75. contra Aërium, accipiat responcionem, & rationem facti: *Profert autem*, inquit S. Epiphanius, *ad errorem suum, & eorum, qui ipsum audiunt, quod Apostolus scribit Presbyteris, & Diaconis, & non scribit Episcopis. Et ad Episcopum dicit: ne neglexeris donum, quod in te est, quod accepisti per manus Presbyterij. Et rursus in alio loco Episcopis, & Diaconis scribit. Quare est, inquit, idem est Episcopus, & Presbyter. Et non nouit ille, qui consequentiæ Veritatis ignarus est, & historias profundissimas non legit, quòd cum recens esset prædicatio, S. Apostolus pro re nata, Velut habebat, scripsit. Vbi enim Episcopi erant iam constituti, scripsit Episcopis, & Diaconis. non enim omnia statim potuerunt Apostoli constituere: Presbyteris enim opus erat, & Diaconis, per hos enim duos Ecclesiastica compleri possunt. Vbi Verò non inuentus est quis dignus Episcopatu, permansit locus sine Episcopo. Vbi autem opus fuit & erant digni Episcopatu, constituti sunt Episcopi. Cum autem multitudo non esset, non inuenti sunt inter ipsos, qui Presbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo Episcopo in loco constituto. Verùm sine Diacono impossibile est esse Episcopum. Et curam adhibuit S. Apostolus, Ut Diaconi essent Episcopo, propter ministerium. Sic Ecclesia accepit complementa Dispensationis;*

sic

fit illo tempore erant loci. Nam singulae res non ab initio omnia habuerunt; sed progressu temporis ea, quae ad necessarium perfectionem requiruntur, parabantur: Hæc S. Epiphanius de Hierarchiæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ pro temporum, locorumq; varietate, progressu, & statu.

His alia ratio addi potest, nimirum hostium Fidei persecutio, odium, & potentia in præcipua totius regni vrbe, eiusque territorio, hinc scriptum reliquit Chronologus noster Orientalis in vita Iuliani Patriarchæ من بعدة لم يوجب اسقف بالاسكندرية
 دل صار يخرج سراً ويوسم كهنة

Post hunc (Iulianum) nullus Episcopus manere potuit Alexandria, sed clam exhibant, & constituiebant Sacerdotes.

Ob has itaque similesque causas, & rationes ad ea vsque tempora, scilicet ad annum Christi 175. circiter, ex Eutychio, nullus erat in prouincia Ægypti Episcopus; nec Patriarchæ ibi ex eodem, nempe in vrbe Alexandria, seu illius Territorio, & suburbicarijs Ecclesijs vllum constituerant Episcopum; at non excludit Patriarchas alibi non constituisse Episcopos, quod Seldeno probandum erat.



CAPVT IX.

In quo quintum, illudq; præcipuum Seldeni refellitur argumentum, quod ex turpissima, manifestè falsa, & impudenter mendaci verborum Eutychie interpretatione adstringit.

Satis luculenter, ac copiosè ostensum est capite superiori, quàm malitiosè, & fraudulentè interpretatus sit bonus Seldenus Arabicam hanc dictionem *ἡ-ḥamal*. Nam cùm singularis numeri sit, & *provinciam*, siue *territorium* denotet, eam pluraliter *provincias* expressit ad exprimendum indè malitiosa ea interpretatione, nullum vsque ad ea tempora, ex mente Eutychie, extitisse in tota Alexandrini Patriarchatus Dicecesi Episcopum.

Turpis quidem interpretatio, atque fallax, sed multò turpior, ac fœdior, quam subindè molitus est ex eodem auctore. Illa Grammaticorum seuerè castiganda erat ferula; ista iustè interpretum coërcenda adhuc ergastulo. Inibi nomen singulare pluraliter expressit, & de v no multa fecit; hic verò pro nomine primitiuo deriuatiuum substituit, ac proindè sensum toto cælo diuersum, & veritati manifestè aduersum
prosti-

prostituit, atque auctoris verbis, ac menti vim intulit aduersariam. Quamobrem verba expendamus modò Eutychij, imò exponamus duntaxat æquis veritatis amatoribus, & indagatoribus, qui solo intuitu sententiam indè ferant æquam.

Eutychij ipfissima hæc sunt verba قَدْ اَضْرَحَ
د. م. تريوس بطريركا اصلح ثلثة اساقفه وهو اول بطريرك
بالاسكندرية على الاساقفة

Hæc ita vertit Seldenus. *Ille autem factus Patriarcha tres constituit Episcopos. Et primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopos fecit.*

Nos autem hæc eadem ita Catholicè, idest ingenuè, fideliter, sincerè, & ad verbum: *Cum autem factus esset Demetrius Patriarcha constituit tres Episcopos; & est primus Patriarcha, qui in Alexandria constituit Episcopos.*

Dictio, in qua dissidemus in præsentiquæstione, est بالاسكندرية

quam nos vertimus *in Alexandria*, Seldenus verò *Alexandrinus*. Ex nostra versione is funditur sensus: scilicet Demetrium primum fuisse Patriarcham, qui Episcopos in vrbe Alexandria fecit; ex interpretatione verò Seldeni: Demetrium primum fuisse Patriarcham *Alexandrinum*, qui Episcopos fecit, siue Alexandria, siue alibi.

Versionis huius punctum, primùm quod attinet, decidant modò, decernantque ipsi Protestantium linguarum Professores, nòn quicumque, sed Angli, dicantque ingenuè duo illi viri linguæ Arabicæ præfertim peritissimi Odoardus Pokoc, & Ioannes Grauius, & si qui sint alij inter Anglos, qui Arabicam linguam profitentur, an nomen istud **بالاسكندريه** vertendum sit in *Alexandria*, vt nos vertimus, an verò *Alexandrinus*, quemadmodùm Seldenus vertit?

Quiniò ipse ferat sententiam Seldenus, quà veritatis indagator, falsique laruarum osor, contra Seldenum veritatis aduersarium, falsique laruarum amatorem, & cultorem. Seldenus veritatis indagator hanc eandem dictionem in eadem Eutychie Periocha propè calcem eodem vertit modo, quo nos. scribit Eutychius

وكان مرقس صاحب الانجيل بالاسكندريه
يدعوا الناس الى الايمان بالمسيح ابن الله

quæ sic Seldenus veritatis indagator: *Atque erat Marcus Evangelij auctor in ALEXANDRIA, vs scilicet propagaretur Fides in Christum Filium Dei.* Idem

paulò post: وفي اول سنه من ملكه هذا نارون
قيصر قتل مرقس بالاسكندريه

quæ sic Seldenus veritatis indagator. *Et anno imperij Neronis Caesaris iam dicti primo occisus est Marcus*

ALEXANDRIAE, Primo loco vertit in *Alexandria*, secundo loco magis Latine *Alexandria*.

Quo ergo consilio, quo proposito, qua mente, quo scopo, quo fine vertit eo loci Seldenus, *Alexandrinus*, pro *in Alexandria*, vel *Alexandria*, ut binis istis locis, cum eadem sit dictio, idem loquendi modus? Nullum fanè aliud sibi proposuit consilium, nisi fallendi, nisi decipiendi.

Ad alterum controuersiae punctum, quod spectat, sententiam ferant quoque ipsi Aduersarij, linguarum cultores, Grammatici, Dialectici, artiumque Professores, Seldenus fanus, & suimet compos, vtrum scilicet idem sit dicere; *Et primus fuit hic Patriarcha ALEXANDRINVS, qui Episcopus fecit*, ut ille vertit, ac, *Et est primus Patriarcha, qui in ALEXANDRIA fecit Episcopos?* sicuti vertimus nos, & verba sonant Euty-chij, ac nemo Aduersariorum, vel sit impudentissimus, & execrandi stuporis, inficiari audebit.

Siquidem nemo non fatebitur vtrò, duas has versiones diuersum fundere sensum, ac multum interesse inter vtramque. Quia iuxta nostram, quæ ad vnguem exprimit dictionem, & consequenter mentem Euty-chij, sensus est: vsque ad tempora Demetrii, nimirum vsque ad annum Christi 175. circiter; Patriarchas Alexandrinos nullos in vrbe *Alexandria* constituisse Episcopos. Qui loquendi modus coërcet ordinatio-

nem

nem Episcoporum intra vrbis Alexandrinæ limites, ac terminos, ac non excludit Patriarchas, ordinationes alibi, ac in alijs Patriarchatus Alexandrini prouincijs non exercuisse .

Porro iuxta malitiosam, falsam, adulterinam, ac fraudulentam illam Seldeni versionem, seu interpretationem excluditur Episcoporum ordinatio ex tota Alexandrini Patriarchatus Diœcesi, quæ à Patriarchis obeunda erat, qui est præcipuus Seldeni scopus, cuius gratia totos elaborauit putidos illos Commentarios .

Præterea, quis Aduersariorum non dispicit, ex illa adulterina versione mutari etiam facti substantiam, quemadmodum comparatione cum similibus loquendi modis facta planissimè patescit? Alius enim est sensus, ac toto quidem cælo diuersus, dicere exempli gratia, *Nullus Patriarcha in Alexandria mortuus est;* alius verò, *Nullus Patriarcha Alexandrinus mortuus est.* Item alius omninò est, *Nullus Patriarcha in Alexandria sepultus est,* alius, *Nullus Patriarcha Alexandrinus sepultus est.* sic alium fundit sensum hoc enun-
ciatum; *Et est primus Patriarcha, qui in Alexandria fecit Episcopus,* alium verò sensum hoc aliud; *Et primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopus fecit.*

Ex his nemo non videt, quibus fallacijs, quibusue paralogismis suam, suorumque tueri conatur Seldenus causam. Iure igitur dici poterit .

Crimine ab Uno, disce omnes.

Porro urgebit hic fortè Seldenus, aut alius quispiam pro illo, ac dicet: Euty chius disertissimis asserit verbis, Demetrium scilicet primum fuisse Alexandrinorum Patriarcharum, qui Episcopos fecit; asserit insuper, Patriarchas eius prædecessores nullum creasse Episcopum, ex quo palam, ac manifestè infertur, nullum ante illa tempora Demetrij fuisse siue in *provincia*, siue in *provincijs* Ægypti Episcopum. quod quidem ex eo confirmatur, quòd scilicet ius creandorum Episcoporum ad Patriarchas pertineret, Patriarchæ verò ex Euty chio nullum ad ea usque tempora crearunt Episcopum; ergo perindè erit dicere, nullus Patriarcha Alexandrinus fecit ante Demetrium Episcopos, ac nullus Patriarcha in Alexandria ante eundem fecit in Alexandria Episcopos, cùm negatio sit absoluta, atque de Patriarchis enunciata non constituentibus Episcopos.

Egregia fanè obiectio, sed quamplurimæ sunt substructæ fallaciæ. Imprimis enim asserere, Demetrium fuisse primum Patriarcham, qui Episcopos in vrbe Alexandria fecit, & Patriarchas eiusdem prædecessores nullos constituisse ad ea tempora usque Episcopos, non excludit, vel eum, vel prædecessores Patriarchas alibi & extra Alexandrinum territorium constituisse Episcopos, uti supra etiam notauimus. Ea enim Euty chij verba, *nec Patriarchæ ante eum,*

crea-

crearunt Episcopos, necessaria sanè consecutione, & connexione orationis ad immediatè antecedentia sunt referenda; nimirum Episcopos minimè ordinatos fuisse ad ea usque tempora in *Alexandria*, ut ex verbis Eutythij, mox supra relatis, patet; sed vnusquisque in propria ordinabatur ciuitate, vti habetur ex 4. Nicæni Canonis decernente: *Episcopum oportet ab omnibus Episcopis (si fieri potest) qui sunt in prouincia eius ordinari*. Accersebantur itaque ex tota prouincia Episcopi ad ordinandum Episcopum in propria ciuitate, Demetrius autem primus fuit, qui Episcopos in vrbe Alexandria ordinare cœpit præter antiquum morem. Et hic est Eutythij verus sensus.

Secundò, etiamsi concedatur Seldeno Aduersario, Patriarchas antè Demetrium nullos constituisse Episcopos, vel in Alexandrino territorio, vel in tota Alexandrini Patriarchatus Diœcesi, non propterea sequitur, quod ille obtendit, nimirum usque ad ea tempora nullos extitisse extra Alexandrinum etiam territorium Episcopos. Etenim nemo in sacrorum Conciliorum Actis, & Canonibus, ac Patrum lectione tam parùm versatus, & nouus est, qui nesciat, antiquis Metropolitanos suæ prouinciæ ius habuisse ordinandi Episcopos, quamuis ad Patriarchas id præcipuè pertineret, vndè Concilium Nicænum Can. 4. *Potestas sanè, Vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad Metropolitanum Episcopum.*

Imò

Imò & ipsi Chorepiscopi sibi hoc aliquandò arrogarunt munus, præsertim apud Ægyptios, & in Alexandrina Diœcesi, vndè sextus Nicænus enatus est Canon iste: *Mos antiquus perduret in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem.*


Quoniam verò tempore Concilij plus nimio inualuerat eiusmodi abusus in Alexandrini Patriarchatus Diœcesi, indè Canon initium sumpsit. Et eò quòd non solùm Patriarchæ, qui longè distabat, nec omnibus prouincijs personaliter adesse poterat, parui pendebant auctoritatem, verùm etiam contra Ecclesiastica antiqua iura, & Metropolitanorum voluntatem, & conscientiam ordinationes ab his fiebant, prospexit Concilium, ne id imposterùm ampliùs perpetraretur, hoc lato decreto, in eodem Canone: *Per omnia autem manifestum est, quòd si quis præter Voluntatem, & conscientiam Metropolitanæ Episcopi ordinatus fuerit, hanc Concilium magnum, & sanctum censuit, non debere esse Episcopum.*

Ex dictis itaq; aperte constat; ea verba Eutychie in-telligenda omninò esse vel de sola Alexandrina vrbe, vel de illius duntaxat territorio; adeoq; non sequitur indè, quemadmodùm obtendit Seldenus, Patriarchas Alexandrinos minimè etiam in alijs Patriarchatus prouincijs constituisse Episcopos.

Patet præterea in Alexandrini Patriarchatus Diœcesi

cesi Metropolitanos Episcopos extitisse sub ipsis illius Ecclesiæ initijs, & natalibus, vt hisce relati Canonis denotant verba: *Mos antiquus perduret in Aegypto, Libya, & Pentapoli &c.* Nam si canone isto præcipitur, vt mos antiquus perduret, scilicet ne quis præter voluntatem, & conscientiam Episcopi Metropolitanæ ordinetur, nemo sanæ mentis dubitare poterit, Metropolitanos antiquitus extitisse in Alexandrini Patriarchatus prouincijs, quod & Seldenus pag. 146. num. 22. fatetur.

Quibus omnibus animaduersis, ac diligenter obseruatis, quinam amplius scrupulus inhærebit, aut iam iniectus ex hisce Eutychie verbis, *Nec Patriarchæ ante eum crearunt Episcopos*, non euellitur? cùm luculenter videat, ea intelligenda esse de solis Patriarchis, ac de sola vrbe Alexandrina, seu eius Territorio, vel Ecclesijs suburbicarijs, in quibus ad ea vsq; tempora nullos constituerant Patriarchæ Episcopos ex Eutychio; non quidem de alijs Patriarchatus prouincijs, in quibus & ipsi Patriarchæ, & Metropolitanæ Episcopi ordinationum officio defungebantur. quod ex sequentibus capitibus planè, ac plenè constabit.



CAPVT X.

*In quo euentiffimis testimonijs ex Alexandri-
nis prolatis monumentis, & Scriptoribus demon-
stratur, Ius ordinandi in ea Ecclesia semper ad
Episcopos pertinuisse, et nunquam ad Presbyte-
ros. Item Patriarcharum Alexandrinorum or-
dinationibus Episcopos vel ab ipsa illius Ecclesie
origine interfuisse, planè, ac plenè aucto-
ritatibus Alexandrinorum Scripto-
rum ostenditur.*

A Nimaduertens Ioannes Seldenus verba Euty-
chij, de quibus mox dictum est, intelligi non-
posse nisi de Prouincia Ægypti proprie dicta, siue
de Alexandrino Territorio, siue de suburbicarijs re-
gionibus, postquam affirmavit, negavitque simul,
vti superiori capite ostensum est, ita in expositores
loci Hieronymiani Epist. 85. ad Euagrium pag. 26.
num. 10. inuehitur: *Si igitur Eutychio nostro fides, hal-
lucinantur nimium qui, dum ad locum Hieronymianum
in prefatione superius allatum extricandum se torquent,
asserere audent, Electionem Presbyterorum Alexandrino-
rum talem fuisse, qualis in Germania fieri ab Ecclesia-
rum Capitulis solet. Ita ad Hieronymum Marianus*
Victo-

Victorius Episcopus Amerinus. Quasi Episcopi aliundè accersiti creassent, ipsi Verò Presbyteri tantùm elegissent. Neque infrequens est eiusmodi interpretatio Hieronymi apud Theologos, nec non obuia. Sic etiam Vincentius Cabotius Iurisconsultus lib. 1. Variarum disputationum cap. 2. sic alij. Sed Ut Eutychio interea ita & ipsi etiam Hieronymo sunt, quotquot rem sic explicant, aduersissimi.

Sed nec ipsos etiam Episcopos Heracleanos, nisi ex accidenti, ius, & facultatem ordinandi habuisse, agnoscit Seldenus, & solis quidem vicinis, & non longè diffitis id tribuit, uti videre est pag. 137. num. 20. *Quia, inquit, ex more eiusdem Ecclesiæ electio, & ordinatio Patriarchalis moram non patiebatur, quod scimus ex Epiphania hæresi 69.*

Quemadmodùm in cæteris omnibus ad præsentis controuersiæ argumentum spectantibus, nulli solido, firmoque innitur Seldenus noster fundamento, sed vel meris, nudisque assertionibus, vel erroneis, ac falsis interpretationibus susceptam defensitat prouinciam; ita in præsentiquæstione se præstat. Dic, quæso te, utrum institutum de Episcopis aliundè accersendis ad Episcoporum ordinationes, nouum sit, & veteri Ecclesiæ inauditum, aut inusitatum? Profectò antiquissimum est, ac indè Apostolici Canones initium sumpserunt. *Episcopus à duobus, aut tribus Episcopis ordinetur.*

Apostolico huic Canoni accedunt ipsius Alexandrinæ Ecclesiæ Constitutiones cap. 5. de Episcopis .

ولا يقسم اسقف بلا اسقف المدن وليس هـ و
 وحاده بل واسقفان اخران معه ليقيم من
 جره ثلاثة اساقفة

Idest: *Ne ordinetur Episcopus sine Metropolita; at non ipse solus, sed sint alij duo Episcopi cum illo, Ut ita constituantur à tribus.* His subiungitur ibidem hoc Apostolorum præceptum:

ونامرکم ان يقسم الاسقف
 من ثلاثة اساقفه وان كان من ضرورة فمن اسقفين
 وليس يمكن ان يقسم الاسقف من اسقف واحد

Præcipimus autem vobis, Ut Episcopus ordinetur à tribus Episcopis; Urgente Verò necessitate à duobus; nec fas est, Episcopum ordinari ab Uno Episcopo. Pro hac doctrina laudatur ibidem B. Clemens lib. 3. Constit. Apostolicarum cap. 20. & lib. 8. cap. 37. nec non S. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia par. 2. cap. 5. Hoc idem tota tenuit antiquitas. omnes hæctenus illud arctè tenent Orientales, accurateque defendunt. omnes tam Canonem Apostolicum, quàm Apostolicam Constitutionem, quæ legitur apud B. Clementem, in suarum Ecclesiarum referunt monumenta, & Ritualibus inserunt. omnes Scriptores, qui de hoc agunt argumento, id tamquàm Apostolicum institutum agnoscunt.

Ioan.

qui illum ordinat Verbis consecrantibus, atque per omnia sanctificantibus. Veruntamen non ordinatur, sue perficitur, nisi à duobus, vel tribus Episcopis iuxta Canonem Apostolicum. Subditque statim ipsorum Apostolorum factum, atque exemplum, nec non fundamentum ex Evangelica doctrina.

אֲמַרְתָּ וְאֵלֶיךָ יְהוָה
 עָלֶיךָ וְעַל כָּל הָעָם
 וְעַל כָּל הָאֲרָצוֹת
 וְעַל כָּל הַיָּם וְעַל
 כָּל הַבְּרִיאָה וְעַל
 כָּל הַשָּׁמַיִם וְעַל
 כָּל הָאֲרָצוֹת וְעַל
 כָּל הַיָּם וְעַל כָּל
 הַבְּרִיאָה וְעַל כָּל
 הַשָּׁמַיִם

Quemadmodum etiam ipsi beatissimi Apostoli faciebant, sicuti scriptum est in libro Actuum illorum; & quemadmodum docuit Dominus noster, cum dixit: Ubi duo, vel tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Gregorius Barhebræus Tract. de fundamentis Ecclesię lib. 7. cap. 2. sect. 1. inter octo requisita ad ordinationem Episcopi, secundo loco hunc Episcoporum recenset numerum.

וְאֵלֶיךָ יְהוָה
 עָלֶיךָ וְעַל כָּל הָעָם
 וְעַל כָּל הָאֲרָצוֹת
 וְעַל כָּל הַיָּם וְעַל
 כָּל הַבְּרִיאָה וְעַל
 כָּל הַשָּׁמַיִם וְעַל
 כָּל הָאֲרָצוֹת וְעַל
 כָּל הַיָּם וְעַל כָּל
 הַבְּרִיאָה וְעַל כָּל
 הַשָּׁמַיִם

Secundò, sine duobus, vel tribus Episcopis non ordinatur:

tur : *Ubi enim sunt duo , Vel tres congregati in nomine meo , ibi sum in medio eorum .*

Benassalus Alexandrinus in Collectione Canonum cap. 5. de Episcopis .

ولا يقسم اسقف بلا اسقف . فـ
المدين وليس هو وحدة بل واسقفان اخران معه
ليقام من جهة ثلاثة اساقفة .

Ne ordinetur Episcopus sine Metropolita ; at non solo , sed sint cum illo alij duo Episcopi , ut constituatur à tribus Episcopis .

Daniel in Epitome Canonum , & Constitutionum cap. 5. de ordinibus Sacerdotalibus , sect. 3.

الاسقف تكون قسمته من جهة ثلاثة اساقفة . شمعون قنديا . وان قسمه اسقف واحد فليقط .

Episcopus à tribus constituatur Episcopis (Simon Chananeus) , si Verò ab Uno constitutus fuerit Episcopo , praecidatur . Hæc constitutio tribuitur ab hoc Auctore Simoni Chananeæ , quemadmodum & in Prolegomenis Conciliorum Arabicorum . Infinita alia præmitto Scriptorum testimonia hoc idem attestantia , ne longius , quàm par est , à nostro scopo , & instituto digrediamur .

Palàm itaque relinquitur apud veritatis veros , sincerisque indagatores , id inter Christiana dogmata ita statuendum esse , vt nefas , ac religio sit de illo
ambi-

ambigere . Siquidem in Euangelio fundatur , seu innititur Euangelij verbis , Apostoli creduntur Auctores , ab Apostolorum deducitur tempore , continuata traditione conseruatur apud omnes Christianas gentes , à Concilijs successiuè confirmatum semper est . Et qui , Sodes , factum est post Nicæni Concilij , & Alexandri Alexandrini tempora , & iuris prætensi Presbyterorum Alexandrinorum antiquationem ? An non aliundè accersebantur Episcopi ? An iuris alicuius particularis Ecclesiæ Alexandrinæ mentio fit , Can. 4. Concilij ? Imò strictè decretum fuit eo Canone , vt , nisi maxima obesset necessitas , non solum duo , vel tres , sed omnes conuenirent prouinciæ Episcopi ad singulorum Episcoporum ordinationem . Epiphanius autem non loquitur de mora momentanea , vel diurna , vt ita dicam , sed de longissima , & quæ diffidia parere poterat . Nam & nos scimus ex Chronologia Patriarcharum Alexandrinorum , quam latinitate donatam edidimus Parisijs , Sedem Alexandrinam vacasse post mortem Maximi , & antè promotionem Theonæ , annum integrum . Scimus etiam ex eadem Chronologia tantum semper intercedere temporis inter defunctum , & successorem , quantum requiritur ad Episcopos accersendos , vt ibi videre est . Friuola igitur , & nugatoria Aduersarij ratio censenda est .

Sed an veritatem ita negare potest Seldenus , aut delira-

delirare, vt ad sanam mentem aliquandò non redeat? nequaquam. quamobrem audiatur, quid pag. 25. num. 10. hac de re tandem sentiat. Certè libentiùs, inquit, sententiæ huic forsan accedet quis ingenuus, si penitiùs aduerterit tum quod tam in re ceptis Ebraeorum, quàm Christianorum moribus, hac in re, de Spiritu Sancto habetur, tum quod de Ternario minimùm numero, qui ordinationi, vt supra docuimus Ebraicæ semper necessarius erat, in Episcopis Christianorum ordinandis legitur. Cuius Verustissimum memoratur Vestigium in ipso Iacobo fratre Domini Episcopo Hierosolymitano à Petro, Iacobo, & Ioanne ordinato; idq; ex Clemente apud Eusebium, & Nicephorum. Vide Gratian. distin. 64. cap. 1. & 66. cap. 2. Freculphum Lexouiesem tom. 2. lib. 1. cap. 17. & Damasum in Epist. 5. ac in edit. Milesiana 9. & Canon. 13. Cod. Eccles. Africana. Hinc Matthias Vgonius in Tractatu de præstantia Patriarchali, ex huius, inquit, (Iacobi) consecratione Ecclesia traditionem accepit, ac Episcopis omnibus formam dedit, vt minùs quàm à tribus Episcopis consecrationes eorum non celebrarentur. Vnde Episcopi non sunt qui minùs quàm à tribus ordinati sunt Episcopis.

Huic sententiæ accessit quidem Seldenus quàm ingenuus est; at statim recessit, suæ oblitus ingenuitatis, quàm eorum defendit partes, qui suas inferunt conclusiones, nulla habita præmissarum ratione. Protinùs enim mox ab illo allatis subiicit: Quibus tamen

per-

perquam aduersa sunt quæ de Episcopo Alexandrinò à Presbyteris, Ut Vides, creando habet tum Euty chius noster, tum Hieronymus.

Quamobrem iterùm atque iterùm ; rursusque iterùm Hieronymum , & Euty chium à tam atroci , ac repetita iniuria vindicemus . At Hieronymus pro se respondeat , ætatem enim habet , & Latinè loqui aliquandò didicit , adeoque interprete haud eget . Vbi asserit Hieronymus , quæso te , Episcopum Alexandrinum creati à Presbyteris ? In Epistola 85 : quæ est ad Euagrium . Quid ibi dicit ? Hæc : *Nam & Alexandria à Marco Evangelista usque ad Heraclam , & Dionysium Episcopos , Presbyteri semper unum ex se electum , in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant : quo modo si exercitus Imperatorem faciat , aut Diaconi eligant de se quem industrium nouerint , & Archidiaconum vocent .* Ad hæc Hieronymus rotundè respondet ; hoc esse nimirùm intolerabilem calumniam ; cum de ordinatione nec vestigium , nec vola reperiri sit in hisce illius verbis , & se loqui de electione duntaxat , vt ipsa sonant verba , & comparatio electionis Diaconi in Archidiaconum euidentissimè conuincit . Et ne alicui scrupulus aliquis inhæreat , statim atque locutus est de hac electione Episcopi à Presbyteris Alexandrinis , immediatè subdit : *Quid enim facit , excepta Ordinatione Episcopus , quod Presbyter non faciat ?* Ergo Hieronymus ita excipiens apertissimis

verbis attestatur, ordinationem minimè pertinuisse ad Presbyteros Alexandrinos, sed solam electionem. *Quin etiam*, ipse inquit Seldenus pag. 26. *à tribus ordinatur Paulus Apostolus Gentium apud Hieronymum in eius Vita.* Qui ergo ordinatio Episcopi à tribus Episcopis perquam aduersa est Hieronymo, cum contrarium omninò asserat?

Modò ad Eutyechium, qui vindice eget, & interprete. Nos asserimus verba Eutyechij intelligenda esse de electione, approbatione, admissione, & huiusmodi, non autem de ordinatione, vt hactenus euidentissimis argumentis, auctoritatibus, ac testimonijs ex Ecclesiæ Alexandrinæ decerptis monumentis probatum est. Seldenus est in biuio, modò ait, modò negat, tandemq; quid velit, nesciat, dum pag. 26. scribit: *Sed hac in re confundi solet non rarò electio, seu admissio cum ordinatione.* Ergo per Aduersarium, verba Eutyechij intelligi possunt in alterutro sensu; cum non rarò confundi soleat electio, seu admissio cum ordinatione. Ergo testimonijs, & Auctoritatibus opus est, quæ hanc tollant ambiguitatem, & verum, genuinumque sensum verborum Eutyechij nobis aperiant, clarumque reddant. Sed hæc vndè repetenda sunt, aut reposcenda, nisi ex ipsis Ecclesiæ Alexandrinæ Archiuis, & monumentis? nullibi profectò conducibiliùs, & ad rem, & ad præsens argumentum, quàm indè.

Audiamus igitur ex ipsius Ecclesiæ Alexandrinæ Constitutionibus ad quos pertineat ordinatio, ad Episcopos, an ad Presbyteros? cap. 5. Constitutionum, quod est de Episcopis, sic hac de re paucis statuitur.

الاسقف يُبارك ولا يُبارك عليه ويقسم الناس
ويقبل الاولوجيه من جهة الاساقفة وليست من
جهة القسوس

Idest: *Episcopus benedicit, & non benedicitur; ordinat homines, ipse Verò Eulogiam* (seu benedictionem ordinatiuam) *accipit ab Episcopis, non quidem à Presbyteris.*

Breuissimis quidem, sed perspectissimis, & clarissimis dirimitur verbis tota præsens quæstio, ita ut non sit ambigendum amplius, an Eutychius sit intelligendus, & exponendus de electione, & admissione, non autem de ordinatione, quam penitus eximit hæc Constitutio ab officio Presbyterorum. Quamobrem recolenda hic est Aduersario, & in mentem reuocanda illa Hieronymi exceptio: *Quid enim facit, excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Imò rursùs exceptio hæc inculcatur earundem Constitutionum cap. 6. de Presbyteris hoc modo:

القسيس يضع يده على روس الناس ولا يقسم احد

Presbyter imponit manum capitibus hominum, at non ordinat quempiam. Id est, licet Presbyter manum imponat capitibus hominum, ea impositio non est ad

ordi-

ordines conferendos, sed, vel ad benedictionem imper-
tiendam, vel ad pœnitentes reconciliandos, vel à
peccatis absoluendos, peracta sacramentali Confessio-
ne, vel ad suffragia danda, & exprimenda, & perso-
nam electam designandam, & admittendam, & eiuf-
modi, vnde Græcorum χειροτονία. Et quidem iuxta
vltimam hanc acceptionem verba Eutythij de impo-
sitione manuum Presbyterorum sunt intelligenda,
vti pluribus in huius Operis cap. 1. egimus, & demon-
strauimus.

Porrò reponet forsan Aduersarius, aut quispiam
alius; hæc omnia instituta fuisse in Ecclesia Alexan-
drina post antiquatum ius illud Presbyterorum, vel
à Nicæna Synodo, vel ab Alexandro Alexandrinæ
Ecclesiæ Antistite, adeoque altiùs repetenda sunt te-
stimonia, & auctoritates ad hæc confirmanda, nempè
ab ineunte illius Ecclesiæ ætate, & origine.

Non iure immerito id à nobis exigitur, at non
quòd id nostra exigat causâ, quæ satis superque pro-
bata est, & euidentissimè demonstrata; sed vt quic-
quid Aduersarij per iniuriam opponere possint, nos
iure euertamus. Prodeat igitur Seuerus Alexandrinus
in vita Meliani (qui & Abilius Eutythio dicitur) suc-
cessoris Hananiæ, siue Aniani, qui à D. Marco pri-
mus constitutus est Alexandrinus Episcopus, & de-
scribat nobis, qua ratione creatus est Meliani succes-
sor, nempè tertius Alexandrinus Patriarcha. Audi

فاجتمع الشعب الارتدكسي
وتشاوروا واخذوا انه بان اسمه ملىانوس وقت
بطركا على كرسي ماري مرقس الانجيلي عوض
انيانوس . وكان هذا ملىانوس ذو عفاف وثبت الشعب
على معرفة المسيح وكثر شعب الارتدكسيين .
والخميس مدن وافريقيه واقام اثني عشر سنه على
الكرسي وكانت البيعه في ايامه تحت سلامه وتنجيح
اول يوم من توت في خامس عشر سنه من ملك
الملك الملقدم ذكره . فسمع الكهنه والاساقفه الذين
كانوا من قبله في البلاد بان البطرك قد تبع
حزنا واجتمعوا الى مدينة الاسكندريه وتشاوروا مع
الشعب الارتدكسي الذي فيها وطرحوا القرعه لكي
يعرفوا من يمتدق يجلس على كرسي القديس مرقس
الانجيلي تلميذ السيد المسيح بعد هذا الاب
ملىانوس فاتفق رأيهم بتأييد السيد المسيح ونا على
رجل خايف من الله اسمه كرنوس

Idest: *Congregatus autem populus (mortuo Aniano) & inuito consilio, assumpserunt hominem nomine Melianum, eumque Patriarcham constituerunt super Sede D. Marci Evangelista loco Aniani. Melianus autem iste continentia praeclarus erat, qui confirmavit populum in cognitione Christi, crevitque Orthodoxorum Plebs in Ae-*

gypto, Pentapoli, & Africa. Cùmque sedisset annos duodecim in ea Sede, ac pace petita esset in diebus eius Ecclesia, obiit primo Thut, anno 14. Imperij supra memorati Imperatoris. Percipientes autem Sacerdotes, & **EPISCOPI, QUI ANTE ILLUM ERANT IN EA REGIONE**, quòd Patriarcha defunctus esset, mæsti conuenerunt ad Alexandrinam Urbem, ac inito cum populo Orthodoxo, qui in ea erat, consilio, sortem proiecerunt, ut cognoscerent, quinam dignus esset, qui sederet in Sede S. Marci Euangelistæ discipuli Domini nostri Christi post patrem hunc Melianum, & conuenit eorum opinio ope Domini nostri Iesu Christi in hominem electum, timentem Deum, cuius nomen Cerdon.

Idem Seuerus in vita Celadiani, qui Celadius, & Celadion alijs dicitur, & octauus Alexandrinam rexit Ecclesiam, hæc scribit.

وكان في تلك الايام في الشعب انسان محب الله اسمه كلاديانوا فاجتمع الشعب الارثوذكسي والاساقفه الذين كانوا في الاسكندريه في تلك الايام واخذوه واوسوه بطركا واجلسوه على الكرسي الانجيلي وكان محبوباً من جميع الشعب

Erat autem ijs diebus in populo homo quidam amans Deum nomine Celadianus, quem conuenientes populus Orthodoxus, & **EPISCOPI QUI ERANT IIS DIEBUS ALEXANDRIAE**, assumpserunt, &

Patriar.

*Patriarcham constituerunt, ac in Sede collocauerunt
Euangelica; eratque dilectus Uniuerso populo.*

De Iuliano autem prædecessore ipsius Demetrii,
qui primus Episcoporum in prouincijs Ægypti auctor
Seldeno creditur ex Eutychio, sic apud laudatum
Seuerum in eius vita legitur.

كان انسان قسى .
حكيم قد درس كتب الله اسمه يوليانوس سالك
في طريق العفاف والتدين والهدو فاجتمع جماعة
اساقفه من السنودس والشعب الارتدكسى بمدينة
الاسكندرية ويحثوا عن جميع الشعب فلم يجـدوا
مثل هذا القسى فجعلوا ايديهم عليه واوسوه بطرـكا

*Erat quidam homo Presbyter, sapiens, qui operam Diui-
narum Scripturarum studio nauauerat, nomine Iulianus,
ambulans in Via continentie, religionis, & mansuetu-
dinis. Conueniens igitur congregatio EPISCOPORVM
Synodaliter, simulq; populus Orthodoxus in Urbe Alexan-
dria, & studiosè inquirentes in Uniuersum populum, ne-
minem compererunt huic Presbytero similem, quamobrem
manibus illi impositis, Patriarcham eum constituerunt.*

Nec alia sanè vtitur loquendi formula, aut mo-
do de Patriarcha creando post Demetrium, vel Hera-
clam, & Dionysium, seu iam introductum Episcopo-
rum ordinem in Ægypto, vt Seldeno placet ex Euty-
chio. Ita quippè scribit in vita Archilai, qui Alexan-
dri, cui tribuitur iuris Presbyterorum antiquatio,

præde-

predecessor fuit: فلما تفرج الاب بطرس وعدموه اهـ ل
 الاسكندريه انقدوا وجمعوا الاساقفه وصحروا ارشاد
 القس بطركاً عوضاً

Cum autem defunctus esset pater Petrus, eoque orbatu esse Cives Alexandrini, miserunt; & congregauerunt EPISCOPOS, & constituerunt Archilaum Presbyterum in Patriarcham loco eius. Deficient me dies potius, quam testimonia huiusmodi, & ad propositum argumentum confirmandum exempla.

Proinde sensatus quis, & mentis compos credit, aut æquus ingenuusque veritatis verè indagator facile sibi persuadere poterit, alium inesse Euty-chij verbis sensum, quàm habent tot illius Ecclesiæ antiquissima monumenta, publicæ constitutiones, & Scriptores vetustissimi? Et sanè si alius inesset ei sensus, nemo cordatus non præponeret tot auctoritates tanti momenti, ac ponderis, assertionibus Euty-chij, eumque tamquàm nugatorem, leuem, ineptum, atq; temerarium non deridebit, & exhibilabit.

Luce igitur meridiana clariùs ex dictis patescit; Episcopus in Alexandrina Ecclesia præter Patriarcham semper extitisse ab ipsa rerum origine, & quidem quà à Presbyteris ordine discretos, siue gradu, siue dignitate; nec non ad ipsos ordinationem pertinuisse; & ad Patriarcham ordinandum aliundè accersitos

fitos contra quàm sentit Seldenus, & Symmysta.

Quamobrem excute, excute, obsecro te Seldene, somnum illum profundissimum, quem tibi, & Symmystis immisit. Porro quis? Primum deperditorum, & Apostatarum hominum nefaria, ac profusa libido; deinde Henrici octavi Regis vestri furor, & effrenata luxuries, ac petulantia, vt demum solutis, hac data occasione, omnibus Religionis, & pietatis vinculis, ac Patribus exactis in inexpugnabilem fermè sit conuersus lethargum, & iamiam ad suam imaginem, & simulachrum cursu pergat citatissimo. Quas autem turbas, & quæ diuidia, & dissensiones excitauit is morbus, ex reformatorum, seu verius deformatorum Choriphæo audire iuuat in Epist. ad Antuerpienses, vbi, *Tot inter nos, inquit, religiones sunt, quot homines, neque a sinorum quisquam est tam hebes, & Vectors, qui insomnia proprii capitis, & propriam opinionem pro instinctu Spiritus Sancti, & se ipsum prophetam haberi nolit.*

Graphicè profectò morbi huius descripsit effectus Sutclenius ex Lutheranorum grege scriptor in responsione ad Calvinum: *Ea, inquit, Protestantium Monomachia, Ut neque in Consistorij sui institutione, eiusque partibus, auctoritate, aut officio saltem bini eorum consentiant, neque aliquandò consensuros probabile est; cum ita contendant, Ut nesciant quid Velint, aut quorsum.*

Insom-

Insomnia ergo sunt , quæ iactantur inter vos religiones , ex tam diro excitata morbo ; cùm ita contendatis , vt nesciatis , quid velitis , & quorsùm . Summùm vestra religio , optime Seldene , nihil aliud est , nisi veræ fidei destructio , mera contradictio veræ religionis vergens ad atheismum , nuda negatio , positiui nihil . Nam , fac , te ex Eutythij periocha euicisse , Episcopum , & Presbyterum vnum eundemque esse , Presbyteros Alexandrinos legitimam habuisse olim ordinandi facultatem . Quid indè ? sanè nihil . Vestra enim , quam vobis Anglicanam vocare placet , Ecclesia nullos agnoscit Episcopos , nullos Presbyteros , qui sint vel ijdem , vel diuersi , nullos ordines nullas ordinationes . Ad quid ergo tam improbum laborem impenditis in Commentarijs elaborandis , in Orientalibus Scriptoribus ex tam diffitis regionibus euocandis , interpretandis , corrumpendis , in Patribus exagitandis , in antiquis monumentis euoluendis ? Tam operosum studium , & molestum ad negandum , & inficiandum tantùm ! An conducibilius non esset , tam periculosi , & diuturni morbi causas , & originem inquirere , & cognoscere , ac opportuna applicare remedia ? conducibilius sanè , sed pudet fateri , hanc nominetenus religionem in vnus hominis nefaria , & flagitiosa libidine sua iecisse fundamenta . Neminem quidem latet , Henricum octauum , antequàm matrimonij legitimum thorum nefando incesto pol-

luerat , fuisse Fidei acerrimum defensores scriptis etiam contra Lutherum libris ; captum deinde amore Annæ Bolenæ , hanc religionis formam fabricasse , scilicet quæ in varias vertitur formas, nempe hæc peruersa, ac impia sine religione religio. Ingenuum igitur pudeat hominem , ex vnus hominis nefaria libidine sibi statuere religionem , patrumque suorum tot sæculis religiosissimè conseruatam turpiter destituere , imò penitus destruere. Tollentes igitur , vt Apostolus ait , membra Christi , facitis illa membra meretricis ? membra Annæ Bolenæ ? An nescitis , quoniam qui adhæret Meretrici vnum corpus efficitur ? Sanè longè turpior hæc est , quàm Israëlitarum à domo Dauid defectio , & Ieroboami multò scædior vitulis , nec cum illis comparanda. Proh pudor ! proh dolor ! *Quomodò facta est meretrix Ciuitas fidelis , plena iudicij ? iustitia habitauit in ea , nunc autem homicida .* Nunc adde : *Et Regicida .*

C A P V T X I.

An Episcopi sint iure Diuino distincti à Presbyteris ? & quid hac de re sentiant Ecclesiæ Orientales ?

Primus omnium , qui, eundem esse Episcopum , & Presbyterum , ac nullum inter vtrumque discrimen

scrimen esse affirmavit, fuit Aërius, vt scribit S. Epiphanius hæresi 75. *Est autem, ait, illius dogma supra hominis captum furiosum, & immane: Impri- mis enim, quandam, inquit, in re Presbytero Episcopus antecellit? Nullum inter Utrumque discrimen est. Est enim amborum Unus ordo, par & idem honor, ac dignitas. Manus imponit Episcopus: imponit & Presbyter. Diuinum omnem cultum administrat Episcopus: non minus id facit & Presbyter. Episcopus in throno sedet: sedet & Presbyter. His in vulgus iactatis, plerisque in errorem abduxit. Hanc hæresim Aërij amplexi sunt olim Valdenses, & Albigenes, subindè wiclephus Anglus, tandemque Lutherus, & Caluinus, & quotquot in eorum iurarunt verba, vt qui ex omnium antiquorum Hæreticorum cœno, & putredine nati. Hoc idem euincere conatus est Seldenus; sed quàm feliciter, mox mox rursùs videbimus.*

Quod autem non sit idem Presbyter, & Episcopus iam pluribus probatum est superioribus capitibus; restat modò igitur, vt probemus, id discriminis iuris esse diuini, non autem positiui, aut humani.

S. Ignatius Apostolorum discipulus, & Antiochenæ Ecclesiæ Antistes de hoc discrimine sic habet in Epistola ad Trallianos: *Reueremini Episcopum Vestrum, sicut Christum, quemadmodum beati nobis præceperunt Apostoli &c. Quid enim aliud est Episcopus, quàm is qui omni principatu, & potestate superior est, &*

ولا اوجوا نهي ان اذ سوعدا لافسوهوا .
 ان مدفلا دلهو حقا . هفاو ان
 لوجلا الولا . ان فدالما ان حذنا . اولا
 هبعدا هجر حستوهن وادبنا حر جارحنا .
 ولعلنا افند هبل حفسنا . ففلا حقا ان . هلا هفنا
 حقا وادبته . هافر وه واند للاحوه . ففلا هفنا
 ان . هلا وه ولفنا حب نجا ان :

*Serua mandatum per Episcopum , & Sacerdotem , ac
 tuum apud Dominum Deum mediatorem . Tibi enim
 dare preceptum est , illius Verò dispensare . Nec repetas
 rationem ab Episcopo , nec obserues illum , quomodo di-
 spensat , & perficit ministerium sua prefectura Domus ;
 Vel quando dat , Vel cui , Vel quomodo , Vel si benè , aut
 malè , Vel si elargiatur secundum aequitatem . Habet
 enim vindicem Dominum Deum , qui tradidit in mani-
 bus eius prefecturam hanc Domus , & dignum illum Sa-
 cerdotio huius tanti loci fecit . Ne itaque obserues , aut repe-
 ras rationem ab Episcopo , aut malè aduersus eum oblo-
 quaris . & insurgas in Deum , aut offendas Dominum .
 Sit positum ante oculos tuos , id quod dicitur per Isaiam :
 Numquid dicit lutrum figulo , quid facis ? non sum
 opus manuum tuarum . quemadmodum ille , qui di-
 cit patri suo : quid generas ? & matri suae : cur parturis
 me ?*

Ibidem cap. 5. ad calcem .

Handwritten text in Arabic script, likely a translation of the Latin text below. It begins with 'Propterea itaque...' and continues with several lines of text.

Propterea itaque, o Episcopo cave, ut mundus sis operibus, tuumque agnosce locum, quia ut Deus omnipotens propositus es, & locum Dei omnipotentis tenes. Atque ita praesideas Ecclesiae, & doceas, qua potestatem habes iudicandi peccatores vice Dei omnipotentis. Vobis quippe Episcopis dictum est in Evangelio: Quodcumque ligaveritis in terra, erit ligatum in Calis. Similia leguntur passim per totum.

Ioannes Episcopus Darenfis, quem floruisse seculo quinto ineunte, aliàs scripsimus, lib. 2. Hierarchiae Ecclesiasticae cap. 4. de sacris functionibus, sect. de Ordinibus, & singulorum ordinum virtutibus, ita perscribit.

Handwritten text in Arabic script, continuing the translation. It ends with a large 'X' mark.

الكوا وحلا حيتا هادقا ورحمة في فساد
 وبعثا حيقها وحقا همدقا وبعثا
 لومر فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.

*Ordines quidem sunt Summi Sacerdotes, (seu Episcopi)
 Sacerdotes, & Diaconi. Virtus Verò mundatio, illumi-
 natio, perfectio. Deus etenim iudicij, & sua gratiae
 iustificationibus (cum sese inclinat ad communicandum
 ordinibus creatis sua dona) prius mundat, tum illuminat,
 demum perficit. Pari modo Principatus Sacerdotij nostri
 impertitur, dat & elargitur suis inferioribus prius mun-
 dationem, tum illuminationem, demum perfectionem.*

Horum verò ordinum proprias, ac peculiare
 functiones sectione sequenti ita distinguit.

همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.
 همدقا فخر. همدقا فخر. همدقا فخر.

sitatem, & edocet illum, abnegare Sathanam. seq; tradere Christo. Lectione Verò Scripturæ, quam habet, purgat imperfectos. Præterea positiva Sanctitatis Lex ad portam statuit illum ad segregandos mundos ab immundis. Eo quippè tempore Diaconi ad portas stabant. Planè itaque ex his demonstratum est, ordinem Episcoporum perficiemem, ac consummantem esse. Etenim perficit omnes ordines, siue sint Presbyterorum, siue Diaconorum, & consummat omnes sacerdotales defunctiones. Ordo autem Sacerdotum illuminans est, ac tribuens illuminationem; Diaconorum Verò purgans, & segregans. Ordo Verò Episcoporum quamuis perficiens sit, & suas consummans defunctiones, habet tamen, Ut illuminet, sicut Sacerdotum, & Ut purget, sicut Diaconorum. Superiores enim multò excellentiùs habent ea, quæ sunt inferiorum. Et quidem (Episcopus) primus est in honore, & Deo proximior. proximior autem, dicimus, eum esse, elargitione, siue dono, non autem ex operibus; ex operibus enim quicumque Vult, proximus esse potest. Et quidem imperfectiores non possunt transilire ad præstantiores, nec audere, ipsis licet. Non enim conceduntur, quæ attinent ad Presbyterum Diacono; neque, quæ ad Episcopum Presbytero. Si Verò ea facere ausi fuerint, irrita habentur.

Postquàm verò prima capitis illius sectione ex D. Dionysio ostendit, omnes illuminationes, & dona à superioribus deferri ad inferiores, & Diuinam Hierarchiam, vt loquitur, illuminare Angelicam,

Sed obijciat non nemo dicens: Etce Baptismus quoque, & Sacrificium Missæ perficiuntur à Sacerdotibus; ergo non omnia perficiuntur ab Episcopo. Dicimus quidem, licet aliqua adoranda mysteria perficiantur à Sacerdote; tamen non potest ille quicquam perficere, aut consummare absque ijs, quæ ab Episcopo perficiuntur. Imprimis enim ipse non fit Sacerdos nisi ab Episcopo. Secundo nec Baptismus ille perficit absque Chrismate ab Episcopo consecrato; neq; offert, nisi panem, & Vinum imponat Tabule consecratæ ab Episcopo, & unctæ Chrismate, quod Episcopus sanctificauit. Rectè igitur asserimus, per illum (Episcopum) perfici, & consummari Sacerdotale ministerium; ac illi singulariter à Christo traditum fuisse manus imponere, seu facere ordinationes, consecrare Chisma, & Ungere Altare, quia ipse primus est, per quem transmittitur diuina illuminatio.

In libro Constitutionum Ecclesiæ Maronitarum, qui ex Syriaca in Arabicam linguam versus est à Dauide Archiepiscopo An. Dom. 1059. rogantibus Iosepho Abbate, & eius Monachis, vti in eiusdem legitur præfatione, sequentia habentur capite 42. de singulorum Ordinum proprijs muneribus:

موسى وضع السنة التي قبلها من الله فوضع فيها
 ما الذي ينبغي ان يعمه ربي الكهنه واى شى
 ينبغي

يعبني ان يعلموا اللاويون وقسم لكل واحد ما
يعبني له ان يتوصل يخدمته والقيام بها : فما
كان من عمل ريس الكهنة لم يقربوه الكهنة ولم
تلمزهم بذلك السنة . وكلما كان من صناعة الكهنة
لم تكن اللاويون يذنبوا منه ولكن كل صنف
منهم يحفظ ما امر به حدودا لا يتجاوزة . فمن كان
يتخطا بشئ مما امروا به الى غيرة قبل او مقبلة :
وذلك ظاهر في حديث شاول الملك لانه حيث ذبح
من غير ان يكون ريس كهنة بني اسرائيل جلت
عليه اللطية واللعنة الدائمة : واظهر الله بالفعل
منه هذا بعوزنا الملك من ساعته . لانه لما تعبدى
السنة حل به قضا العقوبة فبرص لاجل انه تجرى
على الكهنوت التي لم تكن له وسلب منه
ملكه الذي كان وراثته

*Moses, quam accepit à Deo, posuit Legem, in qua sta-
ruit, quid Principi Sacerdotum perficiendum est, &
quid præstandum Levitis; & singulis diuisit sui ministe-
rij munus. Ad id enim, quod erat muneris Principis
Sacerdotum, nequaquam accedebant Sacerdotes, nec
Lex id illis præcipiebat. Item ad id, quod erat muneris
Sacerdotum, non accedebant Leuitæ: Sed singuli ordines
seruabant id, quod sibi præceptum erat, nec suos præteri-*

bant

bant terminos. Etenim qui à munere ipsi imperato ad aliud transibat, aut occidebatur, aut reprobabatur. Et hoc quidem ex historia Saulis regis liquet, qui offerens sacrificium, cum non esset Princeps Sacerdotum Israël, aeternum contraxit peccatum, & maledictionem. Simile quid opere ostendit repente Deus in Hozia rege, qui transgrediens Legem sententiam retulit supplicij, lepra percussus. Et cum ausus esset in Sacerdotium, quod ipsius non erat, regno, quod iure hereditario ad illum spectabat, priuatus est.

Ex his ita subindè concludit : فاذا الكاهن لا يتجاوز حدة ويتعدى الى ما هو من عمل الاسقف. ولا الشمس يتجاوز حدة ويتعدى الى ما هو من عمل الكاهن او من عمل الاسقف لان هذه وصية السيد المسيح وامر ابهاتنا الرسل الاطهار: ونحن نرى ان الاشياء التي ليس لها نفس ولا عقل تحفظ النظام المقدر لها مثل الليل يتبع النهار وللشمس يتبع القمر والكواكب والاركان والفصول والسوابيع والايام والسماعات ينصنع للمدبر كما قيل في كتاب الله. جعل حدا لا يموزه: وقيل في البصر. جعل له حدا واحاط به سورا وابوابا وقال له ابلغ الى هاهنا فقط ولا تجاوز ذلك: فكم يجب عليكم انتم ان لا تجرحوا وتغتموا شيئا مما حده الله لكم وامركم به

وحدهما ولهما الاما . حونا وعلما وبعما
 لهما فينا . اذ وبعنا لهما بعما ابيهم .
 ونسبهم بع مقتدا ووتبع سننهم . ونسبهم
 من حنا . وبع ملاذهم حمر متوا . فينا
 ممددا لبعنا .

Igitur hominibus pra ceteris convenit Principatus . Duos enim Principatus dedit Deus in Mundo , Regnum scilicet , & Sacerdotium ; Regnum quidem ad regendum corpus ; Sacerdotium Verò ad animam dirigendam . Et quemadmodum anima sublimior est corpore ; ita Sacerdotium prestantius est Regno . Attamen consentaneum est , Ut quemadmodum in Corpore hoc sit caput , illud Verò subiectum ; & id medium , ita in Ecclesia praecepit Deus , hos nempè esse Pastores , & Episcopos , (qui multò Virtute sint sublimiores pluribus , & familiaritate apud Deum ; eò quod habeant rationem animae ad corpus , siue intellectus ad animam .) illos Verò Presbyteros , qui pascant , & pascantur , & illos gregem ; qui cum simul componuntur , Unum corpus integrum , & perfectum efficitur .

Idem cap. 21. cuius titulus est ; *De Auctore Sacri Principatus , & quanam sit effectio illius ?* hæc habet :

ممددا لبعنا .
 الاما ملاذهم : حمر متوا لبعنا
 لبعنا

ⲉⲓⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ

A Deo datum est Summum Sacerdotium, & diuinitus operatur. Etenim concessit illud Deus rationis participibus ad ipsorum salutem, & Deificationem.

Idem cap. 22. quod inscribitur. De uniuersalibus, & particularibus tam nostrae Hierarchiae quam Angelica.

ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲓⲛⲓ

Universalia autem sunt 1. Eandem Virtutem habent (Hierarchiæ) in omni functione sua Hierarchia, eò quòd à Deo data sunt, & illi inserviunt. 2. In singulis illarum est ordo primus, secundus, & tertius. 3. Ipse Hierarcha, Angelus sit, Vel Homo, (quoad potest eius substantia, & mensura, siue Virtus, nec non Ordo, primus sit, an secundus, Vel tertius) perficitur his diuinis ipse prius; subindè tribuit imis, & inferioribus singulis iuxta meritum. 4. Secundi adherent primis, & Uniuntur eidem secundi tertijs, qui infra illos sunt, & ipsi tertij diriguntur, & reguntur; tamen singuli iuxta suum posse, participes efficiuntur illius, qui natura est beatus.

Idem cap. 25. cuius titulus est: *Expositio Universalium, seu communium, & particularium singulorum ordinum*, agens de verbis perficientibus Episcopum, quæ nos formam nunc vocamus, hæc habet:

فَقَالَ رَبِّي مَدِينَتِي لَيْسَ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي
 فَكَيْفَ يَكُونُ لِي حِزْبٌ وَلَا حِزْبٌ لِي

حَدَّثَنَا هَدْيَةُ ابْنُ مَرْثَدَةَ حَدَّثَنَا أَبُو

Ab ipso Domino cùm accepissent Apostoli ordinationes ; eas tradiderunt nobis . Etenim cùm misit illos binos binos , & dixit : Leprosos mundate , & Spiritus malos eijcite , Mundantes constituit eos , nempe Diaconos . & cùm sufflauit in eos , & dixit : Accipite Spiritum Sanctum , & hac subiunxit : Si alicui remiseritis peccata , remittuntur illi &c. Presbyteros fecit illos . Et cùm eleuauit manus , ac benedixit eos tempore suae Ascensionis , ipsos constituit Episcopos .

Modò quid hac de re sentiat Ecclesia ipsa Alexandrina , audiamus ab ea ita loquente capite 9. suarum

Constitutionum sect. 3. **التعاليم في رتبهم** .

Idest : Sect. 3. *de Ordinibus* . **قالت الرسال**

في فاتحة التسليمه نحن الرسال اجتمعنا

بيروشليم وقرنا هذه التعاليم ونبيها الرتب

كاستحقاقها كمثل السرايين هكذا ايضا الكهنة

فليقم كل واحد في ما قسم له الرب ويشكر الاسقف

كالراعي القسا كالمعلم . الشمامسة كخدام . الابودياقنوس

كاعوان . الاعنستهيون قرا . الابسالديون مرتلون .

Afferunt Apostoli in **اليفلونيه** **قومه** :

prafatione Didascalie , seu Doctrinae : Nos Apostoli conuenimus Hierosolymis , & stabilimus hanc Doctrinam ,

nominan-

nominantes Ordines secundum singulorum dignitates; nam sicuti Celestium, ita quoque est Ecclesia. Stet igitur Unusquisque in eo (Ordine) quem attribuit illi Dominus; laudeturque Episcopus, Ut Pastor; Presbyteri, Ut Doctores; Diaconi, Ut Ministri; Hypodiaco- ni, Ut Coadiutores; Agnognosta, Lectores; Psalmista; Cantores; Exorcista, Commilitones.

Ne verò quis existimet, id Ecclesiastica potius aliqua dispositione statutum fuisse, quàm diuino iure, statim subditur. **وذلك الملك الذى كان فى**

العميقه كان يدبر امور العساكر ويلى للحروب ويطلب الصلح لحفظ الاجساد. فاما الاسقف قبل الكهنوت من الله ليجي ويتحنى النفوس والاجساد من الهلاك. وكما ان النفس افضل من الجسد هكذا الكهنوت اعلا من المملكه. وهي تربط من يستحق العقوبه وتخل من يستحق التحليل: واذا كان من يقوم على ملك يستحق العقوبه ولو انه ابنه او صديقه فكيف بالاكتر من يقوم على الكهنه: فكما ان الكهنوت اعلا من المملكه هكذا عقوبه من يضادها اكتر عقوبه ممن يقاوم المملكه. وليس واحد من الاثنين يجزى من العقوبه: فلم يجز اجيشالوم وامينادات من العقوبه. ولا قورح وداتان وابهروم لان اوليك قاموا على داوود الملك

وهولا

Z

وهو لا قاموا على موسى وهو ————— ارون :

Rex autem ille Veteris Legis negotia moderabatur exercituum, & bellis occurrebat, pacemque procurabat ad corporum conseruationem: At Episcopus Sacerdotium consequutus est à Deo ad saluandum, liberandumque animas, & corpora ab interitu. Et quemadmodum anima prestantior est corpore, ita Sacerdotium sublimius est regno, & ligat qui meretur pœnam, & soluit, qui solutionem. Et si qui insurgit in regem, meretur pœnam, etiamsi filius sit, vel amicus eius; quanto magis qui insurgit in Sacerdotes? Quemadmodum etiam Sacerdotium sublimius est regno, ita pœna oppugnantium illud, maior esse debet, quàm eorum, qui aduersantur regno. Et quidem Vtrique à pœna haud fuerunt immunes; nec Absalon, & Aminadab immunes fuerunt à pœna, nec Core, Dathan, & Abiron, eò quòd illi insurrexerint in David regem, isti Verò in Moysen, & Aaron:

Rursus ibidem: وليقف كل واحد في الطقوس

الذى دفع له ولا تغضبوا لكم رتباً وحدكم لم
تدفع اليكم ولاجل هذا تحطون الله مثل بنى قورح
وعوزيا الملك فانهم اغضبوا الكهنوت بغير امر
الله فاوليك احرقوا بالنار والملك تقشورت جبهته
بالمرض. وموسى الذى كلمه الله خذ الذى يبيت
ان يكمل من جهته رئاسة الكهنوت والذى يكون

من الكهنه والذي يكون للاديين وافرق كل واحد بما يليق به واذا تعدا واحد خارجا عن خدمته التي قبلها فعقوبته الم

Permaneat Unusquisque in ordine, qui ei traditus est, nec Violenter assumatis Vobis ordines, qui Vobis traditi non sunt, ac propterea ad iram provocetis Deum, Vti Coraita, & Ozias Rex, qui Violenter assumpserunt Sacerdotium sine Dei precepto. Quamobrem illi igne combusti sunt, & Regis frons lepra excoriata est. Et quidem Moysen locutus est Deus: Assume eum, qui in Summum Sacerdotem consecrandus est, & qui in Sacerdotem, & qui Levitae fungi debet munere, & distingue singulos ad officia ipsis consentanea. Si autem quis transgressus fuerit ministerij, quod accepit, limites, morte puniatur.

Tandem concludit hoc ex Apostolorum doctrina, & traditione. ولو لم يكن ناموس باخه لاف مراتب لكان يكتفى ان تتم كل البريه باسم واحد. بل لما عرفنا من جهة الرب سياقه الافعال. افرقنا للاساقفه رياسه الكهنوت وللقسوس الكهنوت وللشمامسه لخدمه معهما. والذين يغيرون الرتب ليس يقاومونا نحن بل هم مقاومون لاسقف كل البريه ابن الله عظيم الكهنه.

Si autem nulla esset lex, vel statutum de ordinum distin-

Etione, profectò satis esset, ut Unico nomine totus comprehenderetur orbis. At cognoscentes nos à Domino operum ordinem, & dispositionem, distinximus Episcopo Summum Sacerdotium, Presbyteris Sacerdotium, & Diaconis ministerium cum illis. Qui autem ordines commutant, non nobis quidem obfistunt, sed obfistunt Episcopo totius orbis, Filio Dei, maximo Sacerdotum.

Huc etiam referenda sunt, atque recolenda ea omnia, quæ supra attulimus ex eiusdem Ecclesiæ Alexandrinæ Martyrologio, ex Seuero Alexandrino in vitis illius Ecclesiæ Patriarcharum, ex Benerrahebo Alexandrino in Chronico Orientali, alijsque eiusdem Alexandrinæ Ecclesiæ monumentis.

Eutychium ad astra extollis vsque, optime Seldene, ac eo nomine celebras tam in ipso operis limine, seu titulo, quàm in præfatione, ac reliquo opere, quòd tibi sit *Scriptor sanè Vetus, Arabicus, Aegyptius, isque eiusdem Ecclesiæ Patriarcha Orthodoxorum, necdum typis editus, & perpaucissimis aut lectus, aut visus.*

Et quidem hæc omnia in ipsum congeris, ut maiorem gratiam, & auctoritatem illi apud tuos lectores conciliares. Quod si ita est, & id argumenti pondus aliquod apud te habet, & momentum; quantum ponderis & auctoritatis habere oportebit ea à nobis mox allata ex ipsius Ecclesiæ Alexandrinæ Scripturibus, ac publicis monumentis testimonia? Etenim hæc Arabica sunt, Orthodoxos, & Aegyptios habentia

bentia Auctores , non vetustos duntaxat , sed vetustissimos , & ipso Eutychio longo interuallo vetustiores , necdum typis editos , ac perpaucaissimis aut lectos , aut visos , vel perrarò auditos , tibi que præsertim vel ipso nomine ignotos . Et quid non ? Equidem nullus dubito , quin pro tua ingenuitate isthæc testimonia Eutychio longè prætulisses , si ea legere , aut videre tibi aliquandò contigisset ; neque Euty-
chium his aduersari , tibi in mentem venisset ; neque Adriani Cæsaris Epistolæ ad Seuerianum Consulem hæc verba : *Illi , qui Serapim colunt , Christiani sunt ; & deuoti sunt Serapi qui se Christi Episcopos dicunt* , de solo Alexandrino Patriarcha , aut de ipsis Presbyteris ex nominis communione prisca explicafses ; sed & de alijs , ac veris quidem Episcopis , quæ à Presbyteris ex vsu iamdudum recepto , sunt discriminati .

Porrò etiam hoc Episcoporum , & Presbyterorum discrimen , & hanc differentiam non solùm omnes vbigentium agnoscunt Christiani , sed eorum meminit cum laude Mahometus pseudopropheta ille . De Episcopis sic scriptum reliquit in suo testamento .

ولا ينفى اسقف ع-ن اسقفية-ه ولا نصراني ع-ن
نصرانيته ولا راهب ع-ن رهبانية-ه ولا ساخ ع-ن
سياحة-ه ولا راهب ع-ن صومعة-ه

Nullus expellatur Episcopus à suo Episcopatu , neque
Chri-

Christianus à sua Christiana Religione, neque Monachis à Monachatu, neque Eremita à sua Eremita, neque solitarius à sua cellula.

Paulò verò post subdit. **وان لا يحمّل الرهبان ولا الاساقفة ولا جميع من لم يلزم بهنّه الا ان يطوب لذلك انفسهم**

Ne imponatur quicquam (tributi) Monachis, neque Episcopis, neque ulli ex ijs, qui non tenentur pretium solvere, nisi quod illis collibitum fuerit.

De Presbyteris autem sic in Alcorano habet :

جان منهم قسيسين ورهبان وانهم لا يستكبرون
Sunt enim inter eos (Christianos) Presbyteri, & Monachi, & quidem haud sese superbia efferunt.

Sahidus quoque Africanus **العبيد المغربي** in suo

Chronico varios Christianorū recenset ordines dicens:

البطاركة للنصارى بمنزلة الائمة اصحاب المذاهب عندنا. المطران القاضى. والاساقفة المفتيون. والقسيس المقرى. والباثلين امام الصلاة كالخطيب عندنا. والشمامسة القوام

Patriarcha Christianis sunt, Ut Pontifices religionum principes apud nos; Metropolita Verò est, Ut Iudex; Episcopi, Uti Doctores; Presbyter, Ut Praceptor; Catholicus praecentor orationis, Ut Concionator apud nos, Diaconi Ut Coadiutores.

Nota

Nota ; quatuor Alcoranicæ legis fuere interpretes, seu glossatores, & commentatores, qui quidem conveniunt in ipso textu, ac in ipsis fundamentalibus religionis articulis ; differunt verò in Alcorani varijs expositionibus, & sensibus, varijsque vtuntur cæremonijs & ritibus. Horum primus vocatur Abuhanifa, quem sequuntur ferè omnes Syriæ, Asiæ minoris, & Græciæ Incolæ. Secundus Mahometus Sciaphæus, qui sectatores habet Ægyptios. Tertius Hanbal, quem sequuntur Haracæi, & Mesopotamiæ habitatores. Quartus Malechus, cuius doctrinam sequuntur Arabes, & Africani ferè omnes. Isti dicti sunt principes Religionum, quemadmodùm & eorum successores. Differunt etiam in iurisprudencia, daturque ab vno ad alium tam in ciuilibus, quàm criminalibus appellatio. Pro istis autem differentijs, & discriminibus nequaquàm se inuicem habent pro hæreticis, vt quidam perperam scripserunt ; sed eam agnoscunt inter se differentiam, quam ferè Thomistæ, & Scotistæ, ac similes. Quamquàm ex his enatæ sint septuaginta tres Sectæ, vt eorum perhibent Scriptores, de quorum Coriphæis, eorumque opinionibus fusè agimus in nostra Orientali Bibliotheca; imò ibi enumeramus vsque ad centum quatuordecim sectas. Sed ad semitam agamus nunc afellum, vt Syris in prouerbio positum est, & eò, vndè digressa erat, nostra reuertatur oratio.

Ex his itaque quis non videt, optime Seldene. Pseudopphetam illum immanem, ferocem, barbarum, cæstro, ac omnibus inferorum furijs agitatum; & ad Religionis, Orbisq; Christiani natum perniciem longè mitiùs, humaniusque egisse cum Episcopis, Presbyteris, Eremitis, & Monachis, quàm tui mox fecere Christiani, pij, humanissimi Angli, apud quos edito Supremi Senatus auctoritate decreto, Archiepiscoporum Episcoporum, & Ecclesiasticorum reliquorum non solum bona præscripta sunt, & in vsum conuersa profanum; verumetiam nomina ipsa abolita, vt & tituli. Sed quæ, sodes, improbitas! Scripturas semper crepatis; ad Scripturam semper appellatis; hic sistite saltem gradum. Ex Scripturis idem est vobis Episcopus, ac Presbyter; cur ergo ex Ecclesiastico hunc ordinem abraditis albo, nulla Scripturarum habita reuerentia, ac vestri penitùs obliti? Quibus coloribus, sodes, tantum nefas fucare poteritis dicentes cum Israël: *Quæ nobis pars est in David? Vel quæ Hereditas in filio Isai?* Conferte, quæso, vestri supremi Senatus decretum de abolendis Episcopis, & Presbyteris ex vestra Anglia cum illo Pharaonis Genes. 47. *Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti &c. præter terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.* Dicitur quidem Dominus indurasse cor Pharaonis; sed

sed corda Anglorum plusplusque indurasse oportet.
Aliàs

*Quis homo tanta confidentia ;
Qui Sacerdotem audeat Violare ?
At malo cum magno suo hercle fecit .*

Intestinatorum bellorum initia tragœdiæ submersio-
nis sunt procœmia ; inde enim exordium sumere sum-
mi sceleris pœnæ solent . Siquidem hæc non sunt Re-
ligionis schismata, non sunt amplius hæreses, quæ
versantur vt plurimum in Scripturarum sensu , & in-
terpretatione ; sed apertissimus, atque contestatissi-
mus Atheismus, ac totius Christianæ Religionis ab
ipsis fundamentis euersio . Quæ enim maior ratio
Anglis vestris erit , optime Seldene, Episcopos , Pre-
sbyteros , & Diaconos ex Christianæ Religionis albo
delere, quàm Baptismum , Christi Domini personam,
naturas , ac totam Incarnationis dispensationem ,
ipsamque sacrosanctam Trinitatem denegare , & ab-
negare ? Profectò hi ordines non minùs apertum &
clarum habent in Scripturis fundamentum , quàm
mysteria illa , sit etiam vobis nunc idem Episcopus ,
ac Presbyter.

Tandem quæ gens , quæ natio vnquàm fuit , quæ
aliquas sacras personas ad cultum Numinis cum ordi-
ne inferioris ad superiorem non adiudicauit, atque
distinxit ? Mahometi Pseudoprophetæ sectatores , (vt
alios nunc omittam) Pontificiam dignitatem inter suæ

Religionis articulos tamquàm ipsius firmamentum adnumerat , quod lib. 7. Medullæ Legis Zacharias

Anstarius hisce verbis asserit : **ويجب على الناس**
نصب امام ولو مفضولاً ولا يجوز الخروج عليه .

Oportet quidem , Ut homines sibi constituent Pontificem , seu Antistitem , et si Virtutibus sit destitutus , nec in illum insurgere licet .

Hinc autem factum est, vt ij, qui insurrexerunt in Summos Pontifices , & eorum obedientiæ iugum

excusserunt , Mahometanis dicti sunt **خارج**

Chauaregei , nempè Schismatici , desciscentes , egredientes , & eiusmodi . De his ita scriptum reliquit Ismaël Sciahinsciah in sua Hist. Gentium , tract. de Mahometanorum Sectis .

الفرقة الرابعة الخوارج وكل من
خرج على الامام الحق التي اتفقت الجماعه عليه
همي خارجيا وسوا كان الخروج في ايام العجابه على
الائمة الراشدين او كان بعدهم على الائمة
التابعين لهم باحسان والائمة في كل زمان .

Secta quarta est Chauaregeorum , siue Schismaticorum : Quicumque enim desciscit à Vero Pontifice , de quo tota conuenit plebs , schismaticus nuncupatur ; sit eiusmodi schisma vel tempore sociorum (nempè eorum , quos ipse Mahometus sibi adsciuit in socios) contra Pontifices

dirigen-

dirigentes (hi sunt primi tres Mahometi successores, idest Abubacrus, Homarus, & Hothmanus, quos Persæ, & alij reijciunt) *vel sit post illos contra Pontifices legitimè succedentes . Nam Pontifices omni tempore esse oportet .*


Sed hæc magis manifesta, ac nota sunt Seldeno, ac doctis quibusque viris, quàm, vt eiusmodi comprobentur testimonijs, aliarumque gentium auctoritatibus, & exemplis.

C A P V T X I I.

An Presbyterorum nomine intelligi possint ipsi quoque Episcopi, & vice versa?

QUamquàm superioribus capitibus affatim, factisque abundè demonstratum fuerit, Euty-
chium loqui de electione, approbatione,
& admissione, non autem de ordinatione; nec non
luculentissimè ostensum, hoc idem significare, *ma-*
nus imponere, benedicere, & constituere; prætereà mul-
tis probatum testimonijs, ius illud peculiare Presby-
terorum Alexandrinorum fuisse electionis duntaxat,
non autem ordinationis; & Episcopos semper ab ipsa
illius Ecclesiæ origine exitisse, & Patriarcharum in-
terfuisse ordinationibus, itaut hac de re nemo verita-

tis æquus amator ambigere deinceps possit. Nihilominus tamen minùs, vt Aduersarios vndequaquæ concludamus, hoc etiam argumentum de communione nominis *Episcopi*, & *Presbyteri* in primæua illa Ecclesia, ac prisca illis seculis, proponere operæpretium visum nobis est, ac breuiter de eo disserere.

Certum itaque, imò constantissimum est apud vtriusque orbis Scriptores, hæc nomina, *Episcopus*, & *Presbyter* communia olim fuisse vtrique ordini. Etenim ij, qui *Episcopi* modò vocantur, tempore Apostolorum, & proximè sequentibus seculis etiam *Presbyteri* non semel dicebantur, cùm ex ætate, tum honoris, & reuerentiæ ergo, quemadmodum, & qui nunc *Presbyteri* dicuntur, appellabantur & ipsi tunc non semel *Episcopi*, quæ gregi, & Ecclesiæ ex parte inuigilabant, ex nominis etymo, & significatione. In huius rei confirmationem præclarissimum, ac illustrissimum habemus ex cap. 20. Actorum testimoniũ. Siquidem versu 17. eiusdem capituli legitur Paulum misisse à Mileto Ephesum, & vocasse *Maiores natu* illius Ecclesiæ, siue ἄνδρες πρεσβυτέρους ipsos *Presbyteros*, vt habet Græcus Textus,  *Kasfisce*, vt Syriacus; idest *Seniores* seu *Presbyteros*, siue vt Arabicus قدوس *Kasus* eadem significatione. Hos porrò ipsos, quos hic vocauit *Presbyteros*, infra versu 28. *Episcopos* appellat dicens: *Attendite Vobis, & Uniuerso gregi, in quo*

quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Hæc sententia comperta, atque explorata est apud Patres & Scriptores cum Latinos, tum Græcos, præsertim eos, qui locum illum Actorum commentantur, & cap. 3. primæ ad Timotheum, nec non Epist. ad Philip.

Chrysofostomum audiemus in cap. 1. Epist. ad Philip. *Coepiscopis, & Diaconis, quid est hoc? Unius Ciuitatis multine erant Episcopi, minimè, sed Presbyteros sic oppellauit, tunc enim nomina habebant communia, & Diaconus vocabatur Episcopus, idcirco scribens ad Timotheum dixit; Diaconiam, seu ministerium tuum imple, cum tamen ille Episcopus esset: quia enim Episcopus erat, scribit ad ipsum: manus nemini imposueris. Et rursus, quæ data est tibi cum impositione manuum. Presbyterij, non enim Presbyteri Episcopum ordinassent. Et rursus ad Titum scribens ait, huius rei gratia reliquit te Creta, ut constituas per ciuitates Presbyteros sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, Unius Uxoris Vir, quæ quidem de Episcopo dicit. & his dictis statim addidit: oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum: quemadmodum ergo dicebam, & Presbyteri antiquitus vocabantur Episcopi, & Diaconi Christi, & Episcopi Presbyteri, Unde & nunc multi Episcopi scribunt, Compresbytero, & Condiacono, post secus proprium unicuique distributum est nomen,*

Ut hic quidem Episcopus, ille Verò Presbyter appelletur.

Theodoretus in eandem Epist. ad Philip. *Episcopos Verò appellat Presbyteros, Utrumque enim habebant nomen eo tempore, & id etiam docet Act. historia, cum enim dixisset Beatus Lucas, Uti Miletum Ephesiorum Presbyteros accersuerat, ait, quæ illis dicta fuerint, attendite, inquit, Vobis, & Uniuerso gregi, in quo Vos passit Spiritus Sanctus Episcopos pascere Ecclesiam Christi, eosdemque, & Presbyteros, & Episcopos nominavit.*


Idem Theodoretus in cap. 3. Epist. 1. ad Timoth. *Hic autem Episcopum appellat Presbyterum, sicut Epist. ad Philip. interpretando ostendimus, id Verò facilius hoc loco intelligi potest, post enim Episcopales leges, ea quæ conueniunt Diaconis scribit, prætermisiss Presbyteris, sed ut dixi, eosdem olim Vocabant Presbyteros, eos autem, qui nunc appellantur Episcopi, Apostolos nominabant; præcedente autem tempore Apostolatus nomen ijs, qui Verè erant Apostoli reliquerunt. Episcopatus autem appellationem imposuerunt ijs, qui olim apellabantur Apostoli, ita Philippensium Apostolus, Epaphroditus erat. Vestrum enim, inquit, Apostolum, & adiutorem necessitatis meæ. ita Cretensem Titus, & Asianorum Timotheus Apostoli. Ita ab Hierosolymis ijs, qui erant Antiochie scripserunt Apostoli, & Presbyteri.*

Ex nostris autem Syris Ioannes Darenis Scriptor vetustissimus, de quo sæpiùs mentionem fecimus,
lib.

Presbyteri Episcopi propter populi procurationem ; quæ-
 doquidem procurationem , & sollicitudinem populi hoc no-
 men denotat . Quod autem Episcopi appellati fuerint ipse
 Presbyteri , notum sit ex eo , quod scriptum est : Misit au-
 tem Paulus , & adduxit Presbyteros Ecclesie Ephesi .
 Et cum processisset in sua narratione , subiunxit ipsismet
 dicens : Attendite gregi , in quo constituit Vos Spiritus
 Sanctus Episcopos . Eos autem ipsos , quos superius Vocauerat
 Presbyteros , demum hic Episcopos appellat . Hinc igitur
 planum fit , Presbyteros fuisse Episcopos quoque nominatos .
 Episcopi Verò quinque nominibus appellati sunt ; nimi-
 rum Apostoli , Presbyteri , Principes Sacerdotum , Sacer-
 dotes , & Ministri . Et hoc quidem duabus de causis .
 Primò quia inferiorum officia habent . Secundò , quia fun-
 ctiones horum omnium ordinum ipsi perficiunt . Quod
 autem Vocarentur Apostoli , Actorum Liber pluribus in
 locis demonstrat . Quod Verò Presbyteri nuncuparentur ,
 in sua Catholica Epistola indicat Petrus : Obsecro ergo ,
 inquit , Presbyteros , qui in Vobis sunt , ego Compresbyter
 Vester . qui cum esset Apostolus , & Episcopus , Presby-
 terum se Vocavit . Paulus etiam scripsit Timotheo : Ne
 contempnas gratiam , quæ tibi data est per impositionem
 manus Presbyterij . Presbyterium autem hic ipsum ap-
 pellat Episcopatum , quem ille (Timotheus) suscepit
 à Paulo , & ijs , qui cum illo aderant per impositionem
 manus factam Timotheo . Quemadmodum etiam Iaco-
 bus cum Petro , & Ioanne manus imposuerunt fratri Do-
 mini

mini nostri, Vti tradunt Clemens, & Eusebius, quod quidem & Canones Apostolorum, qui per Hippolytum, præcipiunt. Sacerdotes autem vocabantur, cum quòd alios constituiebant Sacerdotes, tum quòd & ipsi sunt constituti Sacerdotes, & Sacerdotalibus mysterijs funguntur. Principes Verò Sacerdotum, (vocabantur) quia principes, & rectores sunt illorum, qui Sacerdotale obeunt munus. Quòd autem Ministri Vocati fuerint, Beatus Paulus testatur. Est enim Vbi dicit: cui ministro in Spiritu in Euangelio filij eius. Et est Vbi dicit: Ego qui sum Apostolus Gentium ministerium meum honorificabo. Et est Vbi dicit: Si enim ministri sunt Christi, sum ego plus, quàm illi; Vbi se ministrum appellat. Ex quo planum fit, nomina hæc antiquitus confusa fuisse. Quandoque tamen distinctè nominabantur, & illi, qui potestatem habebant constituendi Sacerdotes, Apostoli nominabantur: illi Verò, qui nunc Presbyteri dicuntur, Episcopi quoque vocabantur. At postquam è Viuis emigraverunt primi Apostoli, huius denominationis pnduit eos, qui post ipsos sunt constituti Sacerdotes, propter illius honorabilitatem, & idcirco à nomine Apostolorum se abstinnerunt, & Episcopi duntaxat vocabantur, Presbyteris Presbyterorum nomen tantummodò relinquentes.

Ioanni Darenfi totidem ferè verbis adstipulatur Ioannes Maro Tract. 1. Commentariorum in Liturgiam S. Iacobi cap. 6. propterea huc illa referre superfedebimus, ne eadem repetamus; præsertim cum

breui, Deo fauente, in lucem sint proditura. Hoc idem sensisse videtur Epistolarum Beati Pauli Syrus Interpres, quisquis ille fuit, qui hæc cap. 3. Epist. 1. ad Timotheum verba: *Si quis Episcopatum desiderat,* ita reddidit: 

Si quis desiderat Presbyterium. Hoc idem habet interpres Arabs. id quidem ob communionem nominis.

Vtrique Ioanni Darenfi, & Maroni succinit Ambrosius in Epist. 1. ad Timotheum apud Amalarium hisce verbis: *Beatis Verò, inquit, Apostolis decedentibus, illi, qui post illos ordinati sunt, ut præessent Ecclesijs, illis primis exæquari non potuerant, neque miraculorum testimonijs par illis habere, sed & multis alijs inferiores illis esse Videbantur, graue existimarunt Apostolorum sibi vindicare nuncupationem. Diuiserunt ergo nomina ipsa, & eisdem Presbyteris Presbyterij nomen reliquerunt. Alij Verò Episcopi sunt nuncupati, hi, qui ordinationis præditi potestate; itant plenissimè ijdem prepositos se Ecclesiarum esse cognoscerent.*

Multa profectò notatu dignissima in eo Ioannis Darenfis loco occurrunt, quæ Lectori ruminanda relinquimus. At hoc vnum nequaquam, in quo ipsi cum Ambrosio maximè conuenit, scilicet nomina fuisse olim confusa, officia verò & munia minimè, sed penitè distincta. Quod quidem cum malè

malè, imò pessimè Aduersarios habeat, qui eorum hoc seculo ducit agmina contra Ecclesiasticam Hierarchiam Claudius Salmasius, latera, fauces, linguam, viresque omnes intendit, non quidem ad difficultatem diluendam, sed ad veritatem eludendam. Quando quidem postquam retulit in suo Tract. de Primatu Papæ mox citata Ambrosij verba, statim hæc subdit pag. 40. ac ita indè infert: *Hæc clarissimè demonstrant post Apostolorum obitum hanc diuisionem munerum, & nominum esse factam, & Episcopos maiores Presbyteris esse constitutos, itaut plenissime prepositi haberentur Ecclesiarum, cum sub ipsis Apostolis Presbyteri omnes dicerentur, atque Episcopi, qui equali potestate regebant Ecclesiam.*

Hic Claudij Salmasij quem non miseret! qui oculos spontè claudit, ne veritatem videat. Examine, perpendat, expendat æquus veritatis amator ea Ambrosij verba, & cum Salmasij conferat illatione, & perspiciat, an magis indè profiliat quod ipse intendit, quàm ex Alcorano. Imò clarissimè ea demonstrant Ambrosij verba, sola nomina, quæ communia erant, diuisa fuisse, non quidem munera, quæ nunquam fuerunt communia, sed semper diuisa, cum dicat Ambrosius: *Diuiserunt ergo nomina ista, & eisdem Presbyteris Presbyterij nomen reliquerunt.* Hi sunt, qui hæctenùs Presbyteri dicuntur, olim etiam Episcopi ante nominum diuisionem. *Alij Verò Episcopi sunt*

nuncupati, subdit Ambrosius. Et quoniam sint isti, idem subiungit: *Hi, qui Ordinationis præditi potestate. ergo ante nominum diuisionem; erant diuisa munera, quia isti præditi erant ordinandi potestate, illi verò non item. His consonat illud Hieronymi in Epist. ad Euagrium, Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?*

Conferat hic, quæso, veritatis sincerus indagator, hæc duorum luminarium Ecclesiæ Occidentalis loca, cum allatis ex Darensi, & Marone. videatque, quanta sit inter illos verborum, ac traditionis concordia, & consonantia.

Salmasius nihilominus suam adhuc prosequitur argumentationem ex communione nominis, & sic pag. 71. Apparatus assumit: *Atqui si commune nomen fuit, communem etiam rem, & ordinem, qui eodem nomine signabatur, fuisse oportet. Vnde enim Presbyter tunc Vocatur Episcopus, & Episcopus Presbyter, nisi quia Unus idemque erat Presbyter, & Episcopus, & Unum ordinem constituebant?*

Miror fanè tantum hominem tam malè, ac ineptè philosophari. Nomen commune, ergo & res! *Si enim ea procedit argumentatio, inquit, Dionysius Petavius pag 327. contra eundem Salmasium sub Mesalini latentem cuticulam, Ut si ita colligatur, Sirius siue canicula, caeleste Sidus, Vocatur canis, & Marinum animal, & quadrupes perinde canis dicitur, ergo Unum idemq; sunt.*

Præ-

Præterea hoc nomen כהנים *Cohanim* apud Hebræos commune est tam Sacris Viris, qui diuinæ seruituti sunt addicti, nempe Sacerdotibus; quam Magnatibus, seu Principibus. De prima acceptione ambigit nemo, qui sacras Literas à limine salutauit. In Secunda significatione intelligendum venit illud 2. Reg. cap. 8. vers. 18. וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ
Et filij David erant Cohanim, id est *Sacerdotes*, vt vulgatus transtulit *Interpres*. Syrus verò *Interpres*, cum perspectum haberet, eos neque esse *Sacerdotes*, neque ex *Sacerdotali* genere, transtulit

○○○

Et filij David magni, seu Principes erant. Adstipulatur Arabs

Et filij David Magnates. Ex huius nominis communi-
 one quis sanæ mentis inferet; ergo & res communis
 est, eò quòd nomen commune. Pastor etiam modò
 dicitur de eo, qui animalia pascit, vti est illud Gen. 4.
 2. *Fuit enim Abel pastor ouium*; modò de Pastoribus
 hominum, vti est illud Apostoli ad Ephes. 4. 11. *Et
 ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem
 Prophetas, alios Verò Evangelistas, alios autem Pasto-
 res, & Doctores*. Nomen commune, ergo res? quis
 Dialecticorum hoc feret? Episcopus quoque Magi-
 stratus est nomen apud veteres, cuius officium erat,

panis

panis , & cæterarum rerum , quæ ad cibum pertinent curam habere . Et ex Etymo speculatorem designat , vndè Cicero ad Atticum : *Vult enim me Pompeius esse , quem tota hac maritima ora habeat* *Επινομη* , idest speculatorem , & custodem . Nomen commune cum Christianorum Antislite à Paulo designato , & quocunq; modo ab Aduersarijs accepto ; ergo & res communis ? Idem dicendum est de Presbytero , Diacono , & eiusmodi .

Neque hic ad *Ομωμίας* , aut *Συνομίας* confugiendum est Salmasio , vti præstat Primatus pag. 150 debuerat enim ad rectam argumentationem priùs probare hæc nomina *Episcopus* , & *Presbyter* , esse synonyma , deindè prosequi argumentum , & conclusionem inde deducere ; at ipse petit principium , & assumit tamquàm concessum , quod illi probandum erat . Quod autem nomina illa sint analogæ , non uniuoca , aut synonyma , constat plenissimè tum ex dictis , tum auctoritate Ambrosij , & Darenfis , vt nemo ambigere possit . Et si quis ambigit , profectò exhibebitur à Dialecticis tyronibus , & explodetur . Hinc , cùm animaduerteteret Seldenus , quàm frivolum , & insulsum ex communiōe nominis ad communiōnem rei adstrui posse Argumentum , id ieiunè satis tractauit , & cautè .

Cùm ergo certum , ac constans sit tam ex Orientalium , quàm Occidentalium Scriptorum testimonijs

nijſ & auctoritate, Presbyterorum nomine, & nuncupatione intellectos olim fuiſſe ipſos etiam Episcopos; haud improbabile forſan erit, Presbyteros illos Alexandrinos fuiſſe Episcopos ſub Presbyterorum nomine iuxta illius cui uſum, & linguam. Cùm verò dicat Euty-chius, nullum à D. Marco uſq; ad Demetrium vndecimum fuiſſe in prouincia Ægypti Episcopum, id intelligendum eſſe vel de uſu illius nominis in Alexandri-no territorio, vt ſupra probauimus; vel Euty-chium ex ignorantia communionis nominum deceptum fuiſſe.

Sed his omnibus obſtare videtur Episcoporum in eadem ciuitate pluralitas, quamobrem inquirendum nobis eſt,

CAPVT XIII.

An tempore Apoſtolorum, & aliquibus ſubſequentibus ſeculis, Plures in eadem Ciuitate fuerint Episcopi?

Plures fuiſſe tempore Apoſtolorum Episcopos in vna eademque Ciuitate, colligi primò videtur ex cap. 20. Actorum, vbi aſſeritur, Apoſtolum Paulum à Mileto miſiſſe Ephesum, & vocaſſe maiores natu illius Eccleſiæ ſeu, *Presbyteros* (vt legit Syrus, Græcus, & Arabicus textus, & ſuperiori capite notatum eſt) quos deindè appellat Episcopos dicens: *Attendite*

*Vobis, & Uniuerso gregi in quo Vos Spiritus Sanctus possidet
Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Item ex cap. 2. Epist. ad Philippenses. Paulus, & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & Diaconibus.*

Quod verò de Episcopis propriè dictis, ac secundum præsentis æui linguam intelligendum sit, patet Conciliorum auctoritate, & Patrum testimonijs. Id autem Concilij Nicæni imprimis decreto prohibitum apud Scriptores perhibetur, & de eo extat apud Syros, Æthiopes, & Arabes can. 94. eiusdem Concilij, cuius titulus est: *والا يكون على مدينة اسقفان*

Ne sint Uni Ciuitati duo Episcopi. Prohibitionis huius mentionem facit Augustinus Epist. 110. de se ipso ita scribens. *Adhuc in corpore posito beata memoria Patre, & Episcopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam.* Profectò morem istum de pluralitate Episcoporum in vna eademque Ciuitate, tam frequentem, obuiumque esse oportuit olim, ac tam altas emisisse radices, vt tantus, qualis erat Augustinus, tanti Concilij, quale fuit Nicænum, ignorare potuisset decretum.

Ex quo planè constat, haud iuris diuini esse, vt vnus in singulis Ciuitatibus, & Ecclesijs esset Episcopus

scopus. Hæc assertio, præter alios, est doctissimi Dionysij Petauij è sacra Societ. Iesu Religione lib. 1. cap. 3. Dissertationum Ecclesiasticarum in hæc ipsa verba: *Quod si Episcopalis ordo iure diuino in Ecclesiam introductus sit, non eodem tamen illo iure decretum, Ut unus in singulis Ciuitatibus, & Ecclesijs esset Episcopus.*

Decretum autem illud Concilij ideò factum esse constat, quia deferuescente charitatis spiritu, acriùs dici cœptum est, *ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha*; hinc Hieronymus in Epist. ad Euagrium, *In schismatis, inquit, remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet, Ut unus electus cæteris praponeretur.*

Et quidem eorum temporum conditio, & status Episcoporum exigere quadam necessitate videbatur pluralitatem; quia is erat tunc Iudæorum, & Gentilium in Christianos furor, & insania, ut nemo de suæ vitæ termino vel ad breue tempus tutus esset. Quamobrem primo Episcopo, cui onus incumberebat regiminis Ecclesiæ, defuncto, aut martyrio (quo ferè omnes prisca illius temporis Episcopi succubuerunt) coronato, statim alter, qui ordinatione proximus erat, succedebat in primatu, ne Ecclesiæ orbæ suo pastore manerent. Quoniam verò eiusmodi successio non respiciebat meritum, sed ordinationis tempus, partiam Ecclesiæ pace, *In toto decretum est orbe, Ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, scri-*

bente Hieronymo in Epist. ad Titum · Et hoc quidem , *quia cæperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatum tenendum* , inquit supra laudatus Ambrosius .

Excipit Hieronymus Alexandrinam Ecclesiam ; in qua non iure primatus succedebant Episcopi , sed electione : *Nam & Alexandria* , inquit , *à Marco Evangelista usque ad Heraclam , & Dionysium Episcopos , Presbyteri semper unum ex se electum , in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant .*

De hac porrò Episcoporum pluralitate in eadem Ecclesia bonis illis Apostolorum temporibus , ipsorum Apostolorum gesta suppeditant nobis clarissima exempla . Nam Marcus ipse adhuc in viuis constitutus Anianum suffecit Alexandria Episcopum , ut Auctores sunt idem Euty chius in eadem Periocha , quam suis illustrauit Commentarijs Seldenus ; Seuerus Alexandrinus in vita S. Marci ; Chronicon Orientale , Georgius Elmacinus par. 1. sui Chronici , & quotquot de illa Historia D. Marci scripserunt , tam Occidentales , quàm Orientales . Apostolorum quoque Princeps Petrus adhuc in corpore positus Euodium , & Ignatium Antiochiæ Episcopos suffecit ; Romæ verò , ut multi produnt , Linum , & Cletum , quibus alij addunt etiam B. Clementem . Quò quidem respicit procul dubio mox laudatus Georgius Elmacinus in Caio Imperatore scribens : *وَدَوَّجَ*

بطرس

بطرس الى روميه في سنتين من ملك
 غايوس قيصر ودبرها خمسة وعشرون سنه وصبر
 عليهم الاساقف

Profectus est autem Petrus Romam anno secundo Imperij Caij Caesaris, rexitque illam annis viginti quinque, & constituit super eam Episcopos.

Verùm his , & similibus reponit Seldenus Pag, 4.
 num. 7. Apostolos , & Euangelistas Ecclesias quidem singulares constituisse , ipsos verò Ecclesiæ aliquius singularis finibus , ob prærogatiuæ sacre amplitudinem , neququam circumscriptos . atque adeò neque Marcus catalogo Episcoporum Alexandrinorum , neque Petrus Antiochenorum , & Romanorum accensentur : Sed Anianus habetur primus Episcopus Alexandrinus, Euodius Antiochenus, Linus Romanus, & sic de cæteris dicendum est ex Eutychio , cui Eusebium haud discordem esse , affirmat .

At tua pace , Seldene , hæc nequaquam est Eutychie sententia , nec quicquam eiusmodi somniauit , sed oppositum omninò tradit. non credis? audi ipsum loquentem in Caio Cæsare de Iacobo fratre Domini :

وفي سنتين من ملكه صبر يعقوب ابن يوسف الذي
 يسمى اخا ريدا اسقف على بيت المقدس وهو اول
 اسقف قدم على بيت المقدس اقم
 ثمانيه

ثانيه وعشرون سنه

Anno autem secundo regni eius (Caij) constitutus est Iacobus filius Iosephi , qui cognominatur frater Domini nostri , Episcopus Ierofolymorum , & est primus Episcopus praefectus Ierofolymis ; mansit Viginti octo annis .

Eutychio accedit parte i. Chronici, in eodem Cæsare, Georgius Homaidius, siue Elmacinus, vt placet Thomæ Erpenio, vbi dicit: وفي أيامه صير يعقوب ابن يوسف الخطيب امقفاً على يروشليم اقام ثمانية وعشرون سنه

Eius autem tempore constitutus est Iacobus filius Iosephi sponsi Episcopus Ierusalem , mansit Viginti octo annis . Et quia Iacobus habitus est primus Ierofolymorum Episcopus ab eodem , Simeonem , qui successit illi , vocat secundum , ita in Vespasiano وكان الاسقف في ذلك الوقت معان ابن كلاوبا اخو يوسف الخطيب وهو الثاني من الاماكنه

Erat autem eo tempore Episcopus Simeon filius Cleophae fratris Iosephi sponsi , & est Secundus Episcopus . Debuerat vocare illum primum , non secundum iuxta sententiam nostri Seldeni . Idem in Claudio Andream Apostolum facit Byzantij Episcopum .

في ذلك الزمان توفي اندراوس السليج وكان اسقف

اسقف على بوزنطية

Eo tempore diem obiit Andreas Apostolus , & erat Episcopus Byzantij .

Falsissimum prætereà est , ac ab omni veritate alienum , Petrum , & Marcum haudquaquam habitos fuisse primos illarum Ecclesiarum Episcopos , nec eorum Catalogo adscriptos ; De Marco audi Seuerum Alexandrinum in titulo vitæ Aniani , seu Hananię

السيرة الثانية للبيعة حنانيا البطريرك وهو
العاني في الع

Historia secunda Ecclesia est Hanania Patriarche , qui est secundus in numero . Si Anianus est secundus in numero , Marcus erit proculdubiò primus . Historiam autem ipsam sic exorditur : فلما توفي

مرقس الانجيلى رحول الرب يسوع المسيح جلس
بعده حنانيا بطريرك

De functo Marco Euangelista , & Apostolo Domini Iesu Christi , sedit post illum Anianus Patriarcha . Post Marcũ sedit Anianus , ergo Marcus primus fuit Episcopus . Item Chronici nostri Orientalis Auctor Patriarcharum Alexandrinorum Historię hunc præfixit titulum:

اسما بطاركة الاسكندرية وسديهم واخبارهم الاول

مرقس

da est, scilicet hos primos esse illarum Ecclesiarum post Apostolos constitutos Episcopos. Sic loquitur Eusebius Anianum primum Alexandrinum Episcopum vocans *Μάρκον post Marcum*.

Adhuc nihil officit presenti quaestioni ea Seldeni obiectio, quia non vnum duntaxat constituerunt Apostoli Episcopum in vna eademque Ecclesia, sed plures. Nam Petrus Antiochia constituit Eno-dium, & Ignatium; Romae Linum, Cletum, & Clementem, vt supra etiam notatum est.

Plene igitur, ac plane constat ex dictis, Apostolos singularium Ecclesiarum fuisse Episcopos; ac in vna, eademque Ecclesia, & Ciuitate plures bonis illis temporibus extitisse Episcopos, quorum vno decedente, alius iure primatus succedebat, vti est testis locupletissimus Ambrosius. Siue vt decretum postea fuit, iure electionis, vt habet Auctor Commentariorum in Epistolas D. Pauli, quisquis ille sit, siue Ambrosius, siue Hilarius, in hac verba: *Sed quia ceperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum Sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus Usurparet, & esset multis scandalum.* & Hieronymus in Epist. ad Euagrium. *Quod postea vnus electus, qui ceteris pra-poneretur, in Schismatis remedium factum est.*

Euincitur etiam eiusmodi Episcoporum plurali-

tas ex vetustissimo illo, & cum ipsa Ecclesia nato decreto de Episcopo non ordinando nisi à tribus Episcopis. Quod quidem decretum exordium dedit Apostolicis Canonibus: *Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinatur.* Hoc idem tradit S. Clemens Apostolorum discipulus *Constit. Apostolic.* lib. 3. cap. 20. & lib. 8. cap. 33. item Dionysius de *Eccl. Hierarch.* par. 2. cap. 5. Anacletus *Epist.* 2. ad Episcopos Italiae, Anicetus *Epist.* 1. ad Episcopos Galliarum, Concilium Arelatense 1. cap. 21. Carthaginense 11. can. 12. Nicænum can. 4. & Concilia alia, ac Scriptores vtriusque Orbis. Ex his maximæ, ac summæ authoritatis sunt in Alexandrina Ecclesia Apostolorum Canones; S. Clemens Romanus, & Dionysius Arcopagita, uti testis est Abuissaac Benasfalus in præfatione Collectionis Constitutionum Ecclesiæ Alexandrinæ. Nec fanè aliter factas esse unquam Episcoporum ordinationes, aut hætenùs fieri agnoscunt tam aliarum Ecclesiarum, quam Alexandrinæ Scriptores, & Constitutiones, uti supra fusè ostendimus. Quod quidem cum ita se habeat ex illius præsertim Ecclesiæ instituto, valdè probabile est, Presbyteros illos Aniano adiunctos à D. Marco, ordinatione fuisse Episcopos. Huic nostræ sententiæ pondus addunt Anonymus vitæ S. Marci Auctor vetus, Ordericus Vitalis, Alficus Cantuariensis, Sæverus Alexandrinus; *Chronicon Orientale*; & alij.

Et-

Episcopi tradidit S. Marcum Alexandria Episcopum constituit in illa, & cum illo tres Presbyteros, quos quidem nominatim vocant Melium, Sabinum, & Cardanem, statimque subdunt, & alios undecim ad Ecclesiasticum ministerium pertinentes. Id autem fecisse videntur ad distinguendos, discernendosque tres illos ab his undecim posterioribus, quia tres illi ordinatione fortè erant Episcopi, undecim verò alij non item, qui ternarius Episcoporum numerus necessarius erat ad ordinationes Episcoporum obeundas. Nec discrepat fortè Euty chius omnes appellans Presbyteros ex nominis communiione.

Praterèa bonis illis nascentis Ecclesiæ seculis necessarium omninò esse videbatur, plures constitui Pastores in ijs urbibus, vbi primò Christiana Fides propagari incipiebat, ordinandi præditos potestate, vt alios constituere possent iuxta Canonem Apostolicum; quia cum alibi adhuc non essent, accersiri nequaquam poterant ad Ordinationes obeundas. Ex quo grauitissimi viri existimarunt in primæua Ecclesiâ fuisse tantummodò Episcopos, & Diaconos ad ministeria Ecclesiastica, & functiones peragendas. Episcopus enim superioribus fungebatur officijs, inferioribus Diaconus. Nam vnde in primæua Ecclesiâ tot ministri, qui omnia ministeria agere poterant? An etiam hoc in pauperculis Ecclesijs, & locis non fit hæctenus, vbi vnicus Clericus omnium minorum.

ordinum peragit munera? Hanc ^{forte} etiam ob cau-
sam Apostolus cap. 1. Epist. ad Philippenses mentio-
nem facit Episcoporum duntaxat, & Diaconorū: *Paulus, & Timotheus serui Iesu Christi omnibus Sanctis in
Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis, & Dia-
conibus.*

Aliud argumentum exhibent nobis illorum tem-
porum Chorepiscopi, qui plures erant eum ordina-
tione Episcopali in vna eademque Ciuitate, siue Epi-
scopatu, & Episcopales obibant functiones. Consec-
ratione autem hos fuisse Episcopos Can. 10. testatur
Concilium Antiochenum in hæc verba: *Qui in Vicis,
Vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis ma-
nus impositionem Episcoporum perceperint, & Ut Episcopi
consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit, Ut modum
proprium (alia editio, Ut Superiorem proprium) recogno-
scent, Ut gubernent sibi subiectas Ecclesias, earumque
moderamine, curaque contenti sint. Ordinent etiam
Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus pro-
motiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum verò, nec
Diaconum audeant ordinare præter Ciuitatis Episcopum,
cui ipse cum possessione subiectus est.* Hic vbi Latina

editio habet, *qui Chorepiscopi nominantur, Arabica legit*

*الذين يكونوا في القرى ويقال لهم اساقفه صغار
Qui sunt in Vicis, & Episcopi parui dicuntur.* Hos au-
tem fuisse Episcopos testatur Nicolaus Papa ad Ro-
dul-

dolphum Archiepiscopum Bicuricensium cap. 1. hisce verbis: Septuaginta Chorepiscopi facti sunt, quos quis dubitet Episcoporum habuisse officia?

Horum ordo non leues postea excitauit in Ecclesia turbas, quippe qui sui muneris, & officij obliti, & sua confisi, fretique ordinatione, Episcoporum principalium vsurparunt iura, & ministeria. Et verò eò audaciæ progressa est res in Alexandria præsertim Dicecesi, vt Meletius Chorepiscopus ordinatis in Ægypto, Libya, & Pentapoli ipsis etiam Episcopis, præter Ecclesiasticos Canones, & Decreta, plerasque Ecclesias illius Patriarchatus bicipites reddiderit, teste Epiphanio Hæres. 68. Sozom. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 9. Niceph. lib. 1. cap. 19. & alijs.

Hæc Chorepiscoporum insolentia occasionem quidem dedit Nicænis Patribus 6. Canonem sancienti. Quoniam verò abusus huiusmodi plus nimio succreuerant in Ecclesia Alexandria, altioresque emiserant radices, quàm in alijs Ecclesijs; & Episcopi etiam ipsi principales vrbium insolentiùs erga suum Patriarcham se gerebant, ab ipsa Alexandria Ecclesia eò Canone reformatio cœpta est. Hinc nimis hallucinantur illi, qui ex hisce huius Canonis verbis: *Quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est*, paritatem adstruunt alijs Patriarchis cum Romano, vt suo loco ostendemus. Oportet enim bene perspectam habere occasionem, atque causam, qua singuli Cano-

nes sanciti sunt, & quo scopo, ac proposito, ut pœ-
bè intelligantur.

Robur, & momentum huic argumento addunt
Patrum Nicæni Concilij subscriptiones, quas pag. 90.
num. 16. *forum Commentariorum ad Eutychie origi-*
gines exhibet nobis idem Seldenus ex Arabico Codice
Mns. Bibliothecæ Oxoniensis, ubi eiusdem Ecclesiæ,
& Ciuitatis interdum bini, interdum tres, interdum
plures subscribunt Episcopi. Seleucienses sex subscri-
pisse comperiuntur, nempe num. 8. 178. 219.
258. 277. 289. Alexandrini autem tres, nimirum
num. 2. post Romanum subscribit Alexander num.
136. Zeuxinus, num. 194. Baubicus. Hæc cum
diligenter notasset Seldenus, subdit: Quo pacto
Est illud plures eodem tempore Episcopos, eiusdem loci
nomine, ac dignitate pariter subinde rationes ob. Varias
insignitos in seculis illis Verastis.

Nec minus huic opinioni suffragantur Orienta-
lijum Concilij Nicæni variarum editionum præfatio-
nes. Etenim Antiochena assentit ad magnum illud
Concilium conuenisse 2048. Episcopos, ut hæc illius
testantur verba. *وكتب قسطنطين الى جميع*

*ملكته وغيرها في المسكونة كلها الى المطاركة
والمطارنة والاساقفة في موافقة مدينة انطاكية التي في
ارض بيتينيا للنظر في اقامة الدين على وجه الحق
ومدراج*

ومنهاج العدل الذي ينبغي لاهل النظرانية كلهم ان يتفقوا عليه ويلزموه حيث كانوا من الارض حتى لا يكون بينهم وبينه تعصب ولا اختلاف ولا فرقة. واجل لهم موافقة تلك المدينة الى هذه وشهدت من يوم انعقد فيه كتابه اليهم. فوافق منهم الى مدينة نيقية في سنة يسيرة الفين وثمانية واربعون اسقف

Scripsit autem Constantinus per Uniuersum imperium suum, aliasque Orbis prouincias ad Patriarchas, Metropolitans, & Episcopos, Ut conuenirent ad Nicenam Urbem, quae est in prouincia Bythiniæ, ad asserenda stabiliendaque ea, quae Fidei sunt iuxta Veritatis rationem, & iustitiæ normam; quæ Christianis omnibus congruum, & consentaneum erat, Ut concordēs in ea (Fide) essent, illamque Ubique terrarum amplecterentur, ac nullum esset inter ipsos diffidium, aut schisma. Tempus autem conuentus ad illam Ciuitatem condixit in annum, mensesque duos à datis literis. Et breui conuenerunt ex illis ad Nicenam Urbem bis mille quadraginta octo Episcopi.

Quinimò Alexandrina editio ad relati numeri latus apponit 2348. quem etiam numerum legimus apud Abuifaac Benassalum in prafatione collectionis Constitutionum Ecclesiæ Alexandrinæ agentem de huius Concilij Canonibus. واليهامع قواذ من الجمع.

الجامع

الجامع وهو اول الجامع الكبار اجتمعوا بديقيته في سنة خمس وعشرين وثلاثمائة للتجسد الموافق لتسعة عشر من ملك قسطنطين الكبير اول ملوك النصارى وعدته ثلاثمائة وثمانية عشر اسقفا . وقيل ان هذه الغدة اخصرت من الفى وثلاثمائة واربعين اسقفا

Nono : sunt Canones quinti Concilij , quod est primum magnorum Conciliorum , congregatum Nicaea anno 325 . Incarnacionis , qui respondet anno 19 . Imperij Constantini magni , primi Imperatorum Christianorum ; & erat numerus illius 318 . Episcoporum . Dicitur Verò , hos selectos fuisse ex bis mille trecentis quadraginta octo Episcopis . Primus numerus legitur etiam apud ipsum Eutyrium in Constantino , Georgium Homaidium in eodem , Ismaëlem Sciahinsciah in Historia Gentium , Ismaëlem Benali , & alios , quorum verba referre , factis longum , ac molestum esset .

Portentosus videtur sanè vterque numerus , si conferatur cum receptis Episcopatum notitijs ; præfertim cum dicatur : *Et breui conuenerunt ex illis* , nempe non omnes , sed pars illorum . Vide si placet Auberti Miræi notitiam Episcopatum , & veteres quas exhibet Geographia sacra Caroli à S. Paulo . Ex quo necessario colligitur (salua tamen semper saniore sententia) in vna eademque Ciuitate plures olim fuisse Episcopos .

Seldenus verò pag. 83. num. 16. hæret, an de
 solis Episcopis, quâ à Presbyteris sunt discriminati,
 accipiendus, intelligendusque sit numerus ille; an
 verò de vtrisque; quâ sub communi nomine compre-
 hendebantur. *Sed Verò, inquit, an de Episcopis,
 quatenus à Presbyteris tunc Vtuncque discriminabantur,
 loquantur Euty chius, reliquique ante hæc citati, dum
 2048. eos fuisse asserunt, manifestum mihi satis non est.
 Rem Undequaque extricare nimis est difficile.*

Equidem in præfatione Concilij huius, quam
 cum Canonum, & Constitutionum eiusdem argu-
 mentis, ac titulis latinitate donatam publici iuris fe-
 cimus Lutetiæ Parisiorum, numerum hunc non ex-
 pressimus, quia in Codice, quo vtebamur, non exta-
 bat; de eo tamen egimus in notis, diximusque esse in-
 telligendum de Clericis cuiusque ordinis, qui varias ob
 causas eò confluerant. verum re tum indè matu-
 riùs expensa, & excussa diligentius palinodiam ca-
 nere ingenuè visum nobis est. Primò, quia in eo
 Concilio nomina iam discreta erant, vt ex eius con-
 stat Canonibus. Secundò. ex pluralitate Episcoporum
 eiusdem loci subscribentium. Tertiò id patet ex ipsius
 Concilij decreto, quod in nostra editione habetur
 num. 9. clas. 4. sub hoc titulo في مناقرة الاساقفة

De Episcoporum collatione. Verba ipsa decreti sunt.

كل من ليس هو باسقف فلا يجل له بكلمة الله العزيزة
 لله

Ec

tatis eos, Velim, hereticas, qui minimè Sacras reijciunt Scripturas, nec illorum summutant Verba, sed eas recipiunt, & in aliquorum tantùm locorum sensu, & interpretatione hærent, Ut suæ Fidei, & Dogmatum rationem reddant. At illorum, qui Fidem orthodoxam, Apostolicasq; oppugnant traditiones, ac Scripturas addendo; Vel minuendo corrumpunt, admittatur nemo ad Vestrum Conuentum, nisi priùs resipuerit, pœnitentiam egerit, abiurauerit hæresim.

Tandem queri iure meritò hic potest, an iuris diuini sit, vnum tantùm in singulis Ciuitatibus, & Ecclesijs esse Episcopum, an verò Ecclesiastici, & positiui?

Dionysius Petauius Societatis Iesu, qui hac nostra ætate virtutum omnium splendore præclarissimus extiit, & Ecclesiastica eruditione, & doctrina nemini secundus fuit, id iuris positiui, & Ecclesiastici esse lib. 1. cap. 3. *Dissertationum Ecclesiasticarum*, in hæc affirmat verba: *Quod etsi Episcopalis ordo iure diuino in Ecclesiam introductus sit, non eodem tamen illo iure decretum, Ut Unus in singulis Ciuitatibus, & Ecclesijs esset Episcopus* Hoc idem asserit lib. 11. de Hierarchia cap. V. num. VIII.

Ex his ansam arripuit Claudius Salmasius in suo apparatu de Primatu Papæ pag. 73. inuehendi in doctissimum Petauium, sed immeritò quidem, vt ex dictis hactenus satis constat. Nec sanè locus ille

Augustini Epist. 110. exponi, aut intelligi potest de simplicibus Presbyteris ex prisca illa communione nominis; cum quia Augustinus locutus est & de se ipso, & de more sui temporis, in quo nomina iam discreta erant; tum quia loquitur de prohibitione Concilij Nicani, quæ respiciebat solos Episcopos, quæ à Presbyteris sunt distincti & nomine, & ordinae, vti ex ipsius Concilij Canonibus patet; tum tandem, quia nullo tempore, aut Canone, vel statuto, aut decreto prohibitum vsquam fuit, ne duo, aut plures Presbyteri in vna eademque essent Ciuitate, aut Ecclesia. quinimò contrarius mos in omnibus Ecclesijs semper viguit, & viget. Pariter locus ille Hieronymi in Epistola 85. ad Euagrium, quo triumphare sibi videntur Aduersarij, dubio omni procul de Presbyteris, qui ordinatione sunt Episcopi intelligendus est.

Concluditur igitur ex hætenus dictis, neutiquàm improbabile fuisse, duodecim Presbyteros illos Alexandrinos ordinatione fuisse Episcopos, Presbyteros verò appellatos cum ex illius æui vsu, more, & lingua, tum ob ætatem, & honoris ergo, tum demum respectu principalis Episcopi, qui eo nomine præcipue dignoscebatur.

Porrò hæc à nobis tam hoc, quàm præcedente capite tractata esse, te scire volumus, optime Lector, non quidem ad nostrum comprobandum, aut confirmandum argumentum, & controuersiam dirimendam:

dam ; quia id satis superq; constitit ex antedictis ; sed ,
 vt ex Orientalium monumentis , ad quæ tanquam ad
 asylum confugerant Aduersarij , ostenderemus , quàm
 friuola , quàm nugatoria , quàm infirma , & quàm
 eneruata ipsorum sit causa , quocunque se vertant , &
 quibuscunque vtantur armis , & argumentis ; ac vt
 ipsamet tela , quæ in nos conijciunt , in eorum fortiùs
 retorqueamus iugulum , & summo iure cum illis
 agamus .

CAPVT XIV.

*An alios Alexandrinos Scriptores suffragatores,
 ad stipulatoresque habeat Euty chius in illa
 narratione de Politia Ecclesiæ Ale-
 xandrinæ à Diuo Marco
 instituta ?*

Ecclésiasticam Politiam Alexandrinæ Ecclesiæ
 à D. Marco institutam sic describit , atque
 narrat Euty chius in illa Periocha , quam ex eius
 Ecclesiastica historia decerpfit Seldenus . قام

حنانيا من ساعة بالمسج وعده مرقس وصيبره
 بطريركاً على الاسكندريه وهو اول بطريرك صير على
 الاسكندريه : وان مرقس البشير صير مع حنانيا البطريرك
 اثنى

اثني عشر قسيسا يكونوا مع البطريرك : واذن عدم
البطريرك يختاروا واحد من الاثني عشر قسيسا ويضع
الاحد عشر قسيسا الباقون ايديهم على راسه
ويباركونه ويصلونه بطريركا : ثم يخدموا رجلا
فاضلا فيصيروه قسيسا معهم بدل الذي صير بطريركا
ليكونوا اثني عشر ابدا : فلم يزل رسم القسا
بالاسكندرية يصلوا البطاركة من القسا الاثني عشر
الى زمان الاسكندر بطريرك الاسكندرية الذي كان
في جملة الثلثايه والثمانيه عشر : فانه منع من ان
يصلون القسا البطريرك : وامر ايضا اذا مات
البطريرك ان يختاروا من اى بلد كان رجلا فاضلا
او من اوليك الاثني عشر قسا او غيره من يرضا حاله
فيصلونه بطريرك : وانقطع الرسم القديم من اصلاح
القسا البطريرك وجرى الامر للاساقفه في اصلاح
البطريرك

Quæ sic Seldenus interpretatus: *Et credidit ab eo tempore Hananias in Christum, Unde baptizavit eum Marcus & constituit eum Patriarcham Alexandria. Scilicet is primus erat Alexandria Patriarcha constitutus. Constituit item Marcus Evangelista duodecim Presbyteros cum Hanania; qui nempe manerent cum Patriarcha; adeo ut cum Vacaret Patriarchatus, eligerent Unum e*
duo-

duodecim Presbyteris, cuius Capiti reliqui Undecim Mānus imponerent eumque benedicerent & Patriarcham eum crearent, & dein Virum aliquem insignem eligerent eumque Presbyterum secum constituerent loco eius qui sic factus Patriarcha; Ut ita semper extarent duodecim. Neque desijt Alexandria institutum hoc de Presbyteris, Ut scilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, vsque ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini, qui fuit ex numero illo CCCXVIII. Is autem vetuit ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent. Et decreuit Ut mortuo Patriarcha conuenirent Episcopi, qui Patriarcham ordinarent. Decreuit item, Ut Vacante Patriarchatu, eligerent, siue ex quacunque regione, siue ex duodecim illis Presbyteris siue alijs, Ut res ferebat, Virum aliquem eximum; eumque Patriarcham crearent. Atque ita euannit institutum illud antiquius, quo creari solitus à Presbyteris Patriarcha; & successit in locum eius decretum de Patriarcha ab Episcopis creando.

Eutychiæ huic narrationi qui ad stipulatur; aut suffragatur ex Alexandrinis Scriptoribus quoad singulas partes & numeros, hætenus neminem vidimus, aut legimus apud quempiam. Hinc vt singularem, friuolam. ac commentitiam narrationem, eam explodere facile poteramus, & exhibilare aliorum Scriptorum oppositis testimonijs, & auctoritate. Nihilominus cum in ipsa re, scilicet ordinatione ritè, & ex Ecclesiæ vsu recepta minimè discrepet; nec in
discri-

discrimine ordinis, siue gradus Episcoporum, & Presbyterorum ex iure ipso diuino, eam superioribus capitibus à Seldeni calumnijs, falsa, & adulterina interpretatione, nec non Commentarijs, seu potiùs Commentis pro virili vindicauimus, & quidem luculentissimis testimonijs, auctoritatibus, rationibus & argumentis. Nunc videndum nobis est, quid hac de re alij tradiderint, & in quibus discrepent ab Eutychio.

Seuerus Alexandrinus vitarum Alexandrinorum Patriarcharum collector, & interpres ex Græca, Coptique, seu Ægyptia lingua Tom. 1. in vita D. Marci de hac Ecclesiastica politia ab ipso D. Marco instituta

sic habet. فلما علم القديس مرقس موامرههم قسم انيانوس اسقفًا للاسكندرية وثلاثة قسوس وسبعة شمامسة هولاً الاحد عشر جعلهم يخدموا ويتبعوا الاخوة المومنين وخرج من عندهم ومضى الى الخمس مدين واقام بها سنتين يبشر ويدرس اساقفه وقسا وشمامسه في كل اعمالهم

Idest: Cùm rescuisset S. Marcus consilium eorum (paganorum) constituit Anianum Episcopum Alexandriae, item Presbyteros tres, & Diaconos septem, quos Undecim instituit ad inseruiendum, & confirmandum fratres fideles. Ipse Verò indè discedens Pentapolim perrexit, mansitque ibi annos duos annuncians, & ordinans Episcopos

انانياهو ولما كثروا المؤمنون بالمسيح وسم انانياهو اسقفا على اسكندريه وثلاثة قسوس وسبعة شمامسة وخرج من عندهم ومضى الى الجحش من مدن

Et credidit ipse, & tota domus illius, ac Vicini, eratque nomen illius (Sutoris) Anianus. Multiplicato autem numero Christi fidelium, ordinavit Anianum Episcopum Alexandria, & tres Presbyteros, ac Diaconos septem, & egrediens discessit ab eis Pentapolim.

Vtrique succinunt Anonymus auctor vite D. Marci vetus, Ordericus Vitalis, Africus, & alij, qui aiunt, *D. Marcum ordinasse Anianum, seu Hananiam ibi Episcopum, & tres Presbyteros, idest Melium, Sabinum, & Cerdonem, & septem Diaconos.*

Septenarij Diaconorum numeri constitutio in prima illa Ecclesia habetur ex Act. Apostolorum cap. 6. ex quo Concilium Neocæsariense hunc condidit Canonem, qui est 14. *Diaconi septem esse debent secundam regulam, quamvis non magna sit Ciuitas. Regule autem auctoritas ista est. quod & liber Act. Apostolorum insinuat.*

Vnus Georgius Homaidius, quem Elmacinum appellare placuit Thomæ Erpenio, in Historia Saracena, vni ad stipulatur Eptychio in numero duodecim Presbyterorum, & in Episcoporum initijs sub Demetrio, at in prouincia, seu regione Ægypti duntaxat

taxat. Sic enim scribit par. 1. suae historiae in Nerone de Hananiae promotione ad Alexandrinum Episcopatum, deque politia Ecclesiastica à D. Marco in ea Ecclesia instituta :

فامن هو واهل بيته وعدهم وصار حدانيا ملازم مرقس الانجيلي وكان معاين الايات التي تظهر على يده : فلما حمن ايمانه صيره مرقس الانجيلي بطركا على الاسكندريه وهو اول بطركا صير عليها مرقس : وعمل مع حدانيا اثني عشر قسا وقرر انه اذا مات المطرك يعمل عوضه واحدا من الاثني عشر القسوس ويختاروا واحدا من الهومتين رجلا يليق يصيره قسا عوضه حتى يكونوا ابدا اثني عشر : ولم تزل القسوس تقدم المطركه الى ايام الثلثمائيه وثمانيه عشر : فقرروا اذا مات المطرك يجتمع الاساقفه ويصيروا بطركا كل من يقع عليه الاختيار واسمهم الامم على ذلك الى الان

Idest: *Credidit itaque ipse, & domestici eius, & baptizavit eos. Hananias vero Marco Evangelista adhaerebat, Videbatque miracula, que per ipsum edebantur. Confirmatum autem in fide constituit, Marcus Evangelista Patriarcham Alexandria, fuitque primus Patriarcha, quem constituit super illa Marcus. Fecit etiam duodecim Presbyteros cum Hanania, & decrevit, ut*

mortuo Patriarcha, substitueretur loco eius Unus ex duodecim illis Presbyteris, & Ut eligerent ex fidelibus Virum aliquem dignum, & sufficerent illum in Presbyterum pro eo, Ut perpetuò essent duodecim. Adeoque Presbyteri proponere Patriarcham haud desierunt Usque ad tempora Trecentorum octodecim, qui decreuerunt, Ut decedente Patriarcha conuenirent Episcopi, & illum constituerent Patriarcham, in quem cadit electio. Et perdurauit mos iste Usque ad hoc tempus.

In duobus duntaxat conuenire iste videtur cum Eutychio, scilicet in numero illo duodenario Presbyterorum, & in Episcoporum initijs in Ægypti prouincia sub Demetrio. Ceterum de impositione manuum Presbyterorum, benedictione, & creatione Patriarchæ ab ipsis Presbyteris nec vlla apud illum est, nec vestigium. Discordat præterea ab Eutychio, atque dissentit in auctore abrogationis, & antiquationis veteris illius moris de creando Patriarcha ex solo illo numero duodenario Presbyterorum. Nam iste id tribuit Concilio Nicæno, in quo conuenit cum Hilario, Ambrosio, & alijs Patribus; ille verò hoc Alexandro Alexandrino Episcopo adscribit. Dissentit etiam ab Eutychio in præcipuo puncto iuris Alexandrinorum Presbyterorum; quia Eutychius ordinationem Patriarchæ Alexandrini ritè acceptam ad eos pertinere (ex Seldenitamen interpretatione, mente, & commentis) tradit; Georgius verò iste de iure electionis

Patriar-

Patriarchæ ex eo numero, & non ab eo solum numero loquitur tantum. Clarè, & luculenter hoc deducitur ex hisce illius verbis ibidem:

وقرر انـه اذا مات البطريرك يجعل عوضه واحداً من اثني عشر القه.....وس

Et decreuit, Ut mortuo Patriarcha, substitueretur loco eius unus ex duodecim illis Presbyteris. Sermo quippe hic est genericus, & indeterminatus, nec ad solos Presbyteros referendus. Confirmatur ex decreto à Patribus Concilij Nicæni lato, quo abrogatum est ius Presbyterorum Alexandrinorum, quod ita refert ibidem idem Georgius Homaidius:

فقرروا اذا مات البطريرك تجتمع الاساقفه ويصيروا بطريركاً كل من يقع عليه الاختيار.....ار

Qui decreuerunt (Patres Nicæni) Ut decedente Patriarcha conuenirent Episcopi, & illum constituerent Patriarcham, in quem cadit electio. Ex quibus verbis rectè, ac iure arguitur, atque deducitur indè: Illud fuisse Presbyterorum Alexandrinorum ius ex Georgio Homaidio, quod à Nicæni Concilij Patribus abrogatum fuit; sed solum ius electionis ex illo numero duodenario antiquatum fuit ab ijs Patribus; ergo illud ius erat tantummodò ius electionis ex illo numero Presbyterorum, & non ius ordinationis; vti obtendit

ex Eutychio Seldenus. Minor clarissime patet ex hisce eiusdem auctoris verbis de immutatione illius

juris, & statuti. *ويصوروا بطركاً كل من يقع عليه الاختيار*

Et illum constituerent Patriarcham, in quem cadit electio. Ergo de electione sermo est, quæ non nisi ex illo numero fieri poterat ex antiquo, & veteri statuto, quod deindè ex Concilij decreto abrogatum fuit. Cur autem id factum fuit à Concilio? Quia cæperunt sequentes, inquit Ambrosius, Presbyteri indigni inueniri ad Primatus tenendos. Vndè statim subdit: Prospiciente Concilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum, ne indignus temerè Usurparet, & esset multis scandalum.

At reget fortè hic Aduersarius, verbum *قدم*

Kaddama, quo vititur hoc loco Auctor iste, & nos vertimus *Proponere*, significare passim apud Ecclesiasticos Scriptores *ordinare, creare, constituere*, & eiusmodi; adeoque vertendum erat loco allato ex Georgio Homaidio in hac significatione, intelligendumque est de ordinatione secundum communem, ac præsentem acceptionem.

Respondetur tam hoc verbum, nimirum *قدم*

Kaddama, quàm reliqua ferè omnia verba huius generis, de quibus supra egimus cap. 3. esse analogè signifi-

fica-

ficationis, & modò vsurpari in principali significatio-
ne, modò in significatione minùs principali; & qui-
dem ad hanc, vel illam terminantur à qualitate ipsius
agentis. Hinc aliud de notat hoc idem verbum, cùm

dicimus *الكاهن قدّم القربان*

Sacerdos obtulit Sacrificium; Aliud cùm dicimus

الشعب قدّم القربان

Populus obtulit Sacrificium: Aliud ea 1. Reg. 15. 32.

فقال صمويل قدّموا الى اغاغ ملك عماليق قدّموا

له اغاغ

Dixitque Samuel: offerite ad me Agag Regem Amalec,

& oblatùs est ei Agag. Et illud Iosue 8. 23. واخذوا

ايضاً ملك مدينة عاي حيا وقدّموه الى يشوع

Et ceperunt quoque Regem Urbis Hai uiuentem, & ob-

tulerunt Iosue. Ex quibus clarè patescit, & ratione

agentis, & ratione subiectæ materiæ alium, & alium

hoc verbum fundere sensum. Proindè alia est huius

verbi significatio cùm dicitur de Presbyteris, alia

cùm dicitur de Episcopis, quoties de factis agitur or-

dinationibus. Rei huius praclarissimum, & pluri-

ssimum habetur exemplum apud supra laudatum

Seuerum Alexandrinum in vitis Patriarcharum Ale-

xandrinorum in vita Cosmæ Patriarchæ, vbi orta

hinc inter Episcopos , & Presbyteros de persona ad it-
 lum Episcopatum promouenda , ita rem narrat :
 فلما كان في اليوم الثاني اجتمعوا واصلوا وجلسوا
 وحضروا كهنة الاسكندرية فقال الابروتوس دبروا
 هذا الامر يا ساداتي الابا : فقال له ثاودرس من الذي
 اخترتوه حتى نعرفه نحن ايضا : فقال الابروتوس
 فلان وهذا اسمه مكتوبا : فقال لهم ثاودرس اذا
 رضى به الجمع هو جيد : فقال له الابروتوس هذا الامر
 هو الينا ما هو للاساقفة وليس لهم الا وضع اليد
 فقط ونحن الذي نتخير بطركا : فقال لهم انبا
 ابرهام اسقف الفيوم واساقفتكم ايضا يقدموا لكم
 من تختاروه لكن اذا قدمتوه وهو مستحق او سببا
 وان كان غير مستحق طردناه : -----

Idest : Cum altera adesset dies , conuenerunt , orauerunt ,
 & sederunt ; adfueruntque Presbyteri Alexandrini , di-
 xitque ⲉⲩⲧⲏⲩ : gubernate hoc negotium Domini mei
 Patres . Cui Theodorus respondit : quemnam elegistis Vos ,
 Ut illum nos quoque cognoscamus ? dixit ⲉⲩⲧⲏⲩ : talem ,
 & hoc est nomen eius scriptum . Quibus rursus Theodo-
 rus : Si placet Synodo , optimus est . Tunc illi ⲉⲩⲧⲏⲩ :
 nostrum est hoc negotium , non autem Episcoporum , ad
 quos nihil aliud pertinet , quam impositio manus , nostrum
 verò est eligere Patriarcham . His respondit Abbas Abra-
 ham

nam Episcopus Phaium: Episcopi quoque Vestri ordinabunt vobis quemcunque eligeris. Si dignum itaque proponetis, ordinabimus illum; sin Verò indignum, cum abigemus.

Viden' verbum hoc **كادما** *Kaddama* primo loco vertendum esse necessario *Ordinare*, secundo verò loco *Propungere*, vti nos vertimus? & hoc quidem ex ipsa connexionis, & analogiæ verborum, & orationis vi, & qualitate agentium. Siquidem clarissimis inibi verbis contradistinguitur Episcoporum ius à iure Presbyterorum; asseriturq; ad Presbyteros pertinere personæ promouendæ electionem, designationem, & eiusmodi; ad Episcopos verò ordinationem, seu consecrationem.

Neque in hoc discrepat Georgius Homaidius ab alijs Scriptoribus, nec aliud ius ad Presbyteros illos duodecim Alexandrinos pertinere agnoscit, quàm ius electionis Patriarchæ ex eo numero duodenario Presbyterorum. Quod quidem sic probatur: Illud ius pertinebat ad Presbyteros Alexandrinos tam ex Eutychio, quàm Georgio Homaidio, quod postea à Nicænis Patribus, vt placet Homaidio, vel ab Alexandro Alexandri no Patriarcha, vt placet Eutycho, immutatum est; sed illud erat ius electionis ex eo numero tantum; ergo ius electionis tantum ex illis duodecim Presbyteris, erat illud ius, quod attribuerat illis D. Mar-

cas . Minor constat ex hisce eiusdem Georgij Homai-

dij verbis : *قرررو اذا مات المطرك تجمه مع الاساقفه
وخصيروا بطركنا كل من يقع عليه الاختيار*

*Qui decreuerunt , Ut decedente Patriarcha , conuenirent
Episcopi , & illum constituerent Patriarcham in quem
cadiit electio . Quasi verò dicat : non amplius ex eo
numero tantum duodecim Presbyterorum Patriar-
cham eligendum esse , decreuit Concilium Nicænum ,
vt antea vsque ad ea tempora factitatum est , sed illum
ordinandum , quem omnium vnanimis consensus di-
gnum iudicabit , ex quocunque cœtu , congregatione ,
aut prouincia sit .*

Discordat etiam Seuerus , atque dissentit ab Euty-
chio in ipso electionis modo . Nam Eutyechius asse-
rere videtur , quod Alexandrinus Episcopus eligi non
posset , iuxta D. Marci statutum , nisi ex eo numero
duodenario Presbyterorum & ab eo numero , qui mos ,
& statutum ex eodem perdurauit vsque ad Alexandri
tempora : vbi Seuerus apertissimis atque disertissimis
verbis affirmat , electionem ab ipsis illius Eccle-
siæ natalibus , spectasse ad totum Clerum , & po-
pulum .

Discrepat item in ipsa ordinatione , seu consecra-
tione , quia si Seldeno credimus (quod longè absit ,
auertatque Deus) hæc spectabat ex Eutychio ad illos
duodecim Presbyteros Alexandrinos ; ad Episcopos
verò

verò ex Seuero, & alijs. De qua re audiatur iterum
Seuerus in vita Meliani, qui Hananiae, siue Aniani
successor fuit, ac tertius Alexandrinam occupauit Se-
dem. Seueri hæc sunt ipsa verba. فاجتمع

الشعب الارتدكسى وتشاوروا واخذوا انسان
اسمه مليانوس وقسوه بطركا على كرسى ماري
مرقس الانجيلى عـ ووض انيانوس : وكان هذا
مليانوس ذو عفاف وثبت الشعب على معرفة المسيح
وكثر شعب لارتدكسيين بمصر والشمس من مدن
وافريقية : واقام اثني عشر سنة على الكرسى وكانت
البيعة في ايامه تحت سلامه : وتنج اول يوم من
ثوث في خامس عشر سنة من ملك الملك المقدم
ذكرة : فسمع الكهنة والاساقفة الذين كانوا من
قبله في البلاد بان البطرك قد تنج حزنوا واجتمعوا
الى مدينة الاسكندرية وتشاوروا مع الشعب الارتدكسى
الذين فيها وطرحوا القرعة لكي يعرفوا من يستحق
يجلس على كرسى القديس مرقس الانجيلى تلوته
السيد المسيح بعد هذا الاب مليانوس فاتفق رأيهم
بتأييد السيد المسيح ربنا على رجل خائف من الله
اسم كرنسوس

*Congregatus autem populus (mortuo Aniano) & inico
consilio, assumpserunt hominem nomine Melianum, eumq;*

Patriarcham constituerunt super Sede D. Marci Evangelista loco Aniani. Melianus autem iste continentia praeclarus erat; qui confirmavit populum in cognitione Christi, crevitque Orthodoxorum plebs in Aegypto, Pentapoli, & Africa. Cùmque sedisset annos duodecim in ea Sede, ac pace potita esset in diebus eius Ecclesia, obiit primo Thut, anno 14. imperij supra memorati Imperatoris. Percipientes autem Sacerdotes, & Episcopi, qui ante illum erant in ea Regione, quòd Patriarcha defunctus esset, mæsti conuenerunt ad Alexandrinam Urbem, ac inito cum populo Orthodoxo, qui in ea erat, consilio, sortem proiecerunt, Ut cognoscerent, quinam dignus esset, qui sederet in Sede S. Marci Evangelista, discipuli domini nostri Christi post patrem hunc Melianum; & conuenit eorum opinio ope Domini nostri Christi in hominem electum, timentem Deum, cuius nomen Cerdon.

Idem in vita Celadiani, qui & Celadius, & Celadion alijs nuncupatur, & octauus Alexandrinam rexit Ecclesiam.

وكان في تلك الايام في الشعب انسان يحب الله اسمه كلاديانوا فاجمع الشعب الارتدديسي والاساقفه الذين كانوا في الاسكندرية في تلك الايام واخذوه واوسموه بطركا واجلسوه على الكرسي الانجيلي وكان محبوبا من جميع الشعب

Erat autem (inquit) ijs diebus in populo homo quidam

amans

ans Deum nomine Celadianus, quem conuenientes populus Orthodoxus, & Episcopi qui erant ijs diebus Alexandria, assumpserunt, & Patriarcham constituerunt, ac in Sede collocauerunt Euangelica; eratque dilectus uniuerso populo.

Item de Iuliano Prædecessore ipsius Demetrii, qui primus Episcoporum auctor dicitur Seldeno ex Eutychio in prouincijs Ægypti, sic scribit:

كان انسان قس حكيم قد درس كتب الله
اسه يوليانوس سالك في طريق العفاى والتديين
والهدو فاجوع جماعة اساقفه من السنودس
والشعب الارتدكسى بمدينة الاسكندرية وخرجوا
عن جميع الشعب فلم يجدوا مثل هذا القس
فجعلوا ايديهم عليه واومموه بطركا

Erat quidam homo Presbyter, sapiens, qui operam Diuinarum Scripturarum studio nauauerat, nomine Iulianus, ambulans in Via continentia, religionis, & tranquillitatis. Conueniens igitur congregatio Episcoporum Synodaliter; simulque populus Orthodoxus in Urbe Alexandria, & studiosè inquirentes in Uniuersum populum; neminem compererunt huic Presbytero similem. Quamobrem manibus illi impositis Patriarcham eum constituerunt.

Ex his omnibus euidentissimè patescit, Episcopos, quæ à Presbyteris sunt distincti in Alexandrina fuisse

Eccle.

Ecclesia ab ipsis illius Ecclesiæ primordijs , & natalibus , ipsorumque erat ordinare Patriarcham , non autem Presbyterorum , vt ex Eutychio falso , ac frustra vtrumque euincere conatur Seldenus .

Constat præterea , electionem Patriarchæ pertinuisse in primæua illa Ecclesia non solum ad Presbyteros Alexandrinos , sed etiam ad vniuersum Clerum , cui populi addebantur quoque suffragia ; & quidem hæc electio fortibus quandoque fiebat , vti habetur ex promotione Cerdonis .

Nec etiam constringebatur , aut concludebatur hæc electio intra illum numerum duodenarium Presbyterorum Alexandrinorum tantum , vt vult Euty-chius , sed libera erat , vt ex allatis mox patet . Quinimò ipse Demetrius primus Episcoporum auctor in prouincijs Ægypti , (vt placet Seldeno conantiam absurdam adstruere sententiam) non solum non erat ex illo numero duodecim Presbyterorum , at nec Presbyter quidem erat ; sed ex omnium Scriptorum sententia laicus , rusticus , & vxoratus : tamen Patriarcha ab Iuliano eius prædecessore designatus est , vt hisce verbis refert in eius vita Benarrahebus :

وكان جميع الشعب عند البطريرك لاجل
 نياحته فقالوا له يا ابا منى يكون علينا
 بعدك بطريرك فقال الذى حضر لى عنقود عنى
 فقال

فقال الشعب من اين اتجد عنب في الشتاء
 البطربك ما يدري ما يقول من المرض : ثم
 عاودوه الهول فقالوا يا ابانا من يدبرنا بعدك
 فقال لهم قد قلت لكم ان الذي يجضر لي عنقود
 عنب هو بطركم : وفيما هو يتكلم واذا ديمتريوس
 قد احضر اليه العنب فلذوقت امهكوه وفيه دوه
 بقيه حديد لانه اراد الهروب واساموه . وكان
 الشعب يفرح به ويقول هذا الذي عشرين من
 مرقس الانجيلي وكلهم غير متزوجين ما خال
 هذا وكانوا يتعجبون :

Totus autem populus aderat Patriarcha morituro , & dixerunt illi : Pater noster , quis super nos post te Patriarcha futurus est ? qui ait : qui afferet mihi racemum Uua ! Dixit populus : Unde inuenitur Uua hyeme ? Patriarcha nescit quid dicit ob egritudinem . Rursus interrogarunt eum dicentes : Pater noster , quis reget nos post te ? qui ait illis : iam dixi Vobis , quod qui afferet mihi racemum Uua , ipse est Patriarcha Vester . Dum autem hac loquebatur , ecce Demetrius affert illi Uuam , quem statim apprehendentes , ferreis compedibus Vinxerunt , (fugam enim parabat) & ordinauerunt illum . Populus autem letabatur dicens : hic est duodecimus à Marco Euangelista , & omnes quidem erant calibes isto excepto , & admirabantur . Hæc in vita Iuliani , & Demetrij ,
 quæ

quæ iisdem ferè verbis refert Georgius Homaidus parte 1. Chronici in Commod. Imperatore agens de obitu Iuliani, & promotione Demetrii. Eadem traduntur à Seuero, & reliquis alijs, qui de vitis, & gestis Patriarcharum Alexandrinorum tractarunt.

Ex quibus itaque omnibus concludendum est; siue admittamus enarrationem illam Eutythij, & Periocham, siue aliorum oppositis enarrationibus, & auctoritate eam refellamus tamquam nullis testimonijs, & ad stipulatoribus adnixam, semper nostra firma, atque stabilis stat causa, sua verò cadunt Aduersarij. Quandoquidem verba illa Eutythij, in quibus dissidere ab alijs Scriptoribus videtur, nimirum de impositione manuum, benedictione, & creatione Patriarchæ à Presbyteris illis Alexandrinis, analogæ sunt significationis, & facillè exponi possunt, imò necessario debent, de electione, designatione, congratulatione, facta ad precatione, suffragijs, & eiusmodi, vti suprâ evidentissimis testimonijs, auctoritatibus, rationibus, argumentis, & exemplis demonstrauimus.

Nec prætereà excludit Eutythius Episcopus vsq; ad tempora Demetrii, nisi ex sola Ægypti prouincia propriè dicta, quæ ea est, quæ Nili alluitur brachijs & concluditur, ac proinde ex forma à Græcis *Delta* dicitur, vti cap. 7. fusè ostendimus. Proinde nihil aliud ex Eutythij verbis euinci potest, quam eam prouinciam

uinciam, siue territorium Episcopis curuisse vsque ad tempora Demetrii, qui primus in ea constituere cepit Episcopos. At minime quinci inde potest, Episcopos non adfuisse Patrarcharum Alexandrinorum ordinationibus à D. Marco vsque ad Alexandri Alexandrini tempora, & Presbyteros illos duodecim id munus obijisse, uti falsò obtendit Aduersarius, & nos pluribus docuimus. Etenim licet in ea prouincia non fuerint Episcopi, ex alijs eiusdem Diocesis prouincijs accersiri poterant iuxta antiquissimorum Canonum decreta, atque placita, quemadmodum luculentissimis testimonijs ex eiusdem Ecclesiæ Alexandrinæ productis Archiuis, & monumentis supra demonstrauimus.

Tandem facillam Eutychie narrationem de politia Ecclesiæ Alexandrinæ eum fundere sensum, quem suis adulterinis interpretationibus, & commentis obtendit Aduersarius; cuius tamen, quæso te, prudenti, ac sensato viro par, & æquum videbitur, vnus Eutychie auctoritatem præferendam, anteponendamque esse antiquissimis ipsius Ecclesiæ Alexandrinæ Constitutionibus, Canonibus, Monumentis, & Scriptoribus ipso Eutychie multò antiquioribus, in re præsertim historica, quæ nullum habet auctorem oculatum, vel auritum, imò & vetustioribus ex diametro opponitur; si tamen eum fundit sensum, quem tribuit illi Seldenus aduersarius. Quod quidem, ut liquidiùs nostris constet lectoribus, Elenchum libro-

rum, monumentorum, & Scriptorum Alexandrinorum, quibus in hoc opere concinnando vsi sumus, adtexemus, & ad secundæ partis adijciemus calcem, differemusque de illorum antiquitate, & auctoritate in Alexandrina Ecclesia, vt exinde comparatione facta, & collatione ingenuus quisque, & æquus lector prudens, syncerumque inferre possit iudicium, & certiolem, veriolemque ferre sententiam.

Cæterùm tam hæc nostras elucubrations, quàm quacunque alia nostra Sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ humillimè submittimus censuræ, & iudicio.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



PARS

DE
ORIGINE NOMINIS
PAPAE,

NEC NON

DE ILLIVS PROPRIETATE IN ROMANO

PONTIFICE

ADEOQVE DE EIVSDEM

PRIMATV

Contra

IOANNEM SELDENVM ANGLVM.

PARS ALTERA,

Auctore

ABRAHAMO ECHELLENSI

Maronita è Libano.

Omnia ex Orientalium excerpta Monumentis.

R O M Æ

Typis Sac. Congreg. de Prop. Fide Anno Dñi MDCLX.

Superiorum Permissu.

THE
OFFICE OF THE
ATTORNEY GENERAL

STATE OF
MISSISSIPPI
JANUARY 1900

IN REPLY TO
YOUR LETTER OF
DECEMBER 15, 1899

AS TO THE
MATTER OF THE
SOUTH PACIFIC RAILROAD

YOUR OFFICE HAS
BEEN ADVISED THAT
THE MATTER IS
NOW UNDER CONSIDERATION
OF THE BOARD OF
LANDS AND MINES



P R A E F A T I O

O P E R I S.



VM multas, variasque, Amice Lector, cum publicis, tum priuatis de causis Theatri huius humani, quàm mari, quàm terra, longè lateque distitas peragrassim plagas, atque perlustrassem; minimè quidem omnium mihi defuit indita illa mortalium animis curiositas, & cupido percontandi variarum gentium naturas, mores, leges, statuta, & quod caput est, cui vnaquæque gens religioni addicatur; quæ profiteatur dogmata; quas caremonias, quemque Deo Opt. Max. exhibeat cultum; & quæ iusta, ac debita præbeat illi obsequia. Cumque diù multumque

PRÆFATIO

hæc omnia apud me sæpius pensitassem, atque con-
tulissem inter sese, nullam profectò nactus sum pro-
uinciam, nationem vllam, aut gentem, quæ falsa
aliquandò veris, & profana sacris non immiscuerit.
At proh dolor! proh nefas! nulla certè gens, nullus
populus, nulla natio, barbara quamuis, nulla ætas,
aut hominum memoria, nulla prouincia, regio nul-
la, nullumque regnum tantam vnquam hæresum co-
piam, tantam sectarum varietatem, tot tantasque
dissidentes' opiniones, tantam blasphemiarum col-
luuiem, tantam hominum impudentiam, effræna-
tamque animi libidinem, quantam Patrum nostro-
rum memoria vnus protulit Aquilo tam improba fe-
racitate, ac luxurie; & heu calamitatem! heu mise-
riam! adhuc in nostrum seruat caput, in nostram perni-
ciem, adhuc fouet, adhuc lactat, adhuc luxuriatur.

Mirabatur olim D. Hieronymus, vnum Vigilantium ex Gallia prodijisse tamquam monstrum horrendum, atq; inuisum. At quos clamores, fodes, quos eiu-
latus ingeminasset, quasque profudisset lacrymas, si tot horrenda monstra, & quidem longè immaniora, & crudeliora passim obuia vidisset; quæ instar Africanarum ferarum (vt de Copronymo affirmavit olim Zonaras) ex diuersi generis coitu multiformi, confusaque specie, & immanitate nasci perhibentur? Etenim si copiam spectes, & varietatem, tanta est hæc plusquam Babylonica confusio, vt nemo vel
sibi

sibi constet; totque sententiæ sunt, totque opiniones, quot capita; tot Pseudochristi, quot Hæresiarchæ, imò quot Hæretici; tot Pseudospiritus sancti, non profectò quot Sectariorum Administrari, sed quot homunculi, quot femellæ, quot deliri senes, quot garrulæ anus. Tot Scripturæ tandem, tot Leges, quot unicuique suppetit animi libido. Vnde confusionis huius Nembrod, & auctor Lutherus in Epist. ad Antuerpienses dicere coactus fuit: *Tot inter Nos religiones sunt, quot homines, neque asinorum quisquam est tam hebes, & Vacors, qui insomnia proprii capitis, & propriam opinionem pro instinctu Spiritus Sancti, & seipsum prophetam haberi nolit.*

Hinc litigandi, scribendi, declamandi, disputandi, condemnandi, excommunicandi, & dilacerandi, inter Sectarios istos nullus est finis, aut futurum sperant, vti conqueritur Ioannes Iezlerus Zuinglio-caluinista lib. de diuturnit. belli Euch. & ex eodem græge Schluffelburgius in proœmio Theolog. Calvin. hisce verbis: *Nec spes Ulla concordia ineunda olim affulgebit miseris, donec magnus dies Domini interuenerit, litæque diremerit.*

Nec arbitretur quisquam, hanc pugnam gladiatoriam, hæcque dissidia versari inter Hæresiarchas tantum, & ipsos sectarum Coriphæos, quodque duntaxat:

Frigida pugnabunt calidis, humentia siccis,

Mol-

Mollis cum duris, sine pondere habentia pondus.
 Nimirum (viti refert P. Henricus Fitz Simon lib. 2. Britannomachia Ministorum ex lepidissima interpretatione cuiusdam doctissimi viri) frigidi Formalistæ impugnant alternis vicibus calidos Puritanos. Humantes Anabaptistæ siccos, arentesq; pari vicissitudine prosequuntur nuperos Arianos. Molles Lutherani duros, rigidosque Lutheranos mutuùm exagitant. Phantastici sine pondere Figuralistæ lutei, plumbei que ponderis Realistas reciproca simultate conficiunt. verùm iure, & concordissimè, hoc quod spectat, singuli occinunt,

Cedimur, & totidem plagis consumimus hostem.
 Imò non solùm hostis in hostem irruit, & iugulat; sed quod longè crudelius est, & impietate horrendum,

*Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes,
 Mutuaque armati cœunt in Vulnera fratres.*
 Vndè hos Dominum designasse digito dixeris apud Isa. cap. 19. aientem; *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit Vir contra fratrem suum; & Vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum; & dirumpetur Spiritus Aegypti in Visceribus eius, & consilium eius precipitabo.*

Porro adhuc miserabilior horum conditio est, & vberioribus deploranda lacrymis. Etenim non solùm diffident inter sese singuli, & primarium illud Eccle-

fiat purum labium, & sermonem ita confundunt, ut nemo vocem proximi sui audiat: verum etiam Lutherus à Luthero, Calvinus à Caluino, Zuinglius à Zuinglio ita discrepat in horas, & momenta, ut nesciat quid velit, aut quorsùm. Quæ autem de re audiendus est qui in Caluini verba iuravit Theodorus Beza in Epist. Theologicis, Epist. 1. ad Andream Duditium: *Exercuerunt me diu, inquit, & multum illa ipsa, quas describis cogitationes, scilicet nostros palantes omni doctrina vento, & in altum sublatis, modò ad hanc, modò ad illam partem deferri. Horum quæ sit hodiè de Religionis sententia scire fortasse possis, sed quæ cras de eadem futura sit opinio, neque tu certò affirmare queas. In quo tandem Religionis capite congruunt inter se Ecclesie, quæ Romano Pontifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras omnia, nihil præpòmodum reperias ab Uno affirmari, quod alter statim non impium esse clamitet.*

Et Sutclerius eiusdem farinae auctor in Resp. ad calumn. *Ea est, inquit, horum Manomachia, ut neque in Consistorij sui institutione, eiusque partibus, auctoritate, aut officio saltem bini eorum consentiant, neque aliquandò consensuros probabile est, cum ita contendant, ut nesciant quid velint, aut quorsùm.*

Tot dissidiorum, & diuortiorum rationem reddit Eduinus Sandes eiusdem persuasionis homo in Relat. status Relig. §. 44. & 82. in hæc verba: *Ro-*

mani pro communi parente, admonitore, & duce habent Pontificem ad lites dirimendas, ad controuersias sapiendas, ad Religionem suam Conciliorum consensu Uniformiter temperandam &c. Et contra Verò Protestantes sunt Veluti factiones dispersæ, palantes preces, trahentes singuli animos diuersos sine omni ad iurgia componenda, ad repugnantias tollendas, ad animos conciliandos presidio. Nullus est princeps supra reliquos iurisdictionis prerogatiua præminens: Nullus Patriarcha, ne Unus quidem cum superioris potestate, aut cura ad Ecclesiarum disiunctarum consensionem conciliandam: Nulla ad Synodos indicendas, quæ Unica spes concordie ineunda, & quas optimi quique obnixè suspirant, ratio superest. omnis inter illos Ecclesia diuersa forma, & norma agendi, diuersa liturgia, denique diuersa opinionum sententia. Utitur.

Idem prosequitur argumentum Schlüsselburgius in catalogo Hæreticorum lib. 13. Quis enim, inquit, nostrum sibi arrogabit, ut locū habendo Concilio constituat, diem dicat, Variarum nationum Theologos euocet? & quis in ipsa Synodo presidebit? porro quis iudex erit inter litigantes?

Planum itaque, ac constans est ipsa aduersariorum confessione, hæc dissidia, hanc Monomachiam, hanc deploratam concordie ineundæ spem inter ipsos Protestantibus ex eo prouenire, quòd communi careant parente, admonitore, duce, ac Pontifice summo, qui
 factio-

factiones dispersas congreget, palantes greges ad ouile reducat, iurgia componat, repugnantias tollat, animos conciliet, indicet Synodos, & singulos in ordinem cogat.

Quod sanè optimè animaduertentes viri sapientissimi pariter; & auitæ Religionis Catholicæ studio addictissimi, satis superque in hac prouincia excolenda desudarunt, in asserenda Summi Pontificis suprema auctoritate omnem nauauerunt operam, ac studium, in hoc argumento demonstrando omnes intenderunt neruos, & vires, vt nihil propemodùm posteris Catholicis relictum sit in hoc argumenti genere elucubrandum, Aduersarijs nihil hæsitandum.

Contra verò agnoscens humani generis hostis hinc pendere rerum omnium summam, & momentum, nec non quascunque difficultates, & dissidia, atque pugnam illam gladiatoriam facilè inde dirimi, si scilicet controuersiarum iudex statuatur Romanus Pontifex; syncretismum inter dissidentes iniuit, ac totam Protestantium aciem isthuc conuertit. Nam quamuis in nullo ferè Religionis articulo conueniant inter se Protestantes, nec etiam in ipsis adiaphoris rebus, in hoc tamen vno; nempe in Romani Pontificis expugnanda auctoritate, illumque ex Pontificatus apice, & Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ specula deturbando, atque deijciendo, si per vires liceret, omnes eò collimant, conueniunt, conspirant, fremunt,

dira moliantur, dira minitantur, conclamantes: *Quæ nobis pars in David? , Vel qua hereditas in filio Isai?*

Hic mentem subiit, quod legeram olim in vita Pauli cuiusdam Monachi sanctimoniæ nota inter Syros celeberrimi. Huic Diabolum apparuisse fertur, dum preces Deo funderet pro sceleratissimis quibusdam hominibus, & ne pro eis Deum precibus frustra sollicitaret, admonuit Diabolus, quia completa iam erat eorum iniquitas. Monachus de multis, varijsq; rebus Diabolum sciscitatur, ac inter cætera interrogat illum, an concordēs sint inter se Diaboli, & consentientes? Cui ille: Nulla profectò intercedit inter Diabulos concordia, nisi cum in alicuius perniciem, & caput conspiratur, & coniuratur, tunc enim maxima est consensio, & concordia.

Eadem prorsus ratione nostri temporis Nouatores, & Sectarij in hoc vno tantummodò, vt mox diximus, conueniunt, suntque concordēs, scilicet in Romani Pontificis Sacerdotio, & Primatu impugnando, & labefactando. An mirum id sit? nequaquam, eum pro Principe, ac Deo habeant omnium discordiarum parentem, scilicet Diabolum, qui veluti captiuos illos tenet, vti disertissimis fatetur verbis eorum Coriphæus Martinus Luther tom. 3. Germ. len. fol. 243. §. 2. vbi *Nos, inquit à Diabolo captiuos reperi Veluti à Principe, ac Deo nostro, vt cogamur facere, quicquid ipse vult, nobisq; inspirat.* Nec id sat fuit, sed & Diabolum

OPERIS!

111

bolum inuocare non horruit ille, qui Angelorum, Sanctorumque inuocationem tamquam Idololatricam habuit. *Sancte Sathan*) inquit in Colloquijs fol. 5. 18. 124. & alibi) *ora pro nobis : minimè tamen contra te peccauimus clementissime Diabole.*

Ac primùm quidem fecit Lutherus (teste Stanislao Holsio Episcopo Varmiensi lib. 1. Confutationis Prolegom. Brentij) quod est Hæreticis omnibus commune , vt Romani Pontificis auctoritatem labefactate , & eum in ordinem cogere conaretur . In hunc rabiem suam conuertit omnem, summaq; contentione perficere conatus est, vt plurimorum ab eo voluntates alienaret , & eum in ordinem redigeret : quò sic gubernatore sublato , vt ait Cyprianus lib. 1. Epist. 3. atrociùs atque violentiùs circa Ecclesiæ naufragia sibi grassari liceret . Itaque facinus ingens aggressus , omnes Pontificij Iuris libros cum plerisque literis Pontificijs , vulgò Bullas vocant , incendit . Nec ita multò post librum scripsit de captiuitate Babylonica , in quo ne Sacramentis quidem intactis , fursùm , ac deorsum omnia miscere conatus est . Itaque non iam ille scribendis deinceps libris quid esset , aut quid non esset cum pietate coniunctum ; sed quid incommodare Papatui maximè posset , spectandum esse putauit : vt quicquid scriberet , quicquid diceret , quicquid faceret , omnia in odium , & despectum Papæ , Conciliorum , & Episcoporum faceret . Fatetur hoc

ad eò

adeò ipse in quadam Epist. ad Argentinenses, ad quos in hæc verba scripsit: *Hoc diffiteri, inquit, nec possum nec Volo, quod si Carolo stadium, aut alius quispiam ante quin-
 quennium persuadere mihi potuisset, in Sacramento præ-
 ter panem, & Vinum esse nihil, ille magno beneficio me
 sibi deuinxisset: granibus enim curis anxius in hac ex-
 cutienda materia multum desudabam, omnibus nervis
 extensis me obstricare, & expedire conatus sum, cum
 probè perspiciebam, hac de re Papatui Valdè me incom-
 modare posse. Nonne hic apertè confitetur ipse, pere-
 grina sua doctrina populo inculcanda non hoc se spe-
 ctasse, vt Christi gloriam propagaret, vtque verita-
 tem illius patefaceret, sed vt odio ipse erga Papam
 excæcatus, eodem illius odio cæteros inflammaret?
 Tanta autem fuit mens illius infuscata maleuolentia,
 Christum vt præsentem in Eucharistia libenter fuerit
 negaturus, dummodò per hanc occasionem incom-
 modare Papatui potuisset.*

Cùm itaque in omnibus dictis, scriptis, factisque
 suis, non alios, quàm iram, & odium pessimos con-
 sultores adhibuerit, erit adhuc quisquam, qui dubi-
 tet, quæcunque ab eo profecta sunt, aliundè, quàm
 à Diabolo profecta esse? Si quis est huiusmodi, tol-
 let illi dubitationem hanc Lutherus ipse, qui in libro,
 quem inscripsit, *De Missa Angulari*, quem habuerit
 auctorem doctrinæ suæ, non obscure fert. Inducit
 enim ibi Diabolum secum disputantem, ac fortiora

con-

contra Missam argumenta proferentem, quàm quæ refelli à se potuerint. Cuius etiam vocem inibi describit, quod ea grauis, & robusta sit, tamque terribiliter insonet, vt vsu quandoque eueniat, quod post collationem cum Dæmone nocturnam homines postridè manè mortui reperiuntur: nam & corpus, inquit ipse Lutherus, occidere potest, deindè verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momento quandoque necesse habeat è corpore migrare. Quod sæpe sibi quoque ipsi propemodùm accidisse scribit Lutherus. Quin & accidit ad extremum. Nam qui vespere benè potus erat, & hilaris, postridè manè reperiendus est in lecto mortuus, cùm totos annos vndetriginta magnos in Ecclesia Dei motus excitasset. Atque hoc est illud, quod adeò magnificè prædicatur à quibusdam Dei verbum, & Euangelium non à Christo, sed ab auctore Sathana profectum, sicut ipse fatetur, qui primus id in lucem edidit Lutherus. Nam ab eo sibi gloriatur argumenta esse suppeditata, quibus & Sacerdotium, & Sacrificium euerteret. Quibus euersis, quid aliud, quàm Deus ipse sublatus è medio, vel saltem in ordinem coactus esse videtur? Nam vbi nullum Sacerdotium, nullum est Sacrificium, ibi consequens est, nullum etiam Deum agnosci.

Hiscè itaque iisdem Sectarum parentis, & auctoris insistens Seldenus vestigijs in eiusmodi concordia, & syncretismi genere, verborum Eutychiej Alexandrini enarran-

enarrantis historiam originis huius nominis, *Papa*,
 evertit seriem, sensum pervertit, & omnia susque-
 deque habuit. Siquidem affirmatiua negatiue est in-
 terpretatus, ea addendo etiam auctoris enarrationi,
 quorum nec vlla inibi extat, nec vestigium. Cuius
 quidem euersiois, peruersiois, & additionis ipsi
 inimici nostri (religionem quod attinet) sint iudices;
 non est enim Deus noster, vt *Dij* eorum. Dicant,
 quæso, ingenuè, ferantque sententiam bini illi Angli
 doctissimi, & linguarum Orientalium peritissimi,
Othardus Pokoc, & *Ioannes Grauius*, an scilicet ea
Eutyhij verba vllò modo habere, aut admittere pos-
 sint eum sensum, quem tribuit eis *Seldenus*? Profe-
 rat quoque è sua pera Orientali suum iudicium vir ille
 ventosissimus, & vanissimus iactator aduersus Ca-
 tholicos *Ioannes Henricus Hottingerus Tigurinus*,
 linguarum Orientalium in patria professor. Deus bo-
 ne! que, quantaq; in nos iactat iste verba! & ea quidem
 ac eodem modo ad idem genus nequitiae, & arrogantiae
 sui parentis, & auctoris. Sed ad calcem huius operis,
 Deo nostris conatibus, & studijs fauente, vapulabit,
 & meritas pro tanto scelere & ausu referet pœnas. In
 ea quippe Historia, in qua nos impetit hostilibus, im-
 probissimis, & superbissimis verbis, nullum ferè testi-
 monium, vel auctoritatem ex Orientalium monu-
 menti productam legere est, in qua non cubet, aut
 mendum crassa ignorantia notandum, aut mala
 fide

fide aliquid verum, & adulteratum.

Porro Seldenum nostrum quòd attinet, certissimū est, eò collimasse in hoc Opere scribendo, quò omnes nostri temporis Nouatores, cuiusque sint generis, persuasionis, aut farinae; scilicet, fortem prius alligandum esse, tum vasa domus illius diripienda.

Hinc profectò nullo alio quidem fine, aut scopo, & mente inficiati sunt tam impudenter, & ænea fronte contra apertissima Scripturarum verba (quamvis nihil aliud crepant, quàm Scripturas Scripturas) Petrum fuisse primum Apostolorum. Ex quo ea Matth. 10. 5. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: primus Simon, qui dicitur Petrus: additionis arguere non puduit Bezam in eo Matthæi loco scribentem: Quid si hoc Vocabulum (primus) ab aliquo additum est, qui Petri Primatum vellet stabilire. Item illa Matthæi 16. 18. verba: Et ego dica tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, hæc ineptissima commentatus est interpretatione Lutherus Tom. 5. fol. 26. Super hanc, idest super me, non super te. Ineptius quoque Zuinglius de vera, & falsa religione cap. de clauibus: Ego, inquit, super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, non super te, nam tu petra non es.*

Præterea, Petrum numquam fuisse Romæ, contra omnium Gentium Historiographorum perennem consensum impudenter contendunt, eo duntaxat no-

mine, mente, & scopo, vt eiusdem D. Petri Successoris omne infirment, & labefactent auctoritatis pondus, & momentum. At audiant ita-blatrantes contra vniuersalem, ac perpetuum omnium populorum consensum, Iacobum Arminium hominem primariæ classis inter Nouatores, disput. priuat. thes. 13. de obiecto Christianæ religionis num. 14. ita differrentem: *Accedit denique, inquit, perpetuus, & Vniuersalis omnium populorum consensus, qui instar legis, imò Oraculi diuini habendus est.* Et oratione 3. de certitudine Sacrosanctæ Theologiæ: *negare miracula, quæ Gentilium, & Iudæorum testimonia habent, manifesta impudentiæ est, & execrandi stuporis.*

Quò magis ergo manifeste impudentiæ, & execrandi stuporis erit, negare vnanimem Iudæorum, Samaritarum, Mahometanorum, ac vtriusque Orbis Christianarum Nationum consensum, quæ vnico faterentur ore, Petrum & Romam profectum fuisse, & Pontificiam fundasse dignitatem, ac suum ibi obijssse diem? Hoc idem argumenti genus plurimi facit, & inculcat Anonymus iste Mahometanus Auctor Epistolæ *De Collatione trium Prophetarum*; scilicet Moyſis, Christi, & Mahometi, qui sic habet:

اما الدعوى الاولى فقد ثبتت في التواتر وهو اخبار
طوائف كثيرة يستحيل اتفاقهم على الكذب.

Id est: *Primum quidem argumentum (seu propositio)*

conti-

continuata confirmatur traditione ; quæ est plurimarum gentium narrationes , quarum consensus in mendacium impossibilis est .

Cuiusmodi est consensus Christianorum , & Iudæorum de Sacrarum Scripturarum veritate . Etenim cordatus nemo , ac sanæ mentis sibi persuadere facile poterit , ambas has nationes conuenire posse ad sacras paginas corrumpendas , atque adulterandas . Quò minùs ergo tot nationes tam diffitis distinctæ locis , & regionibus , tot fidei , religionis , & persuasionis discrepantes , atque abhorrentes principijs , & articulis præstare , aut efficere simile quicquam poterunt ? Nugæ ergo , nugæ sunt , quæ iactantur ab Hæreticis , ac nostri temporis Nouatoribus contra D. Petri Sedem , contra eius Successorum dignitatem , auctoritatem , maiestatemque aduersùs tot gentium consensum vnanimem .

Sed vndè , quæso , hæ nugæ , & ineptiæ ergastulo dignæ potiùs , quàm cordato homine ? Vndè ? *Doctor Martinus Luther* (tom. 4. Germ. witt. Anno 1551. fol. 475.) *Vult sic habere , & dicit Papistam , & Asinum esse rem vnã . probationem , & rationem statim subdit hisce verbis : Sic Volo , sic iubeo , sit pro ratione voluntas .* Ex intimo igitur concepto odio in Romanum Pontificem processère hæ nugæ ? planè ex intimo concepto odio , & animi infana libidine .

Ex qua autem infana infani magistri doctrina

quos miros legerunt discipuli , & affectæ fructus , quosque fecerunt progressus , ab ipsis discere iuuat. Andræas Musculus insignis inter reformatos, & nouos Euangelicos Scriptor Conc. 1. Aduent. *Si quis Videre Volet*, inquit, *ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impostorum, faneratorum: ciuitatem aliquam adeat, in qua Euangelium purè predicatur, cateruatim tales ibi reperiet. Idem lib. de nouissimo die: Hoc de nobis Euangelicis testari cogimur; magis quàm nos gulosos, scortationibus, Usuris, circumventionibus, fraudibusque deditos in toto iam Mundo nusquam reperiri.*

Mennon lib. de Christiana fide, cap. de fide mulieris Chananæ: *Si ad predicantes Veneris*, inquit, *qui de Verbo Dei gloriantur, inuenies quosdam aperte mendaces, quosdam ebriosos, & Vinolentos, quosdam fornicarios, & sceneratores, quosdam superbos, & fastuosos tum habitu, tum gestu, quosdam calumniatores, & conuitiatores, quosdam persecutores, & proditores innocentium. Quo iure etiam ac fide nonnulli matrimonia contraxerint, cuiusque nota Uxores habeant, Domino, ac ipsis concedo. Agunt inertem, ac ignauam Vitam, aluntur meris seditionibus, & blanditijs ex Antichristi pradis, & rapinis. Tantum docent, quantum Venti dedito Magistratui placet, quantumque ille iusserit:*

Kingus Londinensis Pseudoepiscopus super Ionom sect. 32. *Operibus*, inquit, *& fructibus pœnitentia*

tia tam sumus nos peregrini, Ut vix sciamus, quid pœnitentia significet. Adeoque procul abest, Ut simus Veri Israëlita cum Nathanaële, aut ex parte Christiani cum Agrippa, Ut potius conuincamur perfecti Athei. Et quod Tullius inter natura portenta retulit, in quadam regione canum siccitate, & pluuiâ pulueres causari, in nos Verè conuerti queat, quibus abundantia gratiæ peperit abundantiam peccati. Et sicut aliqui ex lege arripuerunt occasionem maioris nequitie, sic nunquam inter nos fuisset iniquitas ita luxuriosa, nisi ex luxuriante, seu redundante Euangelio.

Caluinus Tract. de Scandalis, Genèveusium, eorumque Ministrorum facinora in hæc celebrat verba: *Quidam miri sunt ad captandum artifices. Humaniter excepti, spoliatis hospitibus fuga dilabuntur. Alij ancillas ad flagitium pelliciunt, ipsasque sine scrupulo coniuges sollicitant. Alij mutuò petunt, quantum valeant, quod nunquam reddituri sunt. Alij deposita sibi Usurpant. Ipsimet Pastores turpissima sunt nequitia, Vel malorum aliorum exempla. Et tales scilicet in contemptu se esse apud plebem, aut etiam ludibrii causa digito demonstrari queruntur. Ego Verò potius miror Vulgi patientiam, quòd non eos luto, & stercoreibus, mulieres, & pueri, operiant.*

Sed qui fieri potest, vt aliter viuent, qui id præcepti à suo habent magistro, & Coriphæo Luthero in Colloq. de peccatis edito Illeb. fol. 130. his concepti verbis: *Blasphemias, parricidia, contemptum Dei, adulte-*

adulteria confidenter committant, & non aliter sint Veri, & germani sancti, quam ut fortibus; & atrocibus peccatis obnoxij.

Et quidem, ut quæcunque aggrediantur confidentiùs facinora, ac scelera patrare audeant, hanc statuit illis regulam explicandarum, & intelligendarum, Scripturarum in Com. Psal. 5. *Hæc tibi norma, inquit, & regula esto, quam in Scripturis sacris intelligendis sequaris: Vbiunque Scriptura iubet bona opera facere, tu id sic intelligas, quòd Scriptura prohibeat bona opera facere.*

Videtis ergo, inquit D. Augustinus tom. 6. con. Faust. lib. 32. cap. 19. id vos agere, ut omnis de medio Scripturarum auferatur authoritas, & cuique animus author sit, quid in Unaquaque Scriptura probet: idest ut non authoritati Scripturarum subijciatur ad fidem, sed sibi Scripturas ipse subijciat, non ut ideò illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi authoritate scriptum legitur; sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quò te committis Anima misera? Rectè igitur, ac præclare à fructibus eorum sunt cognoscendi, quia non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Quamobrem id Ephesiorum l'ebiscitum, Nemo de nobis Vir bonus videatur, sed si quis extiterit, alibi, & apud alios esto, suæ synagogæ valuis & affixisse studiosè; ac religiosè obseruasse videntur.

Hæc

Hęc hęc est latissima illa porta: hęc hęc est spatio-
fissima illa via, per quas infinitas mortaliuq; turbas
in tartara demisit Nouatorum præcurfor Mahometus,
& Arabum Pseudopropheta. Id planè profectò incul-
cat Elias Episcopus Nisibensis in Epist. ad Abilhala
Sahedum, in cuius sess. 4. disceptat cum Aluaziro
Abilcasem Mahometano pro confirmatione Christia-
næ religionis ex ipsa ratione, lumine intellectus, &
miraculis, vbi duas affert causas, ob quas homines
vt plurimùm induci solent ad falsas, insanasque reli-
giones amplectendas, quæ sunt commodum scilicet,

قانى رايت انه لا ينقل احد من مذهب الى
مذهب الا لاحد امرين اما رغبه واما رهبه : فاما
الرغبه فهي المنازل والاموال والعطايا والاباحه في
الذات والنقل من امر صعب الى امر سهل وما
شاكل ذلك من الامور التي تتوق النفس اليها

Idest: *Vtique deprchendi, neminem de religione ad aliam
migrare religionem, nisi duabus de causis, nempè Vel ob
commodum aliquod, siue cupiditatem, & auiditatem,
Vel ob timorem. Ob commodum seu auiditatem, Vti
sunt dignitates, fortuna, munera, permissio Voluptatum,
transitus ab arduis ad facilia, & eiusmodi, quæ anima
expetit.*

Quoniam autem Orientalium nomine, & aucto-
ritate suas hæc impietates fucare bellè nituntur No-

nationes, operę pretium nobis visum est, eorum tam leuiores, & hebetiores retundere tela, ac Orientalem scriptorem suis restituere Orientalibus, & à tanta vindicare calumnia. Ne verò pergant vlteriùs simplicibus imponere, Romanique Pontificis falso nomine dilacerare existimationem, auctoritatemque fallacijs labefactare, totam controuersiam de eius Primatu, & quę eò spectant prosequi duximus.

Porro in hac palestra adhuc me desudantem interpellauit nonnemo dicens: Quorsum hæc toties recocta crambe in tot sapientissimorum Scriptorum opusculis, & controuersijs? & quorsum hic battarismus?

Verum is narrat; sed nos ita hanc condiamus, vt verè Plautinianum illud nos vsurpasse diceres:

Ibo intrò, Ut quod alijs condidit coquus, ego

nunc vicißim,

Ut alio pacto condiam.

Narrat quippè Titus Liuius, cauponem quendam domestici vnus porci carnes tanta apparatus varietate condidisse, vt Romano Duci ingentem venatus copiam in media bruma exhibere videretur. Preclare quoque D. Chrysostomus Homil. 2. de Anna in simili argumento ratiocinatus est: *In conuiuio, inquit, corporali ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere.* Augustinus autem magis ad rem nostram: *Vtile est, inquit, plures à pluribus fieri libros diuerso stylo, non diuersa fide, etiam de qua-*
stioni-

tionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perueniat; ad alios sic, ad alios autem sic.

Quem quidem apparatus Orientalibus conditum aromatibus, nec ingratum fore, nec iniucundum vel ipsis Aduersarijs speramus. Perindè enim hac facta Græcis, Latinisque condimentis accessione, ægerimus ille censendus est, & grauissimo correptus morbo, sensusque stupore, qui tot ciborum varietate suauitatem non sentiat aliquam.

Tandem etiam, atque etiam rogo te, humanissime lector, ne vllam requiras ab homine alienigena eloquentiam, aut facundiam vllam, vel argumentorum argutiem, cum hæc ægrè alieno provenire soleant in solo, diu inculto præfertim. Nam Phœniciam licet fortitus sim patriam, felicissimorum olim feracissimam ingeniorum altricem, & literarum, artiumque liberalium inuentricem, & quidem primam; ea tamen temporum nobis obtigit infelix vicissitudo, & misera conditio, ut vix harum vestigij quicquam cernere sit, aut splendoris. Omnia quippè quarumcunque optimarum scientiarum, artiumque studia Turcarum barbarie, & immani tyrannide (proh dolor! proh nefas! proh dedecus, nec dicam eorum scelus!) excisa, & euerfa iacent, gemuntque oppressa; agerque ille fecundissimus olim, & amœnissimus miramur nunc, & vberimis deploranda lacrymis sterilitate mæret, languet, stupet.

Proindè meam agnoscens hanc tenuitatem non semel , & iterùm ab inceptis destiti , timens in eruditissimi huius sæculi theatrum inter varios ingeniorum & iudiciorum strepitus Scriptor alienigena prodire . Hæsitantem diu Apostoli hæc compulit auctoritas: *Non enim misit me Christus baptizare , sed evangelizare , non in sapientia Verbi , Ut non euacuetur Crux Christi* . Adhuc mihi pro tanta tenuitate cunctantibus eblanditum est pauperulæ illius exemplum tantoperè à Christo Domino laudibus celebratæ præ omnibus Israël diuitibus , ob vnum , aut alterum minutum in Domus Dei Gazophylacium missum .

Ad hæc alijs nominibus pluribus obstringor ; vt totum me quantuscunq̃ sum , impendam scribendo , & superimpendam , vndè Christi Ecclesiæ , proximorum saluti , diuinæque gloriæ nonnihil pro virili adijciam . debeo enim Ecclesiæ Catholicæ imprimis , quòd Catholicis in medio infidelium sim progenitus , parentibus , qui eam armis , fortunis , & sanguine in prima nostræ gentis acie tutati sunt . Debeo Ecclesiæ Catholicæ , quòd in eius gremio sim enutritus , & Catholicum suxerim lac . Debeo & alijs pluribus nominibus Catholicæ Ecclesiæ , vt minimè mihi consentaneum visum sit , bonum eius , quod quoquo modo patefacere possem , quòd facundia expers sim , & eloquentia , silentio sepeliam . Hæc igitur , & huiusmodi quamplura alia incitamenta timorem excusserunt

omnem, & verecundiam, vt velim nolim hanc pro-
 uinciam fusciperem. Tu interea, humanissime le-
 ctor, hisce nostris ad maiorem Dei gloriam faue co-
 natibus, vt libentiori animo, & parato calamo ad
 ceteras controuersias digerendas manus
 admoueamus. Felix interea
 Vale.





CAPYT I.

De statu presentis Quæstionis .

VTYCHIVS Patriarcha Alexandrinus in ea ipsa Periocha , qua Seldenus abusus est ad extorquendam inde Presbyterorum, & Episcoporum siue ordinis, siue gradus , siue potestatis , & iurisdictionis æqualitatem , vti prima huius Tractatus parte vidimus , narrationem subindè inserit de Origine nominis, *Papa*, apud Ægyptios, & Alexandrinos, & quòd sub Heracla XII. Patriarcha Alexandrino , scilicet Anno reparatæ salutis 220. circiter , imperium moderate, ex eodem Eutychio, Alexandro Severo, Alexandrinis Patriarchis tribui cœptum fuit . Huius originis narrationem ab interrogatione orditur ibi Eutychius dicens : *واما سوالهم لم يسمي بطريرك الاسكندرية*

Si qui Verò interrogauerint , cur Patriarcha Alexandria Papa Vocetur ? Et subindè respondet interrogationi ,

& narrationem profequitur de occasione originis huius nominis. Hæc Eutyechius. Seldenus ea Eutyechij verba sic malitiosa & omni reprehensione digna interpretatione excepit: *Is etiam petijt ab eis, ne Patriarcha Alexandrinus Papa Vocitaretur.* Quæ quàm diuersa sunt à nostra interpretatione, nemo non videt. Quod quidem ex eo prouenit, quia Seldenus suam confecit interpretationem, addendo quæ non sunt, & peruertendo, atque adulterando quæ sunt, & auctoris genuinum sensum ita aliò transtulit, atque retorsit, vt ea dicere, & asserere videretur, quæ nunquàm eius subierunt mentem, aut animum, vt iure quidem optimo quadrare hic possit illud Arabis Poëtæ:

فكم افسد الراوى كلاماً بعقله
 وكم حرف المنقول قوم وحرفوا
 وكم ناسخ اضمي لمعنى مغيراً
 وجا بشى لم يرد المصنف

Quanta corrumpit Verba malè intellecta commentator!

Quantaque translata deprauarunt nonnulli, & vitiarunt!

*Quotque permutarunt Scriptores sensus,
 Ea proferentes, quæ nunquàm mentem subierunt
 auctoris!*

Sic

Sic actum est cum Eutychio, ea ipsi appingens Seldenus, quæ nunquam somniauit, aut illi venerunt in mentem.

Neque his etiam fuit contentus, aut fat illi fuit; sed insuper commenta Commentarijs auxit, & adornavit, nititurque ex ijs Eutychij verbis sic ab illo adulterina interpretatione exceptis, atque vitiatis probare, Alexandrum Alexandrinum Patriarcham, qui Nicæno interfuit Concilio, prohibuisse, ne ipse, successoræ sue nomine *Papæ* vocitarentur; nominisque huius abolitionem apud Alexandrinos, & Ægyptios procurasse. Sic enim scribit pag. 140. Comment. 21. *Ipsæ est (Alexander) quem nomen hoc sibi Successoribusque dari noluisse scribit hæc Eutychiæ. Et eodem Com. pag. 143. Quicquid autem petierit Alexander de huius nominis apud Alexandrinos, Ægyptiosque abolitione.*

Quæ quidem omnia non veritatis studio inductus profert, & eructat Seldenus, sed quæ huic nomini ex instituto, cui addictus est, infensus, quod scilicet Romano Pontifici ab vniuerso Christiano orbe antonomastice tributum fuit subindè. Quod ideò præstitit, vt nomen hoc odiosum, exosumque ab ipsa penè origine, & incunabulis redderet apud suos; ostenderetque Orientalium auctoritate, & testimonio abolendum esse, tamquam religioni habitum ab ipsa antiquitate, suisque natalibus.

ET EIVSDEM PRIMATV. 29

Ne verò pergat vterius sua Orientalium testimonia, & auctoritate tam bellè fucare scripta, & Comenta; Romanique Pontificis dilacerare existimationem, auctoritatemque fallacijs labefactare niti, operæ pretium visum nobis est, Orientalem Scriptorem à tanta illata vindicare calumnia, suisque restituere Orientalibus, ac totam controuersiam de Primatu, & quæ eò spectant prosequi. Quamobrem videamus iam quo iure, quate fide suam hanc adornauit Seldenus interpretationem, & in eam Commentaria.

C A P V T I I.

Examinatur, & expenditur Seldeni Interpretatio Linguae Analogiam quod attinet & Grammatices præceptiones.

PRima Seldenæ interpretationis verba hæc sunt: *Is etiam*. Sed horum apud Eutyrium nec vola extat, nec vestigium. Prima enim dictio illius periodi Eutyrianæ hæc est, **واما** *Vaëmma*, quæ nunquam apud Arabes eam habet significationem, quam tribuit illi Seldenus; vti testes nobis esse possunt omnium Arabum Lexicorum Scriptores, & Interpretes, & quotquot Arabicam profitentur vbiq; terrarum, & gentium linguam. Ea enim significat Arabi-

Arabibus, *At Verò, sed Verò, porrò, & eiusmodi*. Nec aliter eam interpretatus est dictionem Seldenus alibi, cum ad eius scopum, & mentem, *Is etiam*, non faciebat. Ita enim habet in Commentarijs pag. 139. num. 21. ex vetustioris Codicis lectione.

—————— *سوا لهما*
Sed Verò dixit eis. Undè igitur est Seldeno pronomen hoc, *Is*, & hæc particula, *etiam*? Profectò nonnisi ex protestantico Choragio ad connectendam superiorem narrationem cum sequente, quæ diuersæ omninò sunt, ac penitùs disparatæ, vti clariùs infra suo loco videbimus; nec non ad tribuendam callidè excogitatam prohibitionem illam Alexandro, ne scilicet Alexandrinus Patriarcha *Papa* vocitaretur. Peccat hic igitur grauius Seldenus addendo pronomen, *Is*, & particulam, quæ significat, *Sed Verò, At Verò, & eiusmodi* interpretando *etiam*, in quò sensu nullibi, & apud vllum Scriptorem legere est. Quod quidem eò turpiùs est, quò falsa indè inferre conatur Aduersarius, & linguarum imperitis insinuare. Errat ergo Seldenus iuxta vtramque partem falsitatis in re scilicet, & intellectu.

Secunda autem dictio illius periodi est, *سوا لهما*
Sawalohom, quam Seldenus interpretatus est: *petijt ab eis*, quod quàm verè, fideliter, & feliciter expendamus

damus . Inprimis enim dictio : *سؤال* —————
*Saua*l , non est verbum , sed nomen verbale , vti vo-
 cant, significans *Interrogationem* , deriuatum à verbo,
 feu radice *سأل* *Saala*, id est *Interrogauit* , *سألهم*
hom verò est pronomen affixum tertiæ personæ plu-
 ralis masculini generis , & significat *eorum* , & simul
 coniunctum, *interrogationem eorum* .

Quod cùm ita sit , nomen illud verbale cum illo
 affixo tertiæ personæ pluralis numeri , nullo modo
 referri potest ad Alexandrum , quia *interrogatio eorum*
 idem sonat , ac *ij interrogant* . Affixum quippè in
 eiusmodi nominibus , quoties pro verbis substituuntur ,
 locum agentis tunc supplere solet . Quo quidem loquendi
 modo vtuntur Arabes vt plurimum , cùm de incerta , &
 indeterminata persona sermo habetur , eadem prorsùs
 ratione ac Latini , cùm pro impersonali passiuo tertiæ
 personæ singularis substituunt tertiam personam
 pluralem actiuam , vt *dicunt* , *pro dicitur* , *ferunt* ,
pro fertur , & id genus .

Id multò clariùs liquet ex lectione alterius Codicis ,
 quem pag. 130. num. 22. vetustiore vocat Seldenus ,
 vbi pro *سؤالهم* *Saualohom* , id est *interrogatio eorum* ,
 habetur hæc vox *سألهم* *Kaulohom* , nempè *dictum eorum* ,
 quod idem est , ac

ij dicunt, vti mox diximus. Vndè malè, imò pessi-

mè hæc Codicis illius vetustioris **فاما قولهم**

Faëmma Kaulohom, vertit Seldenus: *Sed Verò dixit* seu *in mandatis dedit eis*. Hoc autem multis de causis. Et primò quidem, quia nomen verbale cum affixo, quale est præsens nomen **قولهم**


Kaulohom, nempè *dictum eorum*, nunquàm substituitur loco tertiæ personæ actiuæ significationis, vti facit hic Seldenus. Secundò pronomen affixum in eiusmodi nominibus non est actio transiens, ac recepta in passo, sed est eiusdem agentis, & permanens; ergo *Actio* illa, siue *Dictum* non poterat esse Alexandri ad illos Presbyteros, siue quoscunque alios.

Sed regeret fortè nobis Seldenus, **قولهم**

Kaulohom esse verbum cum affixo patienti, adeoque se benè vertisse, *Sed Verò dixit*, seu *In mandatis dedit eis*. At bellè profectò, ac plus nimio hallucinatur, si hoc regerat; quia vt omnes scjunt Grammatici, & docent, verbum hoc in themate, seu radice, nequaquàm admittere literam *و* *Vau*, sed eam mutare in *Aleph*, atque pro themate **قولهم**

Kanala, scribi, ac legi ab omnibus **قالهم**

Kala, id est *dixit*. Vide Erpenium ex Protestantibus

in hoc verbo, & alios. Sed fac, Seldene, hoc esse verbum; quàm constructionem illi tribuis? Nescis, affixa verborum esse casus patientes, seu accusatiuos? Ignoras adhuc, verbum hoc apud Arabes, vt & apud Latinos nequaquàm admittere casum accusandi personarum? Quis enim legit apud Latinos: *dixit eos*, pro *eis*? nemo fanè. Nec apud Arabes etiam id auditum fuit, Sed quemadmodùm Latini dicunt, *dixit eis*, sic Arabes etiam dicunt 

Kala lahom, hoc est, *dixit eis*, cum pronomine disiuncto, non affixo. Itaque si illud esset verbum, vertendum esset, *dixit eos*, non, *eis*, quia affixum pronomen semper ponendum est in casu *Nasbo*, seu accusatiuo ex omnium Arabum, & Arabicæ linguæ proficientium sententia, nemine penitus discrepante. Quàm autem accommodata esset, & congruens hæc constructio, & interpretatio, iudicent vel ipsi linguarum tyrones, & pueri.

Si verò amicè fatebitur, illud esse nomen cum affixo tertiæ personæ masc. num. pluralis, vti re vera est; in eodem fanè hærebit luto, quia tunc significat, *dictum eorum*, quod idem est, ac *ij dicunt*, vti mox notauimus; adeoque non Alexander dixit eis, aut in mandatis dedit; sed *ij* quidem dicunt, seu interrogant de causa denominationis *Papæ*, nempe cur Alexandrinus Patriarcha ita dictus fuit. Hoc loquendi modo

passim vtuntur Arabes Scriptores , cùm aliquid obijciunt sibi nomine alicuius incerti ; idemque sonat ac *si quis obijciat* , vel *interrogabit* , & eiusmodi . Pluribus exemplis confirmari id potest , & Scriptorum Arabum auctoritatibus , atque testimonijs , sed ne longior , quàm par est , nostra protrahatur oratio , vnus

عز الدوله بن كوز

Hazzaddaula Ben-Camune testimonio contenti nunc erimus . Hic Tract. de tribus Legibus , & Legislatoribus lib. 3. de Christiana Lege , sic Aduersariorum nomine , quicumque sint , obijcit contra traditionem de miraculis Christi domini , rebusque ab illo gestis :

واما قولهم ان النقل لمعجزات المسيح واحواله
غير متواتر ولا موثق الـ

Idest : *Sed Verò dictum eorum , traditionem de miraculis Christi , ac rebus ab illo gestis non esse successiue continuatam , neque confirmatam .* Qua facta obiectione statim respondet , ac argumenta , & rationes Aduersariorum ita obijcientium diluit . Ex quo planè liquet , *dictum eorum* , hic , vt alibi , idem sonare ac *si dicant* , vel *obijciant* hoc vel illud . Sed hæc notiora sunt linguæ Arabicæ Professoribus , quàm vt longiori oratione , & probatione dignanda .

Tertia dictio Eutychiana est Particula **لـ**
quam Seldenus interpretatus est , *Ne* , & in ea totam
vim

vim collocat sui argumenti. Sed falsò & inani ex more nixus firmamento, quia nunquam, & nunquam particula hæc legitur, aut occurrit in hac significatione apud Arabes, nempè prohibitiuè. Duplicem hæc particula fundit sensum iuxta duplicem modum, quo punctis afficitur vocalibus. Nam si eius prima litera notatur vocali Fatha, vt loquuntur Arabes, sic م—ل, tunc profertur *Lam*, & vim

habet negandi, seu negatiua est, & præponitur tantummodo modhareo, nempè tempori præsentis, vel simplici futuro, quod idem est forma, ac tunc eius significationem ad præteritum trahit. Si verò eius

prima litera notatur vocali *Kasra*, sic م—ل, tunc pronunciat

tunc pronunciat *Lem*, ac semper interrogatiua est, atq; his Latinorum æquipollet particulis, *cur? quare?* & id genus. In vtraq; notata significatione iuxta variâ hanc punctationem occurrit Genes. c. 4. num. 5. & 6.

والى قايين وقرايينه لم ينظر فغضب قايين جـنا
وتعيس وجهه فقال له الرب لم غضبت ولم
تعيس وجهي وجـس وجـر كـ

Ad Cain Verò, & ad munera illius NON respexit; iratusque est Cain Vehementer, & contractus est Vultus illius. Dixitque e Dominus ad eum: CVR iratus es? & QVARE contractus est Vultus tuus?

Vide

Vide quomodò eadem particula diuersò notata vocali puncto, diuersum fundit sensum . Primò quipè loco legitur **لَمْ** *Lam*, cum vocali phatha, & negatiuè accipitur, id est *Non*, & verbum **لَمَّ** *Iandhor*, quod est præsentis temporis, & verti debet ex vi suæ formæ *respicit*, retrahit ad præteritum, ita vt ex vi illius vertendum sit, *respexit*. Sequentibus verò duobus locis scribitur cum Kafra sic **لِمَ** *Lem*, ac sumitur interrogatiuè, *cur?* vt ibi videre est. Exempla occurrunt passim apud Scriptores in vtraque hac significatione iuxta duplicem punctandi genus.

Porrò prohibitionis, & inhibitionis particula est **لَا** *La*, & sic dicitur **لَا تَقْتُلْ** *Non occides*, **لَا تَسْرِقْ** *Non facies furtum*. Si autem his iisdem dictionibus præponatur particula **لَمْ** *Lam*, sic **لَمْ تَقْتُلْ** & **لَمْ تَسْرِقْ** nequaquam verti posset, *Non occides*, *Non facies furtum*, sed, *Non occidisti*, *Non fecisti furtum*, quia hæc particula retrahit præsens, & futurum tempus ad præteritum, vti modo diximus. Præterea particula hæc **لَا** *La* usurpatur quandoque apud Arabes
pro

pro Ne Latinorum, vt est illud Genes. cap. 2. vers. 17.

قالا من شجرة معرفة الخير والشر لا تأكل منها

Deligno autem scientiae boni, & mali NE comedas.

Quod verò particula illa non sit accipienda in sensu negatiuo, aut prohibitiuo eo loci apud Euty-
chium, verbum illud, de quo ipsa dicitur, planè de-
monstrat. Ex Grammaticorum quippè præceptio-
nibus, & regulis habetur, particulam illam, cum
est negatiua, vel prohibitiua, esse gezmantem, vti lo-
quuntur illi; ac tunc ex verbis sanis abscindere vlti-

mam vocalem, quemadmodùm ex verbo hoc *يَأْكُلُ*

Iansoro, id est *iunat*, fit *لَمْ يَأْكُلْ*

Lamiansor, dempta scilicet vltima vocali, O, & præ-
sente reiecto ad præteritum significatione scilicet;
non forma, vertendumque *Non iunat*, pro *Non iu-
nat*. Ex verbis autem infirmis, vti loquuntur Ara-
bum Grammatici, infirma litera demitur, & vltima
etiam vocalis abijcitur ex vltima litera, si sana litera

illa fuerit. Literæ autem infirmæ sunt *Aleph*, و

Vau, & *Te* Hinc ex *يَقُولُ* *Iakulo* id est

dicit, addita particula illa negatiua, fit *لَمْ يَقُلْ*

Lam iakol id est, *Non dixit*, mutato tempore;
sed non forma temporis, & reiecta litera و *Vau*, quæ

media erat, & vocali vltimæ. Item ex verbo *يَرْمِي* *Yarmi*, id est *proiecit*, fit *يَرْمِي* abiecta litera *ي* *Ye*, remanente vocali vicem gerente, seu compensationis, vt Grammaticis placet; verendumque est, *Non proiecit*, pro *Non proiecit*. Atqui in casu nostro apud Eutyrium, verbum, de quo nobis controuersia est cum Aduersario, est *يَسْمِي* *Iosammi*, id est *Vocare, nominare, nuncupare*, quod quidem est infirmum vltima. ergo præposita particula gezmante *لَم* *Lam*, reiicienda erit vltima litera, remanente tamen vocali compensationis, & id ex Grammaticorum Arabum placitis, quia vltima est infirma, legendumque est *يَسْمِي* *Lam iosammi*. Sed non sic legitur inibi apud Eutyrium, quia vltima remanet. Ergo particula illa eo loci non est sumenda negatiuè, aut prohibitiuè.

Id autem probare testimonio ipsius Seldeni ex Eutyrio in eadem Periocha, haud difficile erit. Qua quidem probatione ad hominem nihil profectò afferri poterit aut firmitus, aut magis ratum & constans ad vrgendum, coarguendum, & erroris conuincendum ipsum Seldenum.

Eutyrius autem paulò ante narrationem de Origine

gine nominis, *Papa*, apud Ægyptios, loquens de instituto illo duodecim Presbyterorum, & quamdiu in Alexandrina duravit Ecclesia, hæc subiicit :

فلم يزل رسم القسا بالاسكندريه يصلوا
البطاركه من القسا الاثني عشر الى زمان
الاسكندر بطريك الاسكندريه

Quæ verba sic vertit Seldenus : *Neque desijt Alexandria institutum hoc de Presbyteris, ut scilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim, usque ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini.*

In hisce autem Eutychiej verbis duo diligenter animaduertenda, obseruandaque sunt contra ipsum Adversarium. Primum circa scripturam verbi *يزل*

Iazel, quia cum deriuetur à radice, seu themate

زال Zala, quod est tertia persona singularis masculini generis temporis præteriti, præsens formare

deberet *يزول Iazulo*, ex Grammaticorum regulis,

non autem *يزل Iazel*, ut ibi apud Eutychieum dempta media, & quiete affecta postrema.

Alterum cum Verbum *يزل Iazel* sit præsentis temporis, non autem præteriti, vertendum esset Seldeno, *definit*, non quidem, *desijt*. vtrumque tamen rectè legitur, & rectè vertitur. Rationem si petas à

Seldeno, respondebit, & rectè: Ita legendum, & ita vertendum ob influxum particule لـ *Lam*, id est *neque*, vel *non*, quæ præposita verbis præsentibus infirmis, duobus defungitur officijs, nimirum literam abijcit infirmam, & postremam afficit quiete, nempe illius demit vocalem; nec non verbis formæ præsentis significationem tribuit præteritam. Hinc concludit Seldenus, se rectè legisse, & rectè vertisse. Accedimus vltro, cum id sit iuxta Grammaticorum Ara bum placita.

Si ergò eam habet vim particula hæc negatiua; vt contrahat, & abscondat vltimam verborum vocalem, & literas abijciat ex ipsis infirmas, & præsentis formæ significationem ad præteritum retrahat; cur hoc loco, de quo nobis cum Aduersario præsens quaestio est, legit ipsemet Aduersarius إِسْمَاعِيلُ

Iosammi, retenta vltima litera, quæ est infirma, & præteritam nequaquam tribuit verbo illi significationem, vt par erat ex linguæ analogia, & Grammaticorum placitis, quæ ipse vltro concedit. Imò, non modò non tribuit illi verbo præteritam significationem, sed nec tribui vlllo pacto potest; quia si tribueretur, ita vertendum esset, cæteris modò concessis Seldeno: *Is etiam petijt ab eis, non Patriarcha Alexandrinus Papa Vocatus fuit. vel Ne (vt Aduersarius vertit ibi) Patriarcha Alexandrinus Papa Vocatus fuit.*

Quæ

Quæ interpretatio quàm congruum, accomodumq; fundat sensum, ipsemet Seldenus cum Symmyltis ferat iudicium, & sententiam dicat.

Hoc idem confirmatur duobus alijs locis, quæ occurrunt subsequente commate eiusdem Eutylianæ Periochæ, nempe statim post ea verba, de quibus nobis res est cum Aduersario, & sunt لم يكن في عـل مصر اسقف : ولم تكن البطاركة الذين قبله اصله ووا اسقف

Quæ sic ex Seldeni interpretatione: *Nullus erat in provincijs (demus modò hæc Seldeno) Aegypti Episcopus; nec Patriarchæ ante eum crearunt Episcopos.* In

hoc commate duo notanda sunt, nimirum legi hic يكن

Iacon, pro يـكـون Iacuno, Et Tacon,

pro تـكـون Tacuno, reiecta utrobique litera me-

dia infirma, scilicet و Van, & vltima dempta vocali, nempe Dhamma, siue, O, & præsentè significatione ad præteritam retracta ex vi nimirum, & influxu

particulæ huius negatiuæ لم Lam.

Igitur cum in eo commate, de quo nobis controuerfia est cum Aduersario, nec reiiciatur litera infirma ex verbo يـسـمـى Iosammi, sed legitur

manente litera infirma ي id est, I, in fine; nec eius

verbi significatio retrahatur, sed nec retrahi etiam potest ad præteritum; necesse omninò erit, ibi haudquaquàm legendum esse لَم Lam, negatiuè, aut prohibitiuè, sed لَمْ Lem, interrogatiuè, itaut germanus, ac genuinus huius periodi وام سوالهم لم يسمي بطردرك الاسكندريه بابنا Sensus sit iste, *Si qui Verò interrogauerint, cur Patriarcha Alexandrinus Papa Vocatur?*

Concludendum igitur est, ea Eutychiej verba nullo modo eum fundere posse sensum, quem illis sua interpretatione tribuit Aduersarius ad suam ineptissimam extorquendam indè sententiam, ex animi libidine.

C A P V T I I I .

Refellitur item Aduersarij interpretatio, & Sententia ex ipsa narrationis Eutychianæ serie, & orationis connexionione.

EVtychius ab ipso Periochæ exordio vsque ad istam narrationem de Origine nominis Papæ, totus est in describenda Ecclesiastica Politia à D. Marco in Alexandrina Ecclesia instituta, quam ita tandem concludit: وانقطع الرسم القديم من اصلاح

اصلاح القها البطريرك وجرى الامر للاساقفة
في اصلاح البطريرك

Quæ sic Seldenus: *Atque ita evanuit institutum illud antiquius, quo creari solitus à Presbyteris Patriarcha. Et successit in locum eius decretum de Patriarcha ab Episcopis creando.* Subindè verò hanc de Origine nominis Papæ assumit narrationem, quæ nullam habet cum illa connexionem, vel aliquid commune, sed omninò, ac toto cælo est diuersa. Quod quidem haud latuit Aduersarium, hinc vt orationis vtraque conne-cteret disparata extrema, has duas ex protestantica pera produxit dictiones, *Is etiam*, quarum nec vola extat apud Eutyrium, nec vestigium, vt supra demonstraui.

Sed nec multum in hoc demonstrando laborandum nobis est, aut impensior opera danda, quia idem Eutyrius paulò inferiùs ita hanc narrationem de Origine nominis *Papa* concludit: فسي

بطريرك الاسكندريه من ايام هرقل بابا اى الجد

Quæ ita Seldenus Aduersarius: *Ita à tempore Heracla Patriarcha Alexandrinus dictus est Papa, idest Auus.* Quæ verba nomenclationis continuationem denotant nullo præfixo termino, vt ea penitiùs consideranti li- quidò paret. Et quidem magis liquet ex eodem Eutyrio, vbi sic de ipso Heracla agens suo loco in se-

rie Patriarcharum Alexandrinorum loquitur وفي أيامه
 يسمى بطريرك الاسكندرية بابا اي الجسد

*Et in diebus eius Vocatus fuit Patriarcha Alexandrinus
 Papa, idest Avus. Quasi dixisset vtrobiq;: visi' scire,
 cur Patriarcha Alexandrinus etiamnum dicitur Papa,
 & quando id contigit? hoc fuit Heraclę Patriarchę tem-
 pore ob iam narratam causam, & occasionem. Et qui-
 dem id nominis refert hic auctor, tanquàm aliquid in-
 signe, atq; præclarum, & pietatis ac religionis redolens,
 ex quo ob eius hanc præstantiam, atque excellentiam
 Romano subindè Pontifici antonomasticè tributum
 fuit, vti Georgius Homaidius in Nerone perhibet, &
 nos infra ostendemus. Alioquin Eutychio dicendum
 erat: *A tempore Heraclę usque ad Alexandrum, qui
 fuit è numero Patrum Nicenorum, Alexandrinus Patri-
 archa Papa vocabatur; Alexander verò iste petijt à
 Presbyteris Alexandrinis, seu vetuit, ne ita deinceps vo-
 cicaretur, vel aliquid eiusmodi, quemadmodum su-
 pra dixerat de eiusdem Alexandri decreto, quo Pre-**

sbyterorum ius antiquavit: فلم يزل رسم القسا
 بالاسكندرية يصحوا البطاركة من القسا الاثني
 عشر الى زمان الاسكندر بطريرك الاسكندرية الذي
 كان في جملة الهلثايه وتاموه عشر

Quæ idem Seldenus: *Neque desijt Alexandria institui-*

ET EIVSDEM PRIMATV. 45

tum hoc de Presbyteris , Ut scilicet Patriarchas crearent ex Presbyteris duodecim , Usque ad tempora Alexandri Patriarchæ Alexandrini , qui fuit ex numero illo CCC XVIII . Is autem Vetuit , ne deinceps Patriarcham Presbyteri crearent .

Et profectò ipsa ratio postulat , & suo quodammodo iure exigat , vt res priùs proponatur , & liquida fiat , dein aliquid de illa vel affirmetur , vel negetur . Ita Prophetarum maximus Moyſes c. 2. vers. 9. Gen. hanc præmisit narrationem de ligno scientiæ boni , & mali : *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu , & ad vescendum suave : lignum etiam vite in medio Paradyſi , lignumque scientiæ boni , & mali .* Deindè vers. 17. subdit ; *De ligno autem scientiæ boni , & mali , ne comedas .* Præmisit narrationem creationis illius ligni , subindè verò vetuit , ne comederet ex illo Adam . Nam si præmisisset inhibitionem , deindè aggressus fuisset narrationem , quis aptam , & congruentem iudicauerit illius narrationē , aut orationem ? Ita Euty chius narrationem exorsus est ab interrogatione , eamque congruè concludit : *فسي بطريرك الاسكندريه من ايام هرقل بابا اى الجسد*

Igitur Vocatus fuit (ad verbum) Patriarcha Alexandria à diebus Heracla Papa , idest Anus .

CAPVT IV.

Refellitur eadem Aduersarij interpretatio, & sententia ex notione, seu significatione ipsius nominis, Papa.

Rationi fides tunc adhibenda est ex Philosopho 3. de gen. ani. cap. 10. si quæ demonstrantur, conueniant cum ijs, quæ sensu percipiuntur. Sed ea, quæ interpretatur Aduersarius Seldenus, minimè conueniunt cum ijs, quæ omnium sensibus externis patent, & internis; ergo nulla fides eius sententiæ, & interpretationi adhibenda est, notionē nominis huius, *Papa*, quod attinet. Affirmat quippè Seldeni Euty-chius, nomen *Papa* significare *Auum*, seu *Patrem Patrum*; Sed quis audiuit vnquàm, aut vlllo sensu percepit, nomen *Patris*, aut interdictum fuisse, aut tamquàm odiosum habitum apud vllam gentem, vel nationem, quamuis feram, quamuis barbaram? Imò nihil eo amabilius, nihil suauius, nihil dulcius, nihil pietate, & religione plenius, aut commendatius. Hinc Propheta ille Eliseus nullo alio nomine Zelotem Eliam in Cælum per turbinem ascendentem, quàm hoc interpellauit: *Pater mi, pater mi*. Et generis humani reparator Christus Dominus hac orandi formula

mula diuinam pietatem erga nos allicere quodammodo nos docuit: *Pater noster, qui es in Calis*. Diuinus quoque Apostolus ad Rom. 8. 15. *Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, pater*. Quinimò maximi quoque honoris nomen hoc habebatur olim apud ipsos gentium Principes, & Reges, nec dedignabantur eos, qui aliqua præditi erant virtute, quamvis infimæ conditionis, *Patres* appellare. Nam 2. Paralip. cap. 2. vers. 13. legimus Hiram regem Tyri potentissimum, & Salomoni amicitia coniunctissimum appellasse, *Patrem suum*, honoris causa, artificem quendam scientissimum nomine Hiram, ita ad ipsum Salomonem scribentem: *Misi ergo tibi Virum prudentem, & scientissimum Hiram patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius*. Apud Romanos quoque *Pater*, nomen reuerentiæ erat: ideò Romulus centum Senatores, quos ad Reipublicæ curam elegit, *Patres* ab honore vocauit. Sed huiusmodi reuerentiam, & obseruantiam quid grauius, aut planius exprimere potest, quam Iacobi illud iuramentum Genes. cap. 31. v. 53. Labano hisce præstitum verbis: *Iuravit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac?* Nulla ergo suppetit ratio, aut prudens, constansque reddi potest, cur Alexander petierit à Presbyteris illis, ne Patriarcha Alexandrinus, *Papa*, vocitaretur; cum id nominis sit honoris,

reuerentię, pietatis, atq; religionis, & nunquàm, ac nunquàm ante hanc Seldenam adulterinam interpretationem quid simile auditum fuit.

Porro regeret fortè Aduersarius, Alexandrum neutiquàm petijisse, ne Patriarcha Alexandrinus *Pater* vocitaretur, sed *Papam*, idest *Auum*, seu *Patrem patrum*, Eutychio auctore pluries in eadem Periocha.

Cedo, *Papam* significare *Auum*, siue *Patrem patrum*, ex Eutychio; at quid inde? An aliqua afferatur in contrarium ratio ab Eutychio, aut ab Aduersario; vel vlla afferri saltem potest, cur id præstitit Alexander? certè nulla. quia id esset tam contra apertam Sacrarum Literarum auctoritatem, quàm Patrum placita. In Scripturis *Principum patrum*, quod idem est, mentio passim occurrit, vt apud Ezdram lib. 1. cap. 1. vers. 5. cap. 3. vers. 12. cap. 4. v. 3. & alibi. Patres, seu insigniores antiquitatis Doctores non solum Romanum Pontificem hoc nomine, *Pater Patrum*, decorarunt, vt S. Athanasius Epist. ad Liberium, & ad Felicem, Trias Conciliorum Afficationum Epist. ad Damasum, Geruasius Rhemensis ad Paschalem, & Iuo Carnot. Epist. 12. verum etiam alios plerumque Antistites inferioris gradus, quemadmodum notat vir nostri seculi doctissimus, & eruditissimus Theophilus Raynaudus Societatis Iesu in Onomastico Pontificio dictione *Pater Patrum*, cuius verba ipsa hæc sunt: *Id nomen vlli unquàm præterquam*

quàm Romano Pontifici esse communicatum, negat Bel-
 larminus lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 31. sed sicut
 alias plerasque Romani Pontificis per se primò proprias
 nomenclationes, ita hanc quoque ad alios plerumque
 Antistites inferioris gradus extensam esse, diffiteri non licet.
 Nam Clemens, Iacobum initio Itinerarij S. Petri, &
 Epist. 1. Vocavit Patrem patrum. De Gregorio Nyffe-
 no in I I. Nicano Concilio sess. 6. dicitur, quem omnes
 Patrum Patrem vocant. S. Chrysostomus à Theodosio
 apud Nicephorum lib. 14. cap. 43. Pater Patrum dici-
 tur, ijs literis, quas ad eum evocandum tanquàm Viuen-
 tem ad ipsum scripsit. Eodemque nomine donatur S. Io-
 annes Alexandrinus in libello supplice Cosma, Ut retulit
 Anastasius in eiusdem S. Ioannis historia cap 13. Ta-
 ceo de S. Eutychio Patriarcha Constantinopolitano, cuius
 Acta eum appellant, Magnum Patrem Patrum. Quo
 eodem modo denominatur apud Balsamonem ad interro-
 gata Marci Patriarcha. De hoc silere malo, ne quis op-
 ponat, id schismatico, Uel etiam haeretico sensu prolatum.
 Fortunatus Magnericum Episcopum sic compellat: Cul-
 men honorificum, Patrum Pater, alme Sacerdos.
 Sidonius lib. 6. Epist. 1. Vocat S. Lupum Trecentem
 Episcopum Patrem Patrum. Et eodem recidit, quod
 S. Athanasius Osium Cordubensem Patrem Episcopo-
 rum nominavit. Nam Episcopi Patres sunt populorum,
 Ut est apud Sidonium lib. 4. Epist. 27. & apud Cassiodo-
 rum in Psal. 109. Itaque Pater Episcoporum, quo no-

mine donatus est Osus, idem sonat, quod Pater Patrum: ac proinde ea appellatio Patris Patrum, tametsi per excellentiam, & antonomasticè debetur Romano Pontifici, tamen aliquandò alijs quoque Pontificibus communicata reperitur.

Quid igitur causæ fuit, quod impulit Alexandrum, animumque eius commouere potuit, ut peteret ab Alexandrinis Presbyteris, ne Patriarcha Alexandrinus *Papam*, seu *Patrem Patrum* vocitarent; cum hoc nomine vel inferioris gradus Antistites vocitentur, & omnibus vbique terrarum, & gentium Ecclesiæ Præsulibus hæc nomenclatio probetur? Sanè nulla fuit causa, nec cuiusquam mentem id subiit unquam, si deliramenta Seldenæ interpretationis, & Sabinorum infomnia excipias.

At regeret forsan Aduersarius, id Alexandrum fecisse, quia nomen hoc, quæ *Patrem Patrum* denotat, nescio quid præ se fert elati, Superbi, atque arrogantis, adeoque aduersari videtur doctrinæ Christi Domini dicentis ad discipulos suos, Matth. 20.25. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestates exercent in eos. Non ita erit inter Vos: sed quicumque Voluerit inter Vos maior fieri, sit Vester minister: & qui Voluerit inter Vos primus esse, erit Vester seruus.*

Profectò, si eiusmodi admittenda esset ratio, ut re-
cta, & honesta, & eò verè Alexandri mens collimasset

debuerat potius , atque multo maiori iure petere à Presbyteris illis, ne Alexandrinus Episcopus Patriarcha , vel Archiepiscopus vocitaretur , cùm hæc nomina sonent principatum, cuius studium, & cupiditatem à discipulorum cordibus, & animis euellere Dominus & extirpare ijs intendebat verbis . Tamen Patriarchæ nomen in vtroque instrumento & frequens , & familiare est, ac in Ecclesia primæ dignitatis titulus, cui proximè Archiepiscopatus sequitur .

Hinc rectè , ac iurè concluditur, interpretationem illam Aduersarij, & quæ indè consequuntur , nulli niti fundamento, nisi meræ falsitatis, & libidini impugnandi quicquid Romani Pontificis maiestatem , & amplitudinem asserere videtur , nulla vel veritatis, vel ingenuitatis, vel probitatis ratione habita .

C A P V T V.

Refellitur rursus eadem Aduersarij Interpretatio, & sententia ex praxi, & continuato nomenclationis Papæ, vsu tam sub ipso Alexandro, quàm proximè post.

POrro praxis in contrarium , & continuatus huius nomenclationis, *Papa*, in Alexandrina Ecclesia vsus tam sub ipso Alexandro, qui Seldeno eius interdi-

interdictionis, seu inhibitionis auctor fuit, quàm proximè post, Seldenam interpretationem, & sententiam aperte falsitatis, & adulterationis conuincit. Nam qui, sodes, fieri potuit, vt iidem Presbyteri, quos paulò antè rogauerat Alexander, ne Patriarcham Alexandrinum *Papam* vocitarent, (vt Aduersarij exhibet falsa, & adulterina illa interpretatio) eum subindè *Papam* appellauerint? An non iniurij in illum extitissent ita ad ipsum suam Epistolam inscribentes: *Beato Papa Episcopo nostro Alexandro Presbyteri, & Diaconi in Domino salutem*, dùm paulò ante ab eis petiuerat, ne Patriarcham Alexandrinum *Papam* vocarent? aut quis facilè credet, Athanasium Alexandri discipulum, & successorem eo nomine vocitari passum fuisse contra Alexandri petitionem, & mentem, cùm in eum obsequentissimus, & obseruantissimus semper extitisset? Tamen identidem in ipsa ipsius Athanasij Apolog. 2. hac nomenclatione *Papa*, idem Athanasius decoratur, & ornatur. Siquidem Historia illius reuersionis è Tyro in Ægyptum in Apolog. 2. relata sic inscribitur: *Narratio quomodò è Tyro abierit in Ægyptum Papa Athanasius*. Ischyra item suam Epistolam ad Athanasium ibidem sic inscribit: *Beato Papæ Athanasio Ischyra in Domino salutem*. Et paulò post Epistolæ medium: *Quemadmodum & tu Beate Papa in media Ecclesia de solio tuo discipulis tuis subindè exposuisti*. Arsenius Episcopus Ciuitatis Hypselitarum

ET EIVSDEM PRIMATV. 15

rum ita Athanasio scribit Epistola in eadem Apolog.
 2. relata: *Athanasio Beatissimo Papæ Arsenius Episcopus
 Civitatis Hypselitarum, cui aliquandò præfuit Mele-
 tius Una cum Presbyteris, & Diaconis in Domino salu-
 tem. d.p. In ipsa Epistola verò: Et nos quoque dili-
 gentes pacem, & Unanimitatem cum Ecclesia Catholica,
 cui tu per Dei gratiam præfectus es, Volentesque Eccle-
 siastico Canoni pro Veteri instituto subijci, scribimus tibi
 Papa dilecte. Et propè calcem: Valere te exopto mul-
 tis temporibus Papa beatissime.*

Quinimò & ipse Alexander ab eodem Athana-
 sio, qui ei successor fuit proximus, dictus etiam est,
 ὁ Πάπας Ἀλέξανδρος, uti testis est locupletissimus idem.
 Seldenus Aduersarius pag. 140. num. 21. Qui ergo
 fieri potuit, ut idem petitionis, seu inhibitionis au-
 ctor, & proximus ei successor illo nomine vocitari
 æquo tulissent animo sine latæ legis, ut ita dicam,
 iniuria, & dissimulationis nota? Adde: & inofficio-
 sus extitisset in magistrum Athanasius, qui perofficio-
 sè, & peramanter semper illum coluit, semper vene-
 ratus. Palam igitur ex hoc quoque capite relinqui-
 tur, Seldenam interpretationem illam soli falsitatis, &
 adulterationis innixam esse fundamento.



CAPVT VI.

*De varijs opinionibus circa huius nominis ,
Papa, Originem , &
Notiones .*

HActenus cum laruis luctati sumus Seldeni adul-
terinam , falsamque interpretationem refellen-
tes cum ex linguę analogia, tum ex narrationis serie
& connexionem orationis , tum ex notione ipsius nomi-
nis , *Papa*, quam exhibet Eutyechius , tum demum
ex praxi in contrarium , & continuato eiusdem no-
menclationis vsu , tam sub ipso Alexandro Alexan-
drino , quàm post ; Nunc verò ratio postulat , vt de
varijs huius nominis agamus notionibus , vt quæ-
nam vera sit, germana , & subiecta illius notio , sub-
indè statuatur .

Plures huius nominis , *Papa* , enumerantur no-
tiones tam apud supra laudatum à me P. Theophy-
lum Raynaudum in Onomastico Pontificio verbo
Papa , quàm Ignatium Braccium lib 1. de Etymo-
logia nominis *Papa* , & *Pontificis* , & alios quam-
plures .

Sunt in primis , qui deducunt hoc nomen , *Papa* ;
à *pappo* carduorum flore in lanuginem abeunte , nec
diu durante ob breuem Pontificum Romanorum vitæ

perio-

periodum . Pro qua sententia citantur Petrus Damiani opusc. 23. & Corraſius lib. 5. Miscell. cap. 5.

2 Arbitrantur alij nomen, *Papa*, eſſe nomen complexum ex duplici, *Pa*, quod monosyllabum *patrem* apud antiquos Latinos denotabat, vt hiſce verbis Sextus Pompeius Feſtus lib. 14. *De Verborum Veterum ſignificatione*, ſcriptum reliquit: *Pa*, pro *patre*, *Po*, pro *populo ſcriptum eſt in ſaliari carmine*. Item dicebant, vt notat Braccius cap. 7. libri primi, *Cel*, pro *Cælum*, *Do*, pro *Dominus*, *Min*, pro *Minium*, *Tau*, pro *Taurus*, *Gau*, pro *Gaudium*, & eiufmodi. Qua ratione, *Papa*, idem ſonat, ac *Pater patrum*.

3 Quidam deriuant hoc nomen ab interiectione admirantis *Papa!* quaſi denominaretur admirabilis. Eſt Silueſtrii in Summa V. *Papa*, dicentis: *Papa dictus eſt quaſi admirabilis, à Papa! interiectione admirantis; eò quod Vicarius ſit Chriſti, & Dei, cuius eſt terra, & plenitudo eius*. Item Ambroſij Nouidij lib. 2. Sacrorum Faſtorum ſcribentis:

Clanibus acceptis aperire, & reddere Cælum,

Antiochi clara ſas priùs Urbe fuit.

Mira dabat populo, premitur cum carcere nauta;

Facta gemunt fratres, inſtituuntque preces.

Soluitur, & collo populi defertur in ora;

Admirantur; habet nomina Graia Pater.

Eandem ſequitur opinionem Franciſcus Petrarca lib. 2. de vita ſolitaria cap. 18. ſectionis tertiæ agens
 h de

de Cælestino, qui Papatui renunciauerat, & iterùm ad vitam solitariam se receperat: *Reliquerunt, inquit, alij nauiculas suas, ac retia, alij possessiunculas, alij teloneum, alij etiam regna, vel regnorum spem, secuti que Christum Dominum facti sunt Apostoli, facti sunt Sancti, & amici Dei. Papatum Verò, quo nihil est altius, rem tam exoptatam, tamque mirabilem, ut ab admiratione, ac stupore dictum ferant; quis ulla etate, præsertim ex quo tanto in pretio esse cæpit, tam mirabili, & excelsò animo contempserit, quàm Celestinus iste? Eisdem subscribunt opinioni Hieronymus Vida Hymno de Cathedra S. Petri, Nicolaus Eymericus Tract. de potestate Papæ quæst. 2. & 3. Gabriel lect. 23. in Can. Duardus lib. 1. in Bullam Cœnæ cap. 4. quæst. 7. F. Juniperus à Drepano disp. 1. pro Iuris Pontif. defens. quæst. 1. cap. 4. à num. 11. & multi alij apud illum.*

4 Nonnulli germanam notionem vocis, *Papa*; ut ex Eustathio refert Henricus Stephanus V. Πάπας, duci existimant ex antiquo, & Græcorum, & Latino- rum vsu, quo paruuli, veluti naturali voce (ut disse- rit Ioannes Goropius Becanus in Gotodanicis) ab- blandièdo patri vocant *Pappam*, quæ est vox *postu- lantis sibi dari pulciculam*, ut idem ait, & à pueris au- ditur priùs multò, quàm à quopiam sint edocti: atque indè naturalem habet, non voluntariam originem, cum Ubique gentium ex ore infantium audiat. Subindè ratio-

rationem, cur id nomen accommodatum est, ad significandum *patrem*, ita idem Auctor reddit: *Verum quia patrum est officium, pueris ab lactatis alimenta labore suo comparare; prisco primorum hominum Usu receptum est, Ut patres ita compellare infantes docerentur; quasi, dicerent, tuum est, Ut nos deinde alas, atque necessarijs ad vitam rebus tantisper sustentem, dum ipsi nobis poterimus providere. Papa itaque; & pulvis est nomenclatura, & eius, cuius est pulvem suppeditare. Proinde verbum pappare, apud Latinos significat comedere, more infantium, in quo sensu Plautus in Epidico: *No- no Liberto opus est, quod pappet.* Et Persius Flaccus Satyra 3.*

*Et similis regum pueris pappare minutum
poscis.*

Aristofanes Comicus initio Comœdiæ inscriptæ *Eiqlon*, seu *pax*, Trigæum sic filias alloquentem inducit: *Ἦνικ' αὖ αἰπζητ' ἄρτων, Παπαί μο κελούσαι.* Id est: *Quando queritis Panem, papam me Vocantes.*

Itaque ex voce *Pappa*, quæ *pulticulam puerorum* significas, per translationem *patrem*, huius sententiæ Auctores nomen *Papa*, deriuatum esse volunt. Ex quo inquit P. Theophilus: *Minuscula enim etas haud aliter patrem compellat, quàm Vocando Mon Papà;* Intellige apud Gallos.

Tandemque ab omnibus huius sententiæ assertoribus offertur hoc Iuuenalis testimonium Satyræ 6.

Timidus prægustet pocula pappas.

& hoc Aufonij ad Nepotem:

Pappos auiaſque trementes

Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes.

Locus Iuuenalis ab omnibus accipitur pro *patre*; ſi Britannicum excipias, qui *pappas*, accipit pro accuſatio plurali à ſingulari *pappa*; ſed malè, vt notat Theophilus Raynaudus, & alij. Locus verò Aufonij communiter intelligitur pro *Auo*; quamquàm Cardinalis Baronius in annotationibus ad Martyrologium Romanum ſub die X. Ianuarij aliter cenſeat ita ſcribens: *Germana eſt eius interpretatio, vt à Græca Voce Πάππας, id eſt pater, deſcendat. Licet alij deducant à Πάππος, id eſt Auus. At Verò in prima ſignificatione accipi conſueuiſſe vidimus: Eoque ſenſu accepta (vt ſcribit Vualfridus Strabo de rebus Eccleſ. cap. 7.) tranſijt in dignitatis nomen, vt Clerici Venerandi eodem nomine appellarentur.*

5 Quidam nomen, *Papa*, deriuant à priſco Idiomate apud Italos, ſiue id aliundè obrepiſit, ſiue ab Oſcis manauit, quod ſignificat *directorem*, aut *custodem*. In hanc ſententiam inclinare videtur P. Theophilus Raynaudus in Onomaſtico Pontificio ver. *Papa*; quam confirmat primo loco teſtimonio impoſtoris Adelberti in Epistoſa, quam è Cælo delapſam fingebat, vbi ſic habet præter cætera: *Duodecim Papati, qui ſunt in Romana Ciuitate triduanas fecere Vigiliã.*

Ita

Ita refertur, inquit, in Concilio Romano sub Zacharia contra planum illum celebrato. Papatos autem, ibi significare aut præfectos morum, vel moderatores, & pædagogos, habetur ex Actis SS. Viti, atque Modesti. Citat prætereà pro hac sententia Petrum Damiani Opus. 23. cap. 4. aientem: *Nonne protinus ille deposcet, & reassignare depositum, & Papatis (loquitur de pedagogo filij regis in furorem verso) abijcere famulatum?* Item Opusc. 57. Dissert. 1. cap. 4. *Puer in medio, sine Papate vel gerula cæpit.* Aliud adducit testimonium ex Actis breuiatis S. Cypriani antiquitus conscriptis, & exhibitis à Surio 13. Septembris, vbi Galerius Maximus Proconsul sic refertur allocutus S. Cyprianum: *Tu Papam te, Sacrilega mentis hominibus præbuisisti.* Idem firmat auctoritate Epist. 60. lib. 3. apud Innocentium III. vbi Archiepiscopus Corinthi exostulat sibi circumuento ablatam esse medietatem Decimarum omnium Monasteriorum, & Papatum in quibus tres Monachi, vel pauciores morantur. *Vbi Papatus,* subdit P. Raynaudus, *apertè sumitur pro Rectoria, ut vocant, in qua pauci Monachi sub Uno Papa, siue Rectore, vitam exigunt, longè minores numero, quàm in Abbatia, aut Prioratu.* Ex quibus omnibus infert: *Est ergo Papas, Custos.*

6 Idem mox à me laudatus Auctor existimat, non ineptam rationem denominandi Romanum Pontificem *Papam*, erui posse ex Polluce, apud quem
Pap-

Pappus, idem est, quod præcipuus inter seruos. Sic enim ille habet: Ο μὲν πάππῳ, μόνῳ τῷ δευτέρῳ τῶν πόλιθ, ἔδῃλοι ἀπελεύθεσον. Ad differentiam μίση & τετλήθ. *Erat enim hic seruus, inquit, inter seruos Dominus. Quia enim erat ceteris seruis in herili domo antiquior, & eius fidelitas magis erat probata, præponebatur omnibus famulis. Abraham, eiusmodi famulum habuit Genes. 24. Vbi legitur: Dixitque Abraham ad seruum seniore[m] Domus sue, qui præerat omnibus, quæ habebat,*

7 Quidam etiam arbitrantur; nomen hoc *Papa*, complexum esse ex primis syllabis nominum Pauli, & Petri. Antiquitus enim, vt affirmat Liuius Sanutus lib. 10. primæ par. Geographiæ, & ex eo Ignatius Braccius lib. 1. c. 10. pro *Decretum Pauli & Petri*, scribebatur *Decretum Pa. pe*. Ex hisce autem duabus syllabis coaluisse postea hanc dictionem *Pape*, Dein *Papa*, volunt.

8 Ignatius Braccius lib. 1. de Etymologia nominis *Papæ*, cap. 12. fieri posse existimat, nomen *Papa*, suam duxisse originem à primis syllabis harum duarum vocum, *Pater Patriæ*; vel, vt eodem lib. cap. 13. scribit, ex primis syllabis harum duarum, *Pater Patrus*.

9 Nonnulli nomen, *Papa*, à *papilla*, quæ est mammæ capitulum, vndè lac fugitur, accersunt, vti perhibet idem Braccius lib. 1. cap. 6.

10. Tandem sunt, qui existimant nomen hoc formatum esse ex sono, quem Patres edunt suos exosculantes filios, simillimum syllabæ *Pa*.

Hæ sunt Occidentalium opiniones circa nominis huius, *Papa*, notiones; quænam autem sit Orientalium, infra dicemus.

C A P V T V I I.

Refelluntur superiores opiniones de nominis, Papa, notionibus.

PRima sententia, quæ nomen, *Papa*, deriuat à *Pappo* Carduorum flore in lanuginem abeunte, nec diu durante, sua euanescit leuitate. Comparatio autem ipsa caducitatis huius floris cum Romanorum Pontificum breui vitæ periodo, ipsum sententiæ destruit argumentum. Commune quippè antiquitùs erat nomen hoc omnibus Episcopis, ac proindè ad ipforum vitæ periodum ea ratio nullo modo reuocari potest, saltem quamplurium, qui longissimam egerunt vitam. Præterea breuis eiusmodi vitæ Romanorum Pontificum periodus longè post obseruari cœpit, ac serò. Quis enim obseruauit vnquam breuitatem hanc, & vitæ compendium, dum Romani Pontifices non statuta semel omnibus dies claudebant suos; sed Martyrij laureola per aliqua sæcula coronabantur

tur? Leuis igitur ratio in re tanti ponderis, & grauitatis.

Secundam sententiam, notionem quod attinet, veram esse existimamus, vti postea probare conabimur: at deriuationem quod spectat, triuolam, ac futilem. Nam si exactis iam regibus veterem Latinam linguam vix sub Consulibus antiquitatis peritissimi intelligebant, quemadmodum Polybius Scriptor antiquissimus lib. 3. testatur; qui fieri potuit, vt multò recentioribus seculis sub Romanis Pontificibus, & ferò quidem obsoleta illa vocabula, & vix peritissimis antiquitatis nota, postliminio redierint? *Tanta enim, inquit Polybius loco citato, facta est mutatio Romanæ lingue ab ea tempestate in hodiernum; vt etiam qui antiquitatis peritissimi sunt, pleraque non nisi difficulter intelligebant.* Idem innuit Horatius lib. 2. Epist. 1. de Carmine Saliari, quod à Salijs Sacerdotibus canebatur, ita scribens:

*Iam saliare Numæ carmen qui laudat, & illud,
Quod mecum ignorat, solus vult scire fateri:
Ingenijs non ille fauet, plauditque sepultis:
Nostra sed impugnat.*

Quasi verò non habebant qui primi nomen hoc Romanis indiderunt Pontificibus sui æui (quo tempore lingua Latina omnibus numeris absoluta erat, & florentem, ac optimam nacta atatem) vocabulum aliquod idem sonans, eiusdemque notionis, vt
repue-

repuerascere , ac balbutire *pa. pa. pa.* cum lingua Latinæ pueris cogerentur.

Tertia, quæ nomen , *Papa*, ab interiectione admirantis deducit , non sine admiratione excipi posse videtur . Noua, mea sententia, est hæc opinio . Nemo ex antiquis scriptoribus adstipulatur illi . Affinitas vocabuli , & præsens Romanorum Pontificum amplitudo , & Maiestas in hanc induxit sententiam , ne dicam , eius decepit auctores . Si autem in Romanos Pontifices bellè cadit ob rationes ab illius propugnatoribus allatas, de alijs inferioribus dignitatis Antistitibus , quibus diu hoc nomen commune fuit, quid asserendum erit? Quid prætereà , si alijs tributum fuerit hoc nomen , antequàm Romanis Pontificibus ascitum ? quod quidem oppidò probabile est , vt infra suo loco videbimus .

Quarta friuola , & puerilis quodammodò videtur . Quid , quæso , commune habet nomen , *Papa*, cum puerorum *pappa*? Si enim deriuandum est hoc nomen à *pappa* , & *pappare* , nimirum cibo , & *cibari* , vt isti aiunt , id potiùs matri esset tribuendum , quàm patri ; quia matris officium est in ea ætate cibum præbere pueris , quàm patris . Et si alicubi vocant pueri patrem *mon pappà* , id fanè non deriuatur à *pappa* , nempè pulmento , vt infra videbimus ; quemadmodùm nec nomen *Mamma* , quo matrem appellant , deriuatur à *Mamma* , nempè vberibus , quæ sunt re-

ceptacula puerorum cibi, nempe lactis & potus. Alia ergo est huius nomenclaturæ ratio, & aliunde petenda, quàm à puerorum *pappa*, *Vel pappare*. Hinc, & iure, meo iudicio, Ianus Parrasius in quadam Epistola, quæ habetur in Thesauro Critico, scribit: *In Papa, ridiculum est puerorum cibum intelligere*. De voce autem *Papa*, quæ significat *Patrem*, capite sequenti fusiùs dicemus.

Quinta sententia benè quidem caderet in Romanum Pontificem, notionem quod attinet, si vocabuli derivatio illa solidius aliquod haberet fundamentum. Sed quid obstat, quin *Papas*, locis citatis per accommodationem significet Custodem, vel Directorem? Et quid, quin *Papatus*, ibidem denotet Abbatiam, in qua pauci Monachi sub vno Abbate, seu patre vitam exigunt? Vulgatissimum quippè est animorum directores, & puerorum magistros, & pædagogos, passim apud omnes gentes appellari patres. In quibusdam verò Abbatijs non solum pauci degunt Monachi, sed multò etiam aliquandò pauciores, quàm in quibusdam Rectorijs.

Sexta opinio egregiè & doctissimè tractatur, & explicatur à P. Theophilo, in eamque initio inclinare videtur, multis adductis in ea probanda, & asserenda Patrum auctoritatibus, & testimonijs, ad calcem tamen sic concludit: *Quominùs tamen hinc petitur credam nomen Papæ, obstat, quod olim omnes Episcopi dona-*

donabantur Papæ nomine; cum tamen servus ille senior toti familiae Christi prepositus, sit solus Romanus Pontifex. Hæc & alia à Varijs in hanc rem excogitata, proferri in hanc rem non in verisimiliter possunt, nec dum; sæpenim explent animum.

Septima, quæ nomen *Papa*, derivat ex compendio expressa adscriptione antiqua in Pontificijs decretis *Pa., Re.*, hoc est Paulus, Petrus, nullo modo subsistere potest, cum quia nusquam, & nunquam in Pontificijs decretis, & diplomatibus nomen Pauli præponitur nomini Petri, ut opinionis huius supponunt auctores; tum quia nomen, *Papa*, commune antiquitus erat omnibus Episcopis, in quos notio hæc nullo modo cadere potest. Ex quo liquidum fit, plures huius nominis tractatores deceptos fuisse sua tantummodò respicientes tempora, & ac si nomen, *Papa*, soli Romano Pontifici semper tributum fuisset.

Octava iisdem refellitur rationibus, & argumentis; ac septima. Siquidem hæc nomina, *Pater patrie*, & *Pater Patratus*, nullo modo in alios cadere possunt Episcopos, qui nomine, *Papa*, olim donabantur, illisq; id cum Romano Pontifice commune erat.

Nona friuola omninò videtur, ac inutilis. Quid enim commune habet nomen, *Papa*, cum *papilla*? Conceduntne Grammatici hæc formationem? Ego sanè nescio an hinc commode deduci possit. Præter-

reâ alia est ratio capitis, alia papillæ. Equidem puto, si anc, & similes alias opiniones ex eo oriri, quòd cùm nesciatur vera, & germana nominis huius deriuatio, vnusquisque eam deducere studet ex obuia quaque dictione, quæ cum nomine, *Papæ*, similitudinem habet aliquam, quicquid illa significet. Nam sensum, quod spectat, eum accommodant ad ea, quæ dicunt, aut intendunt. Ita sanè vt si auris, vel nasus, vel os, vel brachium, aut manus, pes, vel etiam arbor aliqua, vel herba, vel flos, vel lapis, vel gemma consimilem nomini, *Papæ*, haberet denominationem, non defuisset, qui indè hoc deriuasset nomen, additis deriuationibus, rationibus, & argumentis vnâ cum Commentarijs. Proindè est, qui illud accerfet à Carduorum flore, & qui à *pappa* puero- rum, nempè pulmento, & qui à *papilla*, & qui à sono- ris, quem patres edere putantur, cùm suos exoscu- lantur natos, & quid non.

Decima opinio, quæ nomen, *Papæ*, deriuat à sono, quem pater suos exosculans natos edit, omnium sanè ineptissima mihi videtur. Etenim iisdem huius ge- neris soni diuersimodè à diuersis concipiuntur, vt acci- dere videmus, exempli gratia, in campanarum sono, qui vni est *ta*, alteri *ba*, *fa*, *sa*, *da*, *la* & eiusmodi. Imò eidem alius, & alius est per diuersa temporis in- stantia, & momenta. Quod quidem euidentissimè probatur, & euincitur ex iisdem sententiæ huius au-
ctori-

storibus, qui ex magno Etymologista volunt nomen hoc Latinum, *Filius*, deriuatum esse ex hoc nomine Græco, Φιλο, idest *Carus, Gratus*, & id ἀπό τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ φιλοῦν ἵχου. idest *Ab ea voce, quam quis edit alium exosculans*. Concluditur itaque alium, atq; alium concipi à diuersis sonum illum, qui editur ex ore exosculantis filium, nempè alium vt *pa*, alium vt *fa*, & multis forsan vt *da, sa*, & eiusmodi. Quamobrem nihil certum ex allatis sententijs statui potest in hac quæstione. Hinc P. Theophilus Raynaudus, postquam suam retulit opinionem in Onomastico Pontificio V. *Papa*, sic tandem subdidit: *Itaque hæreo in Vocis notatione, & subiecta ei notione, quam proposui.*

C A P V T V I I I.

Eutychiej Patriarchæ Alexandrini Narratio de Origine Nominis, Papa, eiusque notione, & qua occasione, & quando Alexandrinis Patriarchis omnium primùm impositum fuit.

E Vtychius Patriarcha Alexandrinus, cuius testimonio, & auctoritate non semel abusus est Aduersarius, Originem, notionem, occasionem, & quandò nomen hoc, *Papa*, Alexandrinis Patriarchis omni-

omnium primùm impositum fuit, sic in sua Eccle-

fiallica narrat historia: وأما سؤالهم لم يسمي

بطريك الاسكندرية بابا فمعنى البابا جد . فان

منذ حنايا الذي اصله مرقس البشير بطريك

الاسكندرية الى وقت ديمتريوس بطريك الاسكندرية

وهو الحادي عشر بطريكا كان على الاسكندرية

لم يكن في عمل مصر اسقف ولم تكن البطاركة

الذين قبله اصلوا اسقفا . فلما صار ديمتريوس

بطريكا اصلح ثلثة اساقفه وهـ واول بطريك

بالاسكندرية عمل الاساقفه . فلما مات صير بعده

هرقل بطريك على الاسكندرية فاصلح عشرون

اسقفا فواحد من هولاء الاساقفه اسمه اومانيوس

خالف الشريعة واتصل بخبرة بهرقل البطريك فجمع

هرقل البطريك جماعه من الاساقفه وصار الى

مدينة اومانيوس فكشف عن حاله ونظر في امرة

ورده الى الحق فسمعت العامة الاساقفه وهم يسمون

البطريك ابا فقالوا في نفسهم انا كنا نحن

نسمى الاسقف ابا والاسقف يسمى البطريك ابا

فيجب علينا نحن ان نسمى البطريك بابا اي

جدا اذ كان اب الابا . فسمى بطريك

الاسكندرية من ايام هرقل بابا اي الجسد .

Id est: Si qui Verò percunctari fuerint, cur Patriarcha Alexandrinus, Papa, Vocatur? Papa autem Auum significat. Hoc quidem ideò, quia à tempore Hananiae, quem Marcus Evangelista Patriarcham constituit Alexandria usq; ad tempora Demetrii Patriarcha Alexandria, qui fuit Undecimus Patriarcha Alexandrinus, nullus erat in provincia Aegypti Episcopus; nec Patriarcha, qui ante illum erant, constituerant (ibi) Episcopum Vllum. Factus autem Demetrius Patriarcha tres creavit Episcopos; & is est primus Patriarcha, qui in Alexandria fecit Episcopos. Eo autem defuncto, successit ei post illum Heraclas Patriarcha Alexandria, qui Viginti creavit Episcopos. Vnus Verò ex his Episcopis nomine Eumenius in Legem prauaricatus est. Cuius quidem fama cum ad Heraclam delata esset, congregavit Heraclas Patriarcha Synodum Episcoporum, & ad Urbem Eumenij perrexit, eiusque statu satis cognito, atque perspecto negotio, illum ad Veritatem reduxit. Plebs Verò audiens Episcopos appellantes Patriarcham, Aba; patrem, dixit apud se: Si nos Episcopum appellamus, Aba, patrem, & Episcopus appellat Patriarcham, Aba patrem, oportet, Ut nos Patriarcham appellemus Baba, seu Papa, id est Auum, cum sit Pater Patrum. Itaque à tempore Heraclae Alexandrinus Patriarcha, Baba, seu Papa id est Auus dictus fuit.

Hac Eutychius Patriarcha Alexandrinus de Origine, & notione nominis, Papa, nec non de tempore,

٧٥ . DE ORIG. NOM. PAPÆ,
occasione, loco, & personis, quibus, & à quibus, im-
positum fuit.

C A P V T I X .

*Eutychij narrationi de Origine Nominis, Papæ,
apud Aegyptios aliorum Scriptorum Ale-
xandrinorum accedunt testimonia.*

EVtychianæ narrationi, quam superiori capite
retulimus de illa Origine Nominis, *Papæ*,
apud Aegyptios, bini adhuc adstipulantur Alexan-
drini Scriptores, Christianus vnus, alter Mahome-
tanus.

Horum primus est Georgius Homaidius, qui
par. 1. sui Chronici in Nerone rem sic narrat.

وبعدة صيار هرقل بطريكاً على الاسكندرية
وهرقل صير اساقفه فقط كثيراً على بلاد مصر
فصار الاساقفه يسمون البطريرك اب والقسموس
والشعب يسمون الاسقف اب واجروا النسطه الى
ان سمووا بابا بطريك الاسكندرية وقالوا هذا
الاب اب الابا وظهر هذا الاسم من ذلك الزمان

Id est: *Et successus est post illum (Demetrium) Heraclas
in Patriarcham Alexandrinum, qui Heraclas plures consti-
tuit Episcopos Aegyptios in provincia Aegypti; ceperuntq;
Episco-*

Episcopi appellare Patriarcham, Aba, patrem, & Presbyteri, ac populus Episcopum nuncupare, Aba, patrem. Eoque adducti sunt pietatis studio, Ut Patriarcham Alexandrinum Babam, seu Papam apellauerint, dicentes: Hic Pater est Pater Patrum. Et innotuit ex eo tempore id nomen.

Alter est Abubacrus Habbasides, qui par. 2. suæ Apologiæ contra Christianos; sic rem ex Christianorum Aegypti, vbi scribebat; vulgatissimis Scitis

narrat: *وان القسوس والعامه لما سمعت اساقفتهم يسمون البطريرك ابا قالوا في انفسهم اذا كنا نحن نسمي الاسقف ابا والاسقف يسمي البطريرك ابا فيجب علينا ان نسمي البطريرك ابا اي البس اذا كان ابا لا يوزن ابا*

Idest: Presbyteri autem, & populus audientes Episcopos appellantes Patriarcham Aba; patrem, dixerunt apud se: si nos appellamus Episcopum, Aba; patrem, & Episcopus appellat Patriarcham, Aba, patrem, consentaneum erit, Ut Patriarcham nos appellemus Babam, seu Papam, idest Auum, cum sit Pater Patri nostro.

Hic itaque animo ad sis, & mente; Seldene, videbisque ex laudatis mox auctoribus, huic nomini esse sua origine, & notione nihil inesse exosi, aut tumidi; quod Alexandro præbuisset occasionem, vt peteret à Presbyteris illis Alexandrinis, ne Patriarcha Alexan-

drius *Papa* vocitaretur, quemadmodum tibi verba Eutythij interpretari, forte ex concepto odio, quod cum lacte ex Calvinisticis suxisti vberibus, visum est.

C A P V T X.

*Quenam sententia de Origine, & nominis
Papæ notione tamquam probabilior
statuenda sit?*

Capite 6. huius partis decem sententias, & opinioniones de nominis *Papæ* Origine, & notione retulimus, illasque omnes cap. 7. refellimus, & impugnavimus tamquam nulli solido innixas fundamento. Capite verò 8. Eutythij hac de re in medium attulimus opinionem, quam capite 9. aliorum Orientalium roboravimus, atque confirmavimus auctoritatibus, ac testimonijs. Nunc restat, ut videamus, utrum hæc opinio Eutythij, aliorumque Orientalium tamquam verior, ac probabilior sit statuenda.

Dicimus itaque hanc Eutythij, & Orientalium aliorum sententiam de Origine Nominis *Papæ*, tamquam probabiliorem statuendam esse, & id, quia omnibus probabilitatis innititur principijs. Principia autem, & rationes probabilitatis sunt *locus*, ubi nomenclatio *Papæ* originem habuit, qui est *Agyptus*, *tempus*, nempe sub Heracla 12. Alexandrino Patriar.

ET EIVSDEM PRIMATV. 73

Patriarcha circa An. Dom. 222. imperante ex eodem Eutychio Alexandro Severo. *Auctores*, & *parentes*, idest populus, seu Aegyptiaca plebs, quæ id nomen Patriarchæ imposuit. *Occasio*, & *ratio*, quæ plebem illam induxit ad id nomen imponendum Patriarchis, nempe Synodus Episcoporum appellantium Patriarcham *Patrem*, unde intulit plebs illa: Ergo Patriarcha *Pater patrum*, seu *Auus* nobis nuncupandus est, quia est Pater Episcoporum, qui patres sunt nostri.

Quæ omnes sanè circumstantiæ satis superq; esse videntur ad sententiam hanc cæteris probabiliorem reddendam; easque tamquam obscuras, ignobiles, & spurias quodammodo habendas, cum nec parentes agnoscant, nec Auctores, nec natalium locum, neq; tempus, neq; impositionis, a ut originis occasionem, aut verisimilem rationem, aut demum notionem nomenclationis. Quamobrem ratione ad hanc habitas futiles esse videntur, cum *rationes*, quæ non deducuntur ex proprijs principijs inanes sint, ut docet Philosophus 2. de gen. Anim. cap. 6. & 1. de Anim. cap. 11. Igitur omnium probabilissima habenda, & existimanda est hæc Orientalium opinio, ut quæ ex proprijs deducitur principijs. Iure igitur concludit P. Raymondus in suo Onomastico Pontificio, postquam varias attulit sententias: *Itaque hæreo in Vocis notatione, & subiecta ei notione, quam proposui.* Aliorum non placent ipsi sententiæ, in suæ notatione hæret.

Contra hanc tamen sententiam Orientalium facere videtur Epistola S. Ignatij ad Mariam Zarbensem, in qua S. Anacletum titulo *Papa* multò ante Heraclei tempora decorat. Verùm quantæ auctoritatis sit Epistola illa, & an sit ipsius Ignatij, nunc non disputo, sed doctorum Virorum, & antiquitatis peritorum relinquo iudicio; & diligentiori inquisitioni.

Notionem deinde quod attinet, omnes grauiorres Auctores conuenire videntur, hoc nomen, *Papa*, significare *Patrem Patrum*; Sed notio hæc à nulla sententia melius, aut commodius deduci potest, quàm ab hac sententia Orientalium; ergo tamquam omnium probabilissima habenda, & statuenda est. Ratio probabilitatis ex circumstantijs supra allatis ducenda est; nec non ex ipsa vocabuli certitudine, qua alia omnia carent.

Verùm contra hanc notionem occurrit obiectio Celsi Mancini lib. 3. de iuribus Principatumum cap. 5. quam refert doctissimus P. Theophilus Raynaudus in Onomastico Pontificio verbo *Papa*, vbi *Ad hæc*, inquit, *ea natio vocis Papa, ut sic dictus, quasi Pater Patrum, agrè potest subsistere, & monstrari solida; tum quia, ut argumentatur Celsus Mancinus lib. 3. de Iuribus principatumum cap. 5. plerisque locis, ac nominatim in Synodali Epistola Episcoporum Epiri ad Hormisdam, idem simul & Pater Patrum, & Papa appellatur, quod absque labe battologia non fieret, si Papa idem esset quod Pater Patrum.*

Huius obiectionis tota vis, pondus, & momentum consistit, vti videtur, in ea auctoritate Epistolæ Synodalis Episcoporum Epiri ad Hormisdam, in qua & *Papa*, & *Pater Patrum* appellatur, quod absq; labe battologiæ dici non potest, arbitratur Celsus Mancinus, & qui ei suffragantur. Sed mea sententia hæc obiectio straminea est, ac nullius prorsus momenti. Nam fieri potest, & quidem probabiliter, quod Episcopi illi Epiri nesciuerint, nomen *Papa*, significare *Patrem Patrum*. Nec est mirandum, quia etiamnum post tot elapsa sæcula, ac post infinitas rerum Ecclesiasticarum diligentissimas indagaciones, inuestigationes, ac dilucidationes permulti sunt ferè Episcopi, qui id (absit tamen iniuria) penitus ignorant, quemadmodum & plura alia id genus Ecclesiastica vocabula.

Præterea *Papa* hæc nomenclatio nequaquam spectatur, aut spectanda est iuxta propriam notionem, aut significationem, sed qua nomen dignitatis est, & officij, vti plura alia Ecclesiastica vocabula. Quo quidem animaduerso, nullam ibi cubare battologiam comperies. Idem obseruandum est in similibus alijs nominibus. dicimus enim *Pater Abbas*, quod si attendendum esset secundum ipsam notionem, idem esset, ac *Pater Pater*; similiter *Presbyter senior*, idem esset, ac *senior senior*, & eiusmodi, tamen hoc sine vlla battologiæ labe, aut vitio.

Item

Item nomen hoc *Episcopus*, quid aliud significat, quam *speculatorem*, seu *inspectorem*, nihilominus in Epistola Pamphyli Episcopi Abydorum ad Petrum Fullonem legitur: *Inspector*, & *Episcopus omnium*. Raynaudus in Onomastico. Et id quidem, quia ea nomina tunc spectantur, non quæ eam habent notionem, & significationem, sed quæ sunt nomina dignitatis, & officij. Iuxta quam autem rationem iure, ac ritè Episcopi Epiri Hormisdam, & *Papam*, & *Patrem Patrum* appellarunt absque vlla bartologia labe, quia ipsam spectarunt dignitatem, & officium, non notionem. Haud rectè igitur arguit inde Celsus Mancinus, & qui ab eius partibus sunt.

Obiectionem prosequitur, & corroborat hæc alia ratione P. Theophilus Raynaudus loco supra citato: *Tum etiam quia olim omnibus Clericis, posteaque omnibus saltem Episcopis commune fuit nomen Papæ, tam si nota dicerentur Patres Patrum, demptis perpaucis insignis nota Presulibus, de quo postea.*

Hæc obiectio duplex est. Primùm enim respicit Clericos minores, deinde verò Episcopos. Ad Clericos minores quod spectat, dicimus, hos nunquam apud Patres, aut grauiores auctores *Papæ* nomine decoratos fuisse, & si quid eiusmodi legitur, id abusive intelligendum, accipiendumque esse, cum minores aliquando maiorum titulos vsurpasse deprehensum fuerit. Ex quo assertio walfridi lib. de rebus Eccles.

cap. 7. scribentis nomen *Papa* sonare olim dignitatem omnibus venerandis Clericis communem, parui habenda est, atque futilis censenda, cum id neque in Conciliorum Actis, aut Canonibus, neque in Patrum legatur Scriptis, neque solido alicui innitatur fundamento, sed gratis assertum. Pari ratione abusive intelligenda est Isaaci Comneni Bulla aurea, in qua simplex Lector *Papa* vocatur. An singulare hoc, & vnicum exemplum? An Constantinopolitanus œcumenici, siue vniuersalis tituli ad nimiam non incubuit ambitionem? quid dicendum est de Babylonico Episcopo, qui se Catholicum, & vniuersalem inscribit? nempè Patriarcha *ܩܘܪܕܝܢܘܨ ܩܘܪܕܝܢܘܨ*;

Totius Orbis habitabilis, vt passim hisce verbis apud auctores Gentis huius legitur. Nonne idem etiam, & eodem contendit Armenus? Nonne hætenus in toto ferè Oriente Diaconi titulus honoris gratia tribuitur ijs, qui vel prima tonsura, vel aliquo minorum Ordinum sunt decorati?

Præterea hæc eadem obiectio militat quoque contra omnes alias sententias. Qua enim ratione aptari potest nomen *Papa* Clericis minoribus, vel deducatur à *pappo* Carduorum flore; vel sit complexum ex duplici *Pa*; vel ex interiectione *Papa* deriuatur; vel ex prisco nomine *Papatus*; vel ex *pappo*, quod *præcipuum inter seruos* designat; vel ex verbo infantili

pappare, aut, *pappa*, & id genus alijs? Abusiue ergo intelligenda est, si qua occurrit eiusmodi loquutio apud aliquos Auctores.

Quod verò *postea* omnibus saltem Episcopis tributum fuerit nomen *Papæ*, valde improbabile est. Nam quis facile credet, nomen hoc inditum prius fuisse minoribus Clericis, *postea* verò Episcopis? nisi tamen velit eius auctor particula illa *postea* denotare, id nomen relictum *prius* à minoribus, & retentum *postea* à maioribus, quemadmodum nomen Episcopi relictum à Presbyteris, & retentum ab Episcopis, & *Papæ* nomen dimissum ab Episcopis, & retentum ab Romanis Pontificibus.

Ad secundam obiectionis partem respondeo: hoc nomen non solum tributum fuit omnibus Episcopis olim, sed & *Patres Patrum* eadem notione dicebantur, quia *Patres* generant, vti docet D. Epiphanius Hæref. 75, ita scribens: *Ordo Verò Episcoporum est ad gignendum patres, gignit enim patres Ecclesia. Ordo Verò Presbyterorum patres non potest generare, per lotionem Verò regenerationis filios generat Ecclesia, non patres.*

Omnes ergo Episcopi ex mente D. Epiphaniij dici possunt ex æquo *Patres Patrum*, quia ordinandi sunt præditi potestate, quia ordinando Presbyteros generant patres: igitur sunt *Patres Patrum*. Ex quo non maiori iure appellatus fuit Gregorius Nyssenus in II.

Nicæno Concilio Sess. 6. *Pater Patrum*, aut Chryso-
 stomus à Theodosio apud Nicephorum lib. 1.4. c. 43.
 aut Ioannes Alexandrinus in libello supplice Cosme,
 vt retulit Anastasius in eiusdem Ioannis historia c. 13.
 aut alij insignioris notæ Episcopi, quàm illi, qui in-
 firmæ sunt notæ. Id autem ideò factum esse, pro cer-
 to habendum est, & credendum, quia illi alij nullum
 nacti sunt Scriptorem, qui eorum scriberet gesta, vel
 nulla se obtulit occasio Scriptoribus, aut ipsis in men-
 tem id venit. Alioquin qua maiori ratione Magneri-
 cum Episcopum *Patrem Patrum* compellat Fortuna-
 tus, aut Sydonius lib. 6. Epist. 1. S. Lupum Trecent-
 sem Episcopum, quàm viros illos magnos Augusti-
 num, Ambrosium, Cyrillum Alexandrinum, Atha-
 nasium, & alios sexcentos, quamuis ea nomencla-
 tione non minùs digni sunt, quàm Chryso-stomus
 Gregorius Nyssenus, Ioannes Alexandrinus, & qui-
 cunque alij.

Porro idem obiectionis auctor asserit, nomen
Papa, commune olim quoque fuisse omnibus Episco-
 pis; tamen perpauci eo titulo decorati sunt; at non
 sequitur pròinde à pari ex eiusdem sententia, ergo
 hoc nomen non fuit commune, quia perpauci, &
 ij insignioris notæ Præfules eo cohonestati sunt. Ra-
 tio eadem, quæ suprà, militat, quia nimirum nulla
 se obtulit occasio Scriptoribus. Alioqui cur potiùs
 S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, eum Pal-
 lium.

lium ab Urbano II. Pontifice Romano ante annos amplius quingentos reciperet, ab eo vocatus est, *Papa alterius Orbis*, quod legitur apud Geruasium Dobroberniensem Monachum in libro Mns. quem sub titulo: *Imaginationis contra Robertum Abbatem S. Augustini*, annis abhinc amplius quadringentis composuit, teste ipso Seldeno pag. 140. Cur iste, inquam, fuit eo nomine compellatus potius ab Urbano II. quàm quispiam alius ab alijs Summis Pontificibus insignis notæ, ac Sanctimonix, & maioris, ampliorisque iurisdictionis, quales sunt Constantinopolitanus, Alexandriaus, Antiochenus, Hierosolymitanus, aut Babylonius?

Concludendum igitur est, hanc Orientalium sententiam de Origine, & nominis *Papa* notione omnium esse probabilissimam, atque multò magis verisimilem, quia eò concurrunt omnes probabilitatis rationes, & circumstantiæ, & à suis egregiè deducitur principijs, quibus omnibus conditionibus aliæ carent sententiæ, quemadmodum ex responsione ad singulas suo loco videre est.



CAPVT XI.

*In quo inquiritur, à qua lingua deriuatur
hoc nomen Papa.*

QUAMQUÀM ex laudatis superius Auctoribus Eutychio, & alijs constet, nomen, *Papa*, complexum esse ex hisce duabus vocibus *Ab*, & *Aba*, & significare *Auum*, seu *Patrem Patrum*, tamen cuius linguæ sit, aut idiomatis reticent penitus. Quamobrem ratio exigit à nobis, & nostræ postulant partes, vt inquiramus, statuamusque cuius sit linguæ; & difficultatibus, quæ circa scripturam, & literarum diuersitatem respondeamus.

Et sanè *locus* imprimis, qui est Ægyptus, vbi primò nomen hoc excogitatum est: *Auctores*, qui illud, ex data occasione intulerunt, qui est Ægyptiacus populus; *persona*, quibus inditum est, qui sunt Alexandrini Antistites, seu Ægypti Patriarchæ, planè persuadere videntur, Ægyptiacum esse debere id vocabulum, & illius gentis vernaculum.

Porro constantissimum, atque notissimum est, in toto linguæ Ægyptiacæ ambitu nullum esse eiusmodi vocabulum, quemadmodum linguarum periti, quotquot sunt, facile, ac sine vlla prorsus controuersia concedunt, & in hanc accedunt sententiam.

Restat ergo , vt dicamus , id esse peregrinæ linguæ ab Ægyptijs vsurpatum , eorumque linguæ adscriptum catalogo , & ipsis tamquàm vernaculum factum .

Sunt autem , qui arbitrantur Hebraicum esse vocabulum . Ita Ignatius Braccius Tract. de Etymologia nominis, *Papa* , lib. 1. cap. 8. cuius simplex אב *Ab*, ipsi significat ex Pagnino *Pater, primus, doctor, prior, antiquus, dominus, magister* , à quo fit compositum, seu complexum אב-אב *Ab-Ab* , id est *Pater Patris* seu *Auus* .

Nonnulli verò existimant nomen hoc Syriacum , siue Chaldaicum esse . Hæc opinio est Gabrielis Klahi Maronitæ Ledrensis Archiepiscopi *lib. de Sacerdotio cap. 3. de Sacris Ordinibus , & Dignitatibus* . Ipsa

Auctoris verba sunt . فاما الجابا فهو واسم مشتق من اللسان السرياني وهو مركب من هاتين اللفظتين اب ابا اي اب الاب يعنى الجد

Id est : *At Verò, Papa, est nomen derivatum à lingua Syriaca, & est compositum ex hisce duabus dictionibus Ab, & Aba, scilicet Pater Patris, siue Auus.*

Id igitur in controuersiam , & disceptationem modò vocatur , ab vtra nimirum harum duarum linguarum , Hebraicæ , vel Syriacæ derivatum sit hoc vocabulum . Nam ab harum alterutra derivatum esse , necessariò oportet iuxtà Eutyhij , aliorumque

Orien.

Orientalium Scriptorum, qui ab eius sunt partibus.

Quamobrem ad huius rei maiorem claritatem, atque intelligentiam sciendum, notandumque est: huius nominis thema, seu radicem communem esse Hebraeis, itemque Syris, imò & Arabibus, atque omnibus hisce gentibus significare *Patrem*, & eius complexum, seu compositum, *Patrem Patrum*. Itaque nodus totius quæstionis, & difficultatis momentum in eo situm est, ab utra nimirum harum duarum linguarum id vocabulum ad Ægyptios translatum fuit, & an æquè benè admittat iuxta utriusque linguæ analogiam, & genium eam compositionis formam, & scripturam. Nam tametsi thema, & radix eadem sit utriusque linguæ, nihilominus non eadem est utriusque forma, scriptura, & orthographia. Id autem eodem modo se prorsus habet in hisce linguis, ac in Latina, Italica, Gallica, & Hispanica, quibus multarum vocum idem est thema, eadem radix, diuersa tamen scriptura, & orthographia diuersa. Ex eodem quippè themate, seu radice Latini dicunt *Panis*, Itali *Pane*, Galli *du pain*, Hispani *el pan*. Item *Currere*, *Correre*, *Courir*, *Correr*, & alia eiusmodi per plura, quæ ex eadem deniuntur radice, & origine, & Latina, vel Italica, vel Gallica, vel Hispanica dicuntur ob solam orthographiam, & parvam illam scripturæ diuersitatem.


His itaque animaduersis, & notatis, restat, vt
videa.

videamus ab vtra harum duarum linguarum Hebraica scilicet, vel Syriaca commodius deduci potest hoc vocabulum, cuiam scripturæ, & Scriptores magis suffragantur, vel refragantur. ^{Contra} eorum opinionem, qui nomen, *Papâ*, à lingua Hebraica deriuatum esse arbitrantur, duo repugnare, & reluctari maximè videntur. Primum, ipsa dictionis forma, terminatio, ac orthographia, cum nomen *Papâ*, terminetur, & claudatur vocali, *A*, non autem consonanti; *B*, vt Hebraicum **אבאב** *Abab*. siue *Apap* de quarum literarum diuersitate capite sequenti. Igitur secundum superius notata id vocabulum non est Hebraicum, licet radix, seu thema, idem sit, ac vtrique linguæ commune.

Præterea non bonis tantum illis temporibus, sed subsequen-
 tib; etiam, ac deinceps Christiani religio-
 se abstinuisse videntur, ne dicam abhorruisse à linguæ
 Hebraicæ vsu in sacris præcipue, & Ecclesiasticis re-
 bus. Ex quo factum est, vt nulla ad nos Hebraica lingua
 vel sermone perueniret Liturgia, Sacræ preces nullæ,
 nullum Rituale, nulli Canones, nullæ Constitutio-
 nes, aut quicquam aliud Ecclesiastici iuris. Et si
 quid legitur id genus apud Scriptores, tunc nomine
 Hebraicæ linguæ Chaldaicæ, siue Syriacæ intelligenda
 est, quæ Hebraicæ dicta aliquando fuit, quod ex ve-
 rentur post reditum à Babilonica captiuitate Hebræi.
 Hoc planè patet ex lib. Actorum cap. 1. ver. 19. vbi

sic

sic legitur: *Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldama, hoc est, Ager sanguinis.* Hic Syriacus

Textus legit: 

Et ita appellata fuit Villa illa lingua eius regionis, Haceldama. Hæc autem verba, seu complexum *Haceldama*, Syriacum esse, nemo linguarum vel parumpertitus ignorat. Idem confirmatur ex cap. 21. ver. 40. Actorum ubi dicitur, Paulum alloquutum esse Iudaicam plebem lingua Hebræa. Et cap. 22. ver. 2. asseritur, plebem illam, cum eum audisset Hebræa lingua loquentem, magis præstitisse silentium. Sed Iudæorum linguam eo tempore Chaldaicam, siue Syriacam fuisse, nemo doctus ambigit.

Ex quo clarè, & liquidò constat, linguam Chaldaicam, siue Syriacam, linguam habitantium Ierusalem, nempe Hebræorum, dictam olim fuisse. Quamobrè quoties occurrit apud antiquos Auctores, aliquid Hebraica lingua Scriptum, & Christianis monumentis traditum, id de lingua Chaldaica, siue Syriaca sub eo nomine accipiendum esse, pro certo habendum est. Id autem affirmatur ab omnibus Scriptoribus, qui hoc pertractarunt argumentum, nec ullus penitus dubitat, aut reuocat in dubium. Imò id maximè comprobant Hebræorum & priuata,

& publica scripta, qui hæc tamen post reversionem à Babylonica captiuitate Chaldaica, siue Syriaca lingua & scribunt, & celebrant monumenta, quæ tamen à multis Hebraica dicuntur, tum quòd Hebræorum sunt, tum quòd characteribus exarata sunt Hebraicis.

Itaque nihil prorsus Ecclesiastici iuris Hebraica lingua commendatum fuit. Et quod sanè plurimum demirandum est, licet prima Ecclesia ex Hebræis ortum habuerit, ac inter ipsos educata sit, atque propagata, nulla tamen ex Hebræorum nomine Hebraica nuncupata fuit Ecclesia, quemadmodum ex Gentibus, uti Latina, Græca, Chaldaica, Syriaca, Ægyptia, Æthiopica, Armena, atque eiusmodi aliæ. Quod quidem apud me sæpissimè pensitans, nulli rei, aut causæ id adscribendum existimaui, quàm Hebræorum gentis, & linguæ reprobationi, quia reprobauerunt illi lapidem illum, qui factus est in caput anguli, ut cecinit Psalmista regius Psal. 112. ver. 22. quamobrem *Ecce nationem filiorum reprobaui*, inquit, idem Psal. 72. ver. 15. Quod quidem referens Seruator noster Math. 21. 42. principibus Sacerdotum, & Pharisæis dixit: *Nunquam legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius: Et ne ambigeretur, quòd de illis dictum sit, statim subiungitur.*

gitur. Et cum audissent principes Sacerdotum, & Pharisaei parabolas eius, cognoverunt, quod ad ipsos diceret. Quod autem ablatum sit ab eis regnum Dei, & datum gentibus, dubitat nemo. Et sane mirabile est hoc in oculis nostris, cum nullam habeant in Ecclesia sub eo nomine partem, aut sortem; ideoque cui non tinnunt ambae aures?

Lactabant se olim Iudaei, nulla alia lingua esse laudandum Deum, aut preces ipsi fundendas, quam sua Hebraica, nec ab alijs gentibus adorandum. Sed contrarium miratus est eis Deus Isa. 45. 2. 3. dicens: *In memetipso iuravi, egredietur de ore meo iustitia Verbum, & non revertetur, quia mihi curvabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* Quod & opere completum esse videmus.

Quam autem Iudaeorum iactationem peregre quidem inter antiquos Patres perstrinxit olim D. Epiphanius lib. 2. Haer. 69. hisce verbis: *Nam de hoc prophetauit, qui dixit iuxta Hebraicam linguam ELI ELI Iama Sabactani, quod per consequentiam implebat Dominus in Cruce dicens: & qua de ipso praedicta erant, ELI ELI, Hebraica lingua velut praescriptam erat. Et non amplius Hebraica; sed Syriaca lingua coniunctum Verbum exprimens dicebat, Iama Sabactani: quo principio quidem Verebatur, debuit erat de ipso scriptum. Quod vero deerat huic dicto in aliam linguam transmutabat, & hoc ipsum faciebat propter bonam dispensationem, ut*

88 DE ORIG. NOM. PAPÆ;

confiteretur id dictum de se dictum esse à Propheta per quod ELI ELI dixit. Quod Verò restabat non amplius Hebraica lingua, sed Syriaca prophetaret, quo subverteret eos, qui Hebraicam iactant, & honoraret etiam alias linguas ad completionem eorum, qua de ipso dicta sunt.

Ex dictis hætenùs patet igitur nomen, *Papa*, ex Hebraica lingua haudquaquam derivari posse, vel spectetur in hoc scripturæ, & orthographiæ ratiõ, vel antiquæ Ecclesiæ usus, quæ bonis etiam illis temporibus, dum fenella inter Hebræorum gentem educabatur, & lac fugebat è Scripturarum vberibus in media Iudæa, nullam agnovit Hebraicam Liturgiã, nullum sacrarum rerum Rituale, summùm nihil Ecclesiastici, & Christiani iuris; & quod omnium caput est, nulla Ecclesia Hebraico nomine insignita fuit, velut apud omnes alias gentes, quo subverteret eos, qui Hebraicam iactant, teste D. Epiphania.

Restat ergo, ut dicamus, nomen *Papa* descendere, atq; derivari ex Syriaca, siue Chaldaica lingua, quoniã à nulla alia lingua commodius deduci potest, siue spectetur ipsa orthographia, & scripturã, siue nomen, siue derivatiois ex sacris Paginis fundamentum, & auctoritas. Quæ quidem omnia clarius, liquidiusq; patefcent ex solutione difficultatum, quæ contra hanc sententiam, & derivationem opponi, & objici possunt.

CAPVTV. XI.

*Nonnullæ diluuntur difficultates, quæ contra
max. laudatam sententiam, & derivatio-
nem afferri possunt.*

Contra hanc sententiam de nominis *Papa* deri-
uatione à lingua Syriaca, siue Chaldaica,
nonnullæ, & graves quidem difficultates, afferri, &
opponi possunt, quas proponere, simulque diluere
operæ pretium est.

Prima difficultas, Si nomen *Papa* ortum habuit in
Ægypto, auctore Ægyptiaco populo, & Ægypti
Patriarchis primò tributum, ut supra statutum est;
qui fieri potest, ut sit Syriacum, aut Chaldaicum,
cum nullus sit, aut aliquandò fuerit Syriacæ linguæ
apud Ægyptios vsus, vel familiaritas?
Ad hanc objectionem respondetur; Quamquàm
in Ægypto suam habuit originem, & ortum hoc no-
men complexum *Papa*, ubi linguæ Syriacæ, siue
Chaldaicæ nullus est, aut aliquandò fuit vsus, vel
familiaritas; eius tamen simplex *Abba pater*, ex quo
compositum est, tam in Ægyptiaca, quam in omni-
bus aliarum gentium Sacrarum Literarum noui Instru-
menti versionibus conseruatum, & retentum est,
prout illud Syriacè protulit Christus Dominus apud
m 2 Mar-

Marc. 13. 36. *Abba, pater.* Quod refert & Aposto-
lus Epist. ad Rom. 8. 15. & ad Galat. 4. 6.

Id autem vocabulum esse Syrum, qui nomina
Hebraica, Chaldaica, Syriaca, & Græca in Latina Edi-
tione retenta, & ad calcem Bibliorum adiecta interpre-
tatur, ita testatur: *Abba, pater, Syrum est Vocabulum.*

S. Isidorus Episcopus Hispalensis lib. 9 Etymo-
log. cap. 13. de hoc eodem vocabulo sic scriptum
reliquit: *Abba autem Syrum nomen, significat in La-
tino pater: quod Paulus Romanis scribens exposuit di-
cens: in quo clamamus Abba pater. In Uno nomine
duabus usus linguis. Dicit enim Abba Syro nomine pa-
trem, & rursus Latine nominat patrem.*

Ex quo etiam nomine omnes fermè Christianæ
nationes suorum Monachorum Præsules *Abbat*, hoc
est *Patres*, nuncupant. Proinde non modò conijec-
te est, sed pro certo habere, nomen hoc, *Abba*, bo-
nis illis temporibus in usu fuisse apud Ægyptios, eoq;
suos compellare, atque decorare Antistites. Quin-
imò etiamnum apud ipsos familiarissimum est, &
magnis inter Ecclesiasticos, & Religiosos tribuitur vi-
ris, primò, *b*, mutato in *n*, sic, *Anba*, euphoniæ
gratia. De qua literarum inter se permutatione infra
docebimus.

Secunda difficultas ex ipsa suboritur orthogra-
phia, & scripturæ diuersitate. Nam vocabuli,
Abba, ex quo componi asseritur nomen, *Papa*, iuxta
hanc

ET EIVSDEM PRIMATV. 97

hanc sententiam , prima litera est *A* . quam duplex *Ab* quatur *B* , adeoque compositum ex illo esset *Ababba* , vel *Abbabba* , non quidem *Papa* . Sed hæc sanè immensum distant quantum , nullamque habent quodammodò inter se affinitatem , velut ex ipsa collatione videre est . Ergo vocabulum hoc ex lingua Syriaca , siue Chaldaica nequaquam commodè deduci potest .

Ad hanc difficultatem soluendam , diluendamq; notandum primò est . Nomen hoc tam apud Syros , quam apud Chaldeos vnico *B* , semper scribi , adeò vt *Ab* duplici scribatur , erronea haberetur illa scriptura , & mendosa , veluti si quis apud Latinos scriberet *patter* pro *pater* , aut *scribbo* , pro *scribo* , & eiusmodi . Verùm licet vnico exaretur *B* , apud omnes Syros , & Chaldeos , diuersimodè tamen à diuersis profertur . Nostrates enim Syri , nimirum Phœnices , Palæstini , Damasceni , & alij id nomen & scribunt , & proferrunt vnico *B* , sic *Ab* ; Orientaliores vero , nempe Mesopotamiae , Babylonis , & aliarum regionum incolæ ; quamuis illud scribant vnico *B* , sic *Ab* illud tamen duplici pronunciant sic *Abba* . De qua pronunciarionis diuersitate fusè agunt vtriusque gentis Grammaticæ tractatores . Quia verò Iudæi , qui è Babylonica reuersi erant captiuitate , linguam , & pronunciarionem illius regionis didicerant , hinc Apostoli , vt qui ex ea gente erant , & ipse Christus

Domi-

22 DE ORIG. NOM. PAPÆ,

Dominus ea vti sunt pronunciatione, & vocabulum illud licet vnico *B*, scriptum, duplici pronunciarunt, quemadmodum videre est locis supra laudatis ex D. Marco, & Apostolo, & clarissimè ex Syrorum, & Chaldæorum sacris Noui Testamenti Editionibus, vbi apud vtrosq; vnico *B*, scriptum occurrit id vocabulum.

Notandum est secundo; apud Syros, Chaldæos, & Hebræos literæ, quæ sunt eiusdem organi identidem inter se permutantur, & vna in aliam transmutatur, velut optimè norunt illi, qui his linguis aut ediscendis, aut docendis operam nauant. Cum ergo literæ *B*, & *P*, sint eiusdem organi, facile inter se ex linguæ genio, & analogia commutantur, & vna in aliam transmutatur; atque idcirco pro *Ab* legendum est *Ap*, vnica litera *B*, vel *P*, more Syrorum, vt infra dicitur.

Notandum est tertio; Syros, Chaldæos, & Hebræos sex habere literas, quæ modò puncto lenitatis, modò puncto asperitatis notari, atque sic iuxta variam puncti huius positionem, seu appositionem variè pronunciantur. Ex his autem literis prima est *B*, quæ cum afficitur puncto asperitatis profertur *B*, cum verò lenitatis, profertur vel vt *P*, à quibusdam, vel vt *K*, consonans à nonnullis. Sed in eadem dictione litera illa est lenis iuxta Grammaticorum præceptiones, & regulas, eò quòd sit posita inter duas

voca-

ET EIVSDEM PRIMATV. 93

vocales, adeoque proferenda est *Apa*, vel *Aua*, id est *Pater*; vel iuxta Chaldaeos *Appa* cum duplici *P*, pronuntiatione, non verò scriptura.

Neque etiam hæc literarum inter se permutatio à linguarum Græcæ, & Latinæ genio, & analogia aliena est. Proindè apud Græcos illa interiectio admirantis modò *Baba*, modò *nanu* scribitur, eodem prorsùs modo, ac si quis modò scriberet *Papa*, modò *Baba*. Apud Latinos non minùs etiam frequens est eiusmodi permutatio, quoties ad cacophoniam evitandam exigit pronuntiatio. hinc *Scripti*, pro *Scribisti*, & *Suppono*, pro *Subpono*, & id genus alia infinita.

Sed neque alijs etiam gentibus insueta est hæc literarum permutatio. Proindè modò *Balco*, modò *Palco*, scribunt Itali, quemadmodùm modò *balla*, modò *palla*. Hispani pro Latinorum, *opera*, dicunt *obra*, item pro *cooperire*, scribunt *cubrir*. Galli in hac eadem dictione pro, *P*, substituunt, *V*, consonans sic *conurrir*. Ex quo planum relinquitur, has literas, *B*, *P*, *V*, inter se facillè permutari, & vnam pro alia substitui. Græci prætereà Syrorum *Β*, *B*, effecerunt per suum *β*, vt in hac voce *Sabbachais* apud Matth. 27. 46. quam rursùs Arabs ex Græco Interpretes per Arabum *ف* *F*, seu *ph*, sic expressit *سفتاني* *Sabbachtani*, vt legitur in Medicea interlinearum Editione,

Ex

Ex hætenus itaque notatis planum, ac manifestum relinquitur, nomen hoc legendum esse *Apa*, vel *Aua* iuxta Syrorum Grammaticorum regulas, & eius compositum *Apapa*, vel *Auana*, secundum varium variarum Nationum pronunciandi modum. Colligitur præterea, Ægyptios illos, qui primi nomen hoc Alexandrinis Præsulibus imposuerunt, illud pronunciaſſe more noſtratam, ſcilicet vnica litera *P*, vel *V*, veluti ſcriptum eſt, non autem duplici more Chaldæorum.

Perrò biceps adhuc occurrit difficultas, nimirum circa primam, & tertiam literam huius compositi, quæ ſunt duo *A*. Nam ſi ſimplex eſt *Apa* ex eius repetitione componitur *Apapa*, non quidem *Papa*, in quo minimè conſpiciuntur duæ illæ literæ *A*, primo & tertio loco.





Hæc difficultas nullum nobis feceſſit negotium, adeoque facillimè diluitur. Et primum quod attinet, ſciendum eſt, Syros, ſive Chaldæos, quemadmodum & Nationes alias, frequenter in nominibus præſertim compositis, primam elidere ſolitos eſſe literam eophonie gratia, & ad facilitatem pronunciationi conciliandam, quoties hæc id exigat. Imò verò non primam demunt, & in principio dictionis duntaxat id præſtant; verum etiam & in media, & in fine dictionis. Exemplum, primam literam quod attinet, eſto nobis *Α* cuius prima eſt *A*, quæ in compositione

fitione amittitur, diciturque 

Ad manum via, id est *secus viam*. 

Ad manum maris, hoc est *ad litus maris*. Extra compositionem autem, & regimen scribitur passim.

 pro  *Africanus*. Ex medio vt

 pro  hoc est *Statim*. Ex medio simul & fine, vt  pro 

Vsq̄ue nunc, haectenus. Itaque hanc ob causam, scilicet euphoniae gratia, & ad facilitatem pronuntiacioni conciliandam reiecta est prima litera ex hoc composito *Apapa*, & pro eo substitutum est *Papa*.

Ad secundam difficultatis partem dicimus: Syros tam in compositione, quam in regimine postremam primae dictionis literam semper demere, adeoque prima vox, seu pars huius compositi erit *Ap*, non autem *Apa*, & compositum ipsum *Apapa*, non *Apaapa* seruatis omnibus literis. Itaque dempta prima euphoniae gratia, veluti diximus ad primam partem difficultatis, nec non tertia ex Grammaticorum regulis, & praeeptionibus, ac linguae genio, analogia, & vsu, remanet *Papa*, hoc est *Pater Patrum*.

CAPVT XII.

Nomen Papa, olim commune omnibus Episcopis, deinde Romani Pontificis factum proprium, ac ipsi antonomastice tributum, Orientalium est sententia.

Nomen *Papa* commune olim fuisse omnibus Episcopis, non Occidentalium tantum, sed & Orientalium constans, ac firma sententia est, ut ex superioribus capitibus plenissime constat. Exempla & bene multa exhibent nobis Ferrarius lib. 3. de Epistolis Eccles. cap. 1. Duarenfis lib. 1. de Sacri Minist. cap. 10. Sauro ad lib 6. Sydonij Epist. 1. & alij.

Cardinalis Baronius ab Ignatio Braecio laudatus lib 1. de Etymologia nominis *Papa*, cap. 2. quem sequitur Azorius, de continuatione huius nominis sic habet: *Postea nomen illud cepit esse peculiarare Episcoporum, ut ijdem Papa dicrentur. Sunt de his innumera exempla apud Cyprianum, Hieronymum, Augustinum, Ruffinum, Prudentium, Sulpicium Severum, Sydonium Apollinarem, Venantium Fortunatum, & nouissime apud S. Eulogium Cordubensem, qui floruit anno Domini 850. Usque enim ad illud tempus id nomen commune fuit omnibus Episcopis. Licet frequentius, ac peculiaris*

rius tribui consueuisset Romano Pontifici. Idque quisque facile obseruare poterit ex Epistolis Cassiodori.

Contra huius nominis *Papæ* communionem face-
re videtur id, quod scribit Nicephorus Callistus lib.
14. cap. 34. vbi refert, vt notat Azorius in Summa
lib. 4. cap. 4. Celestinum Romanum Pontificem pri-
uilegium concessisse Cyrillo Episcopo Alexandrino,
à se constituto Legato in Sancto Concilio Oecume-
nico Ephesino, vt *Papa* diceretur, mitraque vteretur.

Sed hoc vt Nicephori error animaduersus fuit à
Ludouico Cerda Aduers. Sac. cap. 72. & reiectus,
atque improbatus ab eodem Azorio loco supra notato
vbi, *Certè, inquit, si Papæ nomen tunc erat omnium
Episcoporum commune, nescio, quodnam privilegium
Cyrilli esset, vt Papa diceretur.*

Eundem hunc Nicephori lapsum perstringit
Theophilus Raynaudus in Onomastico V. *Papa*, ita
scribens: *Nam de nomine Papæ, quis non videt, si
tunc, & diu post, omnibus Episcopis commune fuit, non
potuisse ex privilegio tribui S. Cyrillo? Sed non eo, Uno lo-
co oscitanter scripsisse Nicephorum Callistum docebit pro
Florentina Synodo scribens Gennadius ad cap. 2. sect. 7.*

Commune quidem nomen erat, sed Romano
Pontifici ita affectum ob eius dignitatis amplitudi-
nem, & excellentiam, vt nonnulli hallucinati sint,
& illam communionem minimè perspexerint. Ex
quo cum D. Cyprianus Episcopus Carthaginensis

Papa appellaretur, vti legitur in titulo cap. *Absir*; Distinct. 50. Auctor Glossæ ordinariæ hunc Romanum esse Pontificem ratus est; dum ita scriptum reliquit: *In Chronicis non inuenitur; quòd aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tamen quòd fuerit Papa habes infra cap. de eo autem: sed forte hic, & ibi est mendosa litera.*

Ignatius Braccius in alium prolapsus est errorem circa hanc eandem communionem nominis. Nam non solum communitè illud fuisse omnibus Episcopis, sed affirmat etiam Episcopis nonnullis nomen *Papa Romani* datum esse cum non essent. Ita obseruat lib. 1. cap. 2. ad cap. *sane* 24. quæst. 21. vbi de Dioscoro Episcopo (vt ait) vrbis Constantinopolitanæ, quæ noua Roma dicta est, sic habetur: *Romanorum enim Ecclesia, antè annos paucos; Dioscorum, qui fuit Papa eiusdem Ecclesie; & post mortem anathematizauit.*

Hanc Braccij obseruationem pereruditè quidem ex more ita refellit Raynaudus loco supra laudato: *Nam eo loco aperte agitur de Dioscoro non Constantinopolitano fictitio Patriarcha, sed Romano Pontifice, alioquin non fuisset eiusdem Ecclesie, quæ illum anathematizauit. Fuit ergo is Dioscorus Romanus Pontifex Schismaticus; qui à Bonifacio, iam defunctus est percussus anathemate.*

Commune olim nomen, proprium subindè factum

ET EIVSDEM PRIMATV. 99

Etum est Romani Pontificis, non decreto quidem aliquo, sed vsu, & ob Prærogatiuam Sedis Apostolicæ. Nam quamuis Orientalium maior pars obedientiæ Romani Pontificis excussit iugum, nihilominus quæ D. Petri tenet Sedem, magno cum honore de illo loquuntur, nec debitos denegant illi titulos. Et si qui contra obstrepunt, aut obloquuntur, mores capiunt personæ, non throni Apostolici detrahunt honoribus, aut diminuunt existimationem. Quamobrem venerationis ergo potius reliquerunt Orientales hunc titulum Romano Pontifici, quàm decreto aliquo, eo prorsus modo, quo olim Episcopi *Apostolatus*, & Presbyteri *Episcopatus* nomenclationem reliquerunt, quia graue existimarunt illi *Apostolorum* sibi *Vindicare nuncupationem*, & isti *Episcoporum*, scribit Ambrosius. Vel, huius denominationis puduit eos, qui post ipsos sunt constituti *Sacerdotes*, propter illius honorabilitatem, & idcirco à nomine *Apostolorum* abstinerunt, quemadmodum testantur Ioannes Darenfis, & Ioannes Maro, quorum nos testimonia par. 1. cap. 12. protulimus. Itaque *Papa* nomen, quod omnibus Episcopis commune olim erat, ob Sedis Apostolicæ reuerentiam, & obseruantiam omnium consensu, & conspiratione Romani Pontificis proprium deinceps factum est.

Sed audiamus iam quid hac de re scripserunt Orientales, & quæ ipsis sententia fuit. Georgius Homaidius Ægyptius par. 1. sui Chronici in Nerone

hæc

hæc scripta reliquit: وبعده فصار هرقل بطريرك
على الاسكندرية وهرقل صير اساقفيه فقط كغيره
على بلاد مصر فصار الاساقفه يسمون للبطريرك
اب والقسوس والشعب يسمون الاسقف اب
واجرعوا النشطة الى ان سموا بابا لمطرك الاسكندرية
وقالوا هذا الاب اب اليا فظهر هذا الاسم من
ذلك الزمان ثم انتقل من كرسي الاسكندرية
الى كرسي روميه لانه كرسي بطرس الرسول وهو
كبير التلاميذ ورأس الحواريين فصار بطرس بطريرك
على روميه وخليفته يسمى البابا الى الان

*Et successus est post illum (Demetriam) Heraclius Pa-
triarcha super Alexandria; qui Heraclius plures consti-
tuit Aegyptios Episcopos super provincia Aegypti. Crepe-
runtque Episcopi Patriarcham appellare Apa patrem;
& Presbyteri, ac populus Episcopum Apa patrem nun-
cupabant; eoque adducti studio pietatis, ut Papam ap-
pellarent Alexandrinum Patriarcham dicentes: Hit pa-
ter est Pater Patrum. Innotuit illi nomen ab eo tempo-
re; subinde translatum est ex Alexandrina Sede ad Roma-
nam Sedem, quia est Sedes Petri Apostoli, maximi Discipu-
lorum, & Principis Apostolorum. Fuitq; Petrus Patriar-
cha Romæ, & illius Successor vocatur Papa usque nunc.
Si autem quis percunctatus fuerit ab hoc Auctore,
cur id nomen tam venerabile, graue, sanctum, ac ple-
num*

num pietatis è Sede Alexandrina ad Romanam transf-
latum fuit? profectò respondisset, quemadmodum
respondit: Quia est Sedes Petri Apostoli, maximè
Discipulorum, & Principis Apostolorum. Quasi verò
hoc responso dicat: Romano Pontifici antonomasti-
cè competere quoscunque eminentissimos titulos,
quia D. Petri est successor, adeoque cæteris Ecclesiæ
eminet Præsulibus, ut suo tempore Petrus.

Huic sententiæ subscribit etiam Gabriel Klahi
Maronita Ledrensis Archiepiscopus, vir sanctimonie
nota, & doctrinæ, ac eruditionis nomine inter Orien-
tales celeberrimus, atque Operum omnis argumenti,
& generis tam soluta, quàm ligata oratione, quæ
conscriptis, copia notissimus, in libro de Sacerdotio
cap. 3. de sacris Ordinibus, & Ecclesiasticis Dignita-
tibus in hæc verba.

فانما الاحاد في هذه الامور
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه
منها من الكمال العظيم في هذه

At verò, Papa, est nomen derivatum à lingua Syriaca,
& est compositum ex hisce duabus dictionibus Ab Abbas,

¶ significat Patrem Patris, hoc est Auum. Olim auctor commune erat omnibus Episcopis, postea Verò ad Romanum translata Pontificem, ¶ illi proprium factum est quia ipse est Successor Petri, ¶ Pater omnium Patrum.

Hic nullus dubitò, hanc sententiam omnium esse Orientalium, quamvis hos tantummodò duos Scriptores in medium nunc protulimus, quia hos tantum impræsens ad manus habemus, primum Ægyptium Dioscorianæ Sectæ, & professionis; alterum Syrum Catholicum Romanum. Id enim facit librorum Orientalium penuria, & paucitas.

Sed verò ea est hæc sententia, ac tam diulgata inter Orientales omnes, vt nec ipsos lateat Mahometi sectatores, ex quo Abubacrus Habbasides pars 2. Apologiæ contra Christianos rem sic refert ex Christianorum proculdubio scitis, & monumentis.

ولي القسوس والعهام لنا سمعت الاساقفة يسمون
المطريك ابا فقالوا في انفسهم اذا كنا نحن نسمى الاسقف
ابا والاسقف يسمى المطريك ابا فوجب علينا ان نسمى
المطريك بابا اي البنا ان كان اب لابينا: ثم لما
سمعت الاساقفة المطريكة يسمون صاحب روميه ابا قالوا
في انفسهم اذا كنا نحن نسمى المطريك ابا والمطريك
يسمى صاحب روميه ابا فوجب علينا نحن ان نسمى
صاحب روميه بابا فعرف صاحب روميه بهذا الاسم

دون غيرة الى الان عند اهل المصر انه جميعها

Presbyteri autem. & vulgus audientes Episcopos appellare Patriarcham Aba (patrem) dixerunt apud se: si nos appellamus Episcopum Aba (patrem) & Episcopos appellat Patriarcham Aba (patrem) par quidem erit, ut nos Patriarcham appellemus Papam, id est Avam, quia est patris nostri pater. Tam vero audientes Episcopi Patriarchas Romanorum Antistitem appellare Aba (patrem) apud se dixerunt. Si nos appellamus Patriarcham Aba (patrem) par sane nobis erit, ut Romanum Antistitem appellemus Papam. Atque exinde agnitus est Romanus hoc nomine praeceteris alijs apud omnes Christiana Religionis cultores.

Quo autem tempore eiusmodi translatio ad Romanum Pontificem facta sit, seu potius desitum, nomen *Papa*, ab Episcopis, alijsque Praesulibus usurpari, Scriptoribus Ecclesiasticis integrum non est. Cardinalis Baronius, eum usum, & morem decorandi Episcopos nomine, & titulo *Papa*, ad annum usque 900. à Christo domino durasse, observat. ad Martyrol. Rom. 10. Ianuar.

Alij existimant id nomen commune fuisse usque ad annum 1073. quo tempore Gregorius VII. decreto sanxit in Synodo Romana contra Schismaticos, ne vllus praeter Romanum Pontificem se eo nomine insignire auderet. Res sic à Baronio & Azorio nar-

ratur apud Braccium libro de etymologia nominis *Papæ* cap. 2. *Cum* obtinuisset communis *Usus*, *Ut* *Papæ* nomen tantummodo Romano tribueretur Pontifici; & Schismatici illud sibi in odium eiusdem Romani *Præsulis* fastu superbo *Vindicarent*, aliaque non concessa *presumerent*: *Gregorius VII.* *Papa* anno à *Christo Domino* 1074. sui *Verò Pontificatus* anno *III.* *VI.* *Kalen. Martij*, *indictione XII.* *habuit Romæ Synodum* aduersus *Schismaticos*, *Ubi* statuit inter alia plura, *Ut* *Papæ* nomen *unicum* esset in *Uniuerso Orbe Christiano*; nec liceret *alicui* se ipsum, *vel alium* eo nomine *appellare*. *Hæc* in *registro Epistolarum Gregorij VII.* quod *asscrvatur* in *Bibliotheca Vaticana*, *Ubi* *Canones* eius *Synodi* scripti *habentur*. *Seruant* id ipsum *Græci*, *Ut* nomine *Papæ Romanorum Pontificem* intelligant; *Ut* ex *Nicetæ Choniata Scriptis* apparet. *Referunt* nonnulli ex *Paulo Diacono* in *hist. Longobardorum* lib. 4. cap. 36. *tempore Caroli Magni Constantinum Imperatorem*, & *Patriarcham* eiusdem *Urbis* inter se *constituisse*, *Ut* *Romanus Pontifex* *Papa* diceretur, & *Constantinopolitanus Episcopus*, *Oecumenicus Patriarcha*.

P. Raynaudus loco supra laudato, postquam refellit *Nicephori* sententiam, statim subdit in hanc rem: *Nihilominus* postea (*fortè primùm ab Ennodio*, *Ut* ad eius *Epistolam* 1. lib. 3. *notat Sirmondus*; *vel* *Ut* censet *Remundus Ruffus* ad cap. 17. *Molinæ à Faustiziano*) *Usu* receptum est; & *Decreto Gregorij VII.*

ET EIVSDEM PRIMATVS RES:

anno 4073. in Synoda contra Schismaticos firmatum, ut solus Romanus Pontifex, Papa diceretur. Id quod apud Græcos quoque inualuisse, non quidem iam ab euo Iustiniani, ut scripsit post Ruffum Pamelius ad Epistolam 3. S. Cypriani, sed longè seriùs, docemur ex Nicæta Choniata, & aliorum scriptis.

Quo autem tempore id nomen vsurpari desitum est apud Orientales, aliasq; nationes, impræfens mihi integrum non est; conijcere tamen licet, hoc à longissimo, & immemorabili tempore factum esse; cum nullus à multis sæculis eo insignitus nobis occurrat. Si quis autem hæc impugnat: aut exemplo aliquo probat, id Orientales seriùs, & proximioribus nobis sæculis præstitisse, manus quidem dabimus libenter, quia is argumento nostro robur addet firmissimum. Nam quò seriùs, eò res admiratione suspicienda est, & miraculi vis illi tribuenda. Qui enim aliter fieri hoc potuit ab ijs Orientalibus nationibus, quæ discissæ iam penitùs, atque disiunctæ ab Ecclesia Romana aliàs sibi sedes, & diuersa domicilia, extra diuinam hanc Arcam condiderunt? velut affirmat D. Cyprianus lib. de vnit. Eccles. Quis, amabo te, huius consensus, huius conspirationis tot gentium inter se dissentientium, & ipsius Ecclesiæ Romanæ hostium infestissimorum, auctor esse potuit, nisi diuina illa virtus, quæ Summo isti Pontifici nostro aptauit rationale, in quò est doctrina, & veritas? do-

Trina: Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Veritas: Lex Veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, quemadmodum de supremo Ecclesiæ Pontifice cecinit olim Malachias. Nec ipse sumpsit sibi honorem: aut semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Pascite oues meas, nec non: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo clauēs regni Cælorum. In Successoribus enim suis adhuc viuit, adhuc præsidet ille, super quem Ecclesia ædificata est, & cui datæ sunt clauēs regni Cælorum. In quam rem præclare D. Petrus Chrysologus scribens ad Eutychemem: In omnibus hortamur te frater honorabilis; Vt his, quæ à Reuerendissimo Papa Romana ciuitatis scripta sunt; obedienter attendas. Quoniam B. Petrus, qui in propria Sede, & vinit, & præsidet, præstat quærentibus fidei Veritatem.

Peregrinè igitur translationis nominis *Papæ*, ex Ecclesia Alexandrina ad Romanum thronum rationem reddit Georgius Homaidius, dum scribit: *Quia est Sedes Petri Apostoli, Maximi Discipulorum, & Principis Apostolorum.* Nec minùs Gabriel Klahu: *Olim, autem commune erat omnibus Episcopis; postea Verò ad Romanum translatum Pontificem, & illi proprium factum est, quia ipse est Successor Petri, & Pater omnium Patrum.*

CAPVT XII.

*In quo confirmatur ea nominis Papæ ratio ,
eiusque proprietas in Romano Pontifice ;
adeoque de illius Primatu ex Cano-
ne 44. Concilij Niceni .*

QVatuor prima Concilia generalia tamquàm
quatuor Sancti Euangelij libros suscipit , ac
veneratur D. Gregorius Magnus libro 1.
Epist. 24. sic scribens : *Sicut Sancti Euangelij qua-
tuor libros , sic quatuor Concilia suscipere , & Venerari
me fateor , Nicanum scilicet , in quo peruersum Arii do-
gma destruitur : Constantinopolitanum quoque , in quo
Eunomij , & Macedonij error conuincitur : Ephesinum
etiam primum , in quo Nestorij impietas indicatur : Chal-
cedonense Verò , in quo Eutychetis , Dioscorique prauitas
reprobatur ; tota deuotione complector , integerrima ap-
probatione custodio , quia in his Veluti in quadrato la-
pide sancta Fidei structura consurgit .*

Ex his porrò quatuor Concilijs priora duo , præ-
sertim verò Nicænum , eadem prorsùs , qua D. Gre-
gorius omnia quatuor , suscipiunt , & venerantur om-
nes , quotquot supersunt in toto Oriente Nationes , &
sectæ , quæ Christi nomen profitentur : at posteriora
duo non omnes . Quandoquidem Nestoriani Ephe-
sinum

finum reiiciunt, & improbant, eò quòd in illo Concilio meritam damnationis retulerit sententiam Nestorius, vnà cum omnibus ijs, qui in ip[s]ius iurarunt verba, & hæresim, horrendasque secuti blasphemias. Quartum verò Concilium Chalcedonense reprobandum Monophysitæ, quocunque dignoscuntur nomine, siue Dioscoriani, siue Iacobitæ, siue Coptitæ, siue Æthiopes, siue tandem Armeni.

Cæterùm, Nicænum Concilium quod attinet, omnes Orientis Christiani, cuiusque sectæ sint, aut professionis sanctissimè, atque religiosissimè illud colunt, & venerantur, ac tamquàm sacrosanctum Euangelium suscipiunt, & amplectuntur, vt paulò superiùs inuimus. Proindè interrogatus Elias Nisibensis Episcopus ab Aluaziro Abulcasemo viro Mahometano, (quemadmodùm legitur sess. 1. Disputationum eiusdem Eliæ) quid sentiant de Concilio

Nicæno Christiani, hisce verbis. *افليس تقبلون الامانه التي قررها العلمائيه وثمانية عشر*

Suscipitis Fidem, quam stabilierunt Trecenti octodecim? Respondit nomine omnium Christianorum:

تقبلها كما تقبل الانجيل ونعظمها كما نعظمها

Suscipimus illam; quemadmodùm suscipimus Euangelium; & Veneramur illam, sicuti Veneramur illud. quo animaduerso.

Sciendum est, Concilij huius Nicæni, præter 20. illos Canones, qui Græcè, & Latinè circumferuntur, alios extare numero 84. apud gentes illas Orientales ipsarum conscriptos characteribus, & linguis. Quos quidem esse veros, authenticos, & legitimos illius Concilij ipsorum dubitat nemo, si, horum Canonum paucos quosdam excipias, de quibus infra suo loco.

Inter hos autem 48. Canones extat Canon 44. de quo inter omnes conuenit, esse verum, authenticum, ac legitimum Nicæni Canonem, nemine penitus discrepante. Id autem ex eo probatur, quod in omnibus legatur Editionibus, ab omnibus pro Nicæno laudatur, omnes Nicænum esse fatentur, vt suo loco infra demonstrabimus. Is verò Canon propositum nostrum argumentum egregiè, atque præclare firmat. Quidnam autem iudicium Aduersarij sint interposituri, aut laturi sententiam tam de hoc, quàm de alijs Canonibus, nunc non attendo; quia hic contra eos arguo ex eorum auctoritate, ad quos prouocarunt, & quidem ex fortiori. Nam si ex vnus Eutychie priuati hominis loco paulisper obscuro, & malè intellecto, falsisque adhuc, & adulterinis interpretationibus interpolato inanissimum agunt Aduersarij hætenus impunè ferè in protestantico Capitolio triumphum; quàm amplum, quàm certum, quàm iustum, imò amplissimum, certissimum, & iustissimum, nos agere debemus? Et quidem non ex vnus

priuati hominis auctori tate ; sed ex omnium Orienta-
 lium gentium vnanimi , & incredibili consensu , ac
 publica auctoritate . Non ex obscuris , aut ambiguis
 aliquibus verbis ; sed a pertissimis , luculentissimis , ac
 ipsa luce meridiana clarioribus , vt nulla fraus , nul-
 lus dolus , nullus fucus cubare possit , aut veritatem
 ex veritatis verè indagantium oculis subducere . Non
 venamur Noctuas apud Scotos , aut Anguillas apud
 Anglos , sed ad orientem Solem nudam veritatem
 prosequimur , & ad ipsius rationem omnia retuocare
 conamur . Sed proferamus iam Canonem Arabica
 lingua , Romanè porrò versum , candidè scilicet syn-
 cere , & ingenuè , verba verbis reddentes , atque sin-
 gulis dictionibus suos obseruantes numeros , analo-
 giam , originem , formam , pathetica puncta , seu
 notas , & eiusmodi alia , quæ Seldenus aut oscitanter
 neglexit , aut malitiosè , & subdolè omisit , & com-
 misit in ea Eutychie Periocha vertenda ad veritatem
 peruertendam .

القانون الرابع والاربعون

Canon 44.

وان ينظر البطريرك في كل امر عمل به احد من
 مطارنته او اساقفته في بلدانهم التي يملونها فان
 وجد منها شيئا على غير ما ينبغي فليغيره ويامسح
 فيه بما يرى لانه ابو جميعهم وهم منسوخة وانما
 المطران

الطران في رياسته عليهم وتوقيرهم ايةً لمنزله
 الاخ الكبير الذي يقدمونه اخوته ويوجيرون
 طاعته لحسن سياسته وكبره : فانما البطريرك
 فانه بمنزلة الاب في سلطانه على بنيه : وكما
 ان للبطريرك سلطان على من تحت يديه
 فكذلك يكون لصاحب روميه سلطان على
 ساير البطاركه مثل بطرس فيما كان له من
 السلطان على جميع روسا النصرانية وجماعة
 اهلها لانه خليفة المسيح على بيعته وكنايسه
 وشعوبه كلها : ومن خالف هذه السنه
 فجماعة السنونيس تجرمه

*Patriarcha igitur inspiciat quodcumque negotium fecerit
 aliquis suarum Metropolitanarum, siue Episcoporum in
 eorum prouincijs, quibus prasunt. Si autem inuenerit
 ex illis quicumque, quod non decet, permittet illud, ac
 de illo constituat, prout ipsi videtur; etenim omnium
 ipsorum pater est, & illi filij ipsius sunt. Metropolite
 autem principatum supra se agnoscere; eumque Venerari
 debent instar fratris maioris, quem sibi fratres antepo-
 nunt, illique parere ducunt ob eius optimum regimen, &
 maioritatem. Patriarcha porro instar Patris est in sua
 iurisdictione super filios suos. Et quem admodum Pa-
 triarcha potestatem habet super subditos suos; ita quoque*

potestatem habet Romanus Pontifex super Uniuersos Patriarchas, quemadmodum habebat Petrus super Uniuersos Christianitatis Principes, & Concilia ipsorum: quoniam Christi Vicarius est super redemptionem, Ecclesias & cunctos populos eius. Quicumque autem Sanctioni huic contradixerit, Patres Synodi anathemate illum percellunt.

Plura in hoc Canone notanda veniunt, & primò circa Editiones. Quamobrem sciendum est, nobis hic Romæ sex Editiones extare varias huius Concilij. Prima Arabicis exarata characteribus, & est Melchitarum, seu Græcorum, qui Arabica vtuntur Lingua, suntque per totam Syriam, Chaldæam, & Ægyptum diffusi. Exemplaria huius editionis extant duo, vnum in Vaticana Bibliotheca; alterum in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe; vtrumque Græcis notatum numericis literis, & alicubi Græcis interpolatum dictionibus.

Secunda Editio est Maronitarum, quæ duplex adhuc est, vna Arabicis conscripta characteribus, & lingua, & est Bibliothecæ Collegij Maronitarum, item de Vrbe: Altera Syriaca huius tantummodò Canonis, qui refertur à D. Ioanne Marone libro de Sacerdotio cap. postremo, estque nostri iuris.

Tertia est Cophitarum, seu Ægyptiorum Christianorum, qui Dioscori sequuntur dogmata, & est Arabicè conscripta, & Cophitis, seu Ægyptiacis notata

ET EIVSDEM PRIMATV. 113

tata numeris, quibusdam etiam insertis, & notatis Ægyptiacis vocabulis iisdem characteribus. Exemplaria extant duo vnum Bibliothecæ Vaticanæ, alterum Collegij Maronitarum.

Quarta est Iacobitarum Arabicè conscripta, Syriacis alicubi interpolata vocabulis, & iisdem scripta characteribus. Hæc nostri iuris est.

Quinta est Æthiopum, characteribus, & lingua illius gentis conscripta. Codex prostat in Vaticana Bibliothecæ duplex.

Sexta est Nestorianorum, Chaldaicis exarata characteribus, & lingua, relata à Hebediesu in Collectione Canonum Conciliorum. Codex est Bibliothecæ Vaticanæ.

Notandum secundo. Ea verba, quæ nos ita vertimus: *Patriarcha porrò instar patris est in sua iurisdictione super filios suos*, ita se habent in quibusdam Editionibus: *Patriarcha porrò instar patris est in sua iurisdictione super domum suam*. Hoc punctorum accidit absque dubio summatione, vti linguæ Arabicæ periti facile conijcere possunt, sed nullum id fecisset sensui negotium, neque rei mutat faciem, aut substantiam. quia iurisdictione in filios patris est; in domum vero patrisfamilias metonymicè. Syriaca Editio hanc postremam approbat lectionem; habet enim *super domum suam*.

Notandum est tertio. Canon iste, prout refer-

لا فوج منكم فلا تفرقوا امرؤكم من امرؤكم
 ولا فوج منكم فلا تفرقوا امرؤكم من امرؤكم
 ولا فوج منكم فلا تفرقوا امرؤكم من امرؤكم
 ولا فوج منكم فلا تفرقوا امرؤكم من امرؤكم

Fuit Voluntas Synodi Generalis, Ut de omnibus operibus, que indebitè geruntur, siue sub manu Metropolitanarum, siue sub manu Episcoporum, potestatem habeat Patriarcha, & potestatem de illis constituat; quoniam Patriarcha pater communis est, omnesque Metropolitae, & Episcopi filij sunt hereditatis, siue sortis ipsius. Patriarcha autem honor instar Patris est habentis potestatem in filijs; Et quemadmodum Patriarcha habet potestatem faciendi quicquid vult iuxta debitum erga eos, qui sub eius sunt potestate; ita potestatem habet Patriarcha Romae super Patriarchas Uniuersos, sicuti B. Petrus super Uniuersam Communitatem; quoniam locum seruat Petri in tota Ecclesia ipse Romanus. Quicumque autem hac transgreditur, Synodus Generalis illum anathemati subijcit.

Notandum est quartò. Nomen *Papa.*, quò significat *Pater Patrum*, in eo Concilio tributum fuisse Romano Pontifici, facile ex hoc Canone inferitur. Nam si *Patriarcha instar Patris est in sua iurisdictione super filios suos*, vt habet Editio Melchitarum, & Maronitarum Arabica, seu *super domum suam*, vt legit Alexandrina, & Syriaca relata à D. Marone, seu *pa-*

ter communie, velut habet Nestoriana, & cuius hanc instar Patris est habentis potestatem in filios, profecto necessaria consecutione inferitur inde, Romanum Pontificem esse patrem supremum omnium Patrum, cum eandem habeat Romanus potestatem, & iurisdictionem in Patriarchas, quam Patriarchæ in subditos. Ergo est Pater Patriarcharum, adeoque supremus Pater, & antonomastice ergo Papa est Avus.

Aliquid huius rei suboluisse videtur Thomas Illyricus Tract. de potestate Papæ §. non igitur, qui præmissa, ut notat P. Raynaudus, confirmatione multiplici, quod omnes Sacerdotes dicantur patres fidelium, addit, Ut pateat Romanum Pontificem esse patrem cæterorum patrum, inditum illi esse nomen Papæ, idque decreto Synodi Nicænæ, quam referens Eusebio edixisse ait, Ut sicut Rex Romanorum antonomastice dicitur Augustus, ita & Romana Urbis Antistes dicatur Papa.

Hæc autem ita improbat mox laudatus P. Raynaudus. Verum hoc totum est commentitium. Nihil enim tale habet Eusebius, neque Acta Nicænæ Synodi, contra cuius decreta SS. Augustinus, & Hieronymus, & longè post alij, nunquam Vocassent Papæ nomine inferiores Episcopos, Ut sæpè faciunt.

Sed pace tanti viri. Si Thomas Illyricus pro decreto Concilij Nicæni innuere velit vel hunc, vel alium quem alium Canonem extitit, qui extant apud Orientales, nescio an id absolute commentitium sit appellan-

ET EIVSDEM PRIMATV. 117

landum; quia res factu difficilis omninò esse videtur, quòd tot nationes inter se dissidentes, & Romano Pontifici infensissimi hostes, vt suo loco ostendetur, simul conuenire possint ad aliquid committendum, quod sui hostis acerrimi statuat Primatum. Quod verò nihil tale habeat hodiernus Eusebius, aut Acta Nicænæ Synodi, mirum non est, multa enim nomine huius Concilij citantur à Patribus, & ipsis Concilijs, quæ hodiè nusquam Latine, aut Græcè extant.

Ratio autem, qua id improbat, parui momenti esse videtur; quia, antonomastica nuncupatio, non impedit, quin eadem, alteri tribuatur cum addito, Ipsium nomen, *Deus*, quo nihil augustius, aut magis antonomastice dici potest, de purissimo illo ente, quod omnia procreauit, nonas cum addito alijs etiam tribuitur, vnde illud Gen. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis?* Etiam Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ab Urbano II. Romano Pontifice, cum ab illo pallium reciperet, *Papa alterius Orbis*, vocatus est post Gregorij VII. decretum. Antonomasia igitur hic attendenda est, de qua ille.

Quòd autem S. S. Augustinus, & Hieronymus nunquam vocassent nomine *Papa* inferiores Episcopos contra Nicænæ Synodi decreta, vltiò concedendum est, si eorum Decretorum notitiam habuissent. Sed poterant ignorare, quemadmodum in simili facto se ignorauisse ingenuè fassus est Augustinus Ep. 110.

118 DE ORIG. NOM. PAPÆ

ita scribens: *Adhuc in corpore posito beata memoriae Patre, & Episcopo meo sancto Valerio, Episcopus ordinarius sum, & sedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibicum fuisse nesciebam.* Hæc autem, quia Ariani Nicæni Acta flammis tradiderant, & quæ superfuerant flammis apud paucos latebant.

Multa tandem in hoc Canone doctis viris ruminanda relinquuntur, & eruditis notanda observationibus; duo tamen silentio prætereunda non sunt. Primum hinc planissime patet, quàm futilis, ac vana sit illa Nilî sententia, & opinio, qui Romani Pontificis Primatum ad solam sessionem, cathedram, & sedium ordinem reuocare conatur. Etenim ea potestas, & superioritas, quam tribuit Concilium Patriarchæ in subditos, nequaquam ordinis Sedium, Cathedræ, aut sessionis est, sed iurisdictionis; atqui ex eodem Canone eandem Romanus superioritatem in Patriarchas habet, quam Patriarchæ in subditos; ergo ea non est sessionis, Cathedræ, aut ordinis Sedium, sed supremæ iurisdictionis.

Secundùm dirimitur ex isto Canone quæstio illa, quæ à Catholicis etiam quibusdam exagitur viris; nimirum, *Utrum Papa sit supra Concilium, nec ne?* Proferantur iterùm Canonis verba, quæ id asserunt: *Ita quoque potestatem habet Pontifex Romanus super Uniuersos Patriarchas, quemadmodùm habebat Petrus super Uniuersos Christianitatis Principes, & CON-*
 CI.

ET EIVSDEM PRIMATV. 119
CILIA *ipforum*; quoniam Christi Vicarius est.

CAPVT XIV.

*Idem asseritur Primatus Romani Pontificis ,
ex Canone 37. eiusdem Concilij
Nicæni .*

Primatus Romani Pontificis non minùs asseritur
Canone illo 44. de quo superiori capite , quàm
Can. 37. ex num. illorum 84. in quo agitur de qua-
tuor Patriarchalibus Sedibus . Vno verbo nusquàm
ferè aut hic , aut alibi apud Orientales fit mentio Ro-
mani Pontificis , quin tribuatur illi Primatus . Sed
ad ipsum Canonem veniamus .

القانون السابع والثلاثون

Canon 37.

وان تكون البطركه في جميع الدنيا اربعة لا
غيرهم مثل كتبه الانجيل اربعة والانهار اربعة
واركان الدنيا اربعة وزواياها اربعة والرياح اربعة
وتركيب الانسان اربعة لان بهذه الربعة اشيا قيام
العالم كله : ويكون الرئيس منهم والمقدم
صاحب كرسي مار بطرس برومية على ما امرت
الابسطلانية

Et sint Patriarchæ in Uniuerso Mundo quatuor tantum, quemadmodum sunt Scriptores Euangelij quatuor, & flumina quatuor, & elementa Mundi quatuor, & anguli quatuor, & Venti quatuor, & compositio hominis quatuor; quoniam hisce quatuor Uniuersus constituitur Orbis. & sit Princeps, ac Præpositus ipsis Dominus Sedis D. Petri Romæ, sicut præceperunt Apostoli.

Hic verba Canonis huius consideratè attendenda sunt, momentoque suo ponderanda. Nam Romano Pontifici non utcunque statuitur Primatus Concilij auctoritate, sed Apostolorum præcepto à Concilio declaratur. Apostolorum autem statuta, & mandata ipsius esse Christi, agnoscunt Patres, fatentur Aduersarij. Ex Patribus audiatur nunc vnus Cyprianus Serm. de ablut. pedum: *Sicut par est Spiritui Sancto, & Christo diuinitas, ita in suis institutis æqua est auctoritas, & potestas, nec minus ratum est, quod dictante Spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit.* Ex quo Cypriani loco sic infert Iulius Rugerius *Opusc. de Verbo Dei tradito cap. 3. Apostolorum itaque Verba Deo erunt tribuenda.*

In hanc eandem rem insigne, ac præclarissimum extat nobis testimonium D. Petri fratris Maioris SS. Basilij, & Gregorij Nysseni in libro Arabicè inscripto *البرهان Demonstrationis, cap. de Ieiunio, verba ipsa sunt. فكل ما امروا به الرسل الاطهـ اراهـل الامان*

الایمان فهو امر المسیح وكلما فرضوا عليه من شيء
فريضة وكل شيء سنة ووضعوه فهي سنة وامرورة

Quicquid praeceperunt sancti Apostoli fidelibus, est eiusdem Christi praeceptum; & quicquid decreverunt ipsis, est eius decretum; & quaecunque sanxerunt, & posuerunt, sunt ipsius Sanctiones, & Praecepta.

Accedit ex Protestantium Antesignanis ipse Caluimus in cap. 2. Act. de impositione manuum: *Non credibile esse, inquit, nisi Christi mandato manuum impositione usus fuisse Apostolos.*

Succinit ex eodem grege Vrsinus de Doct. Christi agens de sanctificatione diei Dominicae: *Hanc, inquit, esse Apostolicam traditionem credimus; ipsos autem sine Christi mandato id fecisse, non est credibile.*

Contra fortè occurret Aduersariorum nonnemo, dicetque: Verba haec Canonis 37. *Et sint Patriarchae quatuor tantum*, sunt verba constitutiva, adeoque Romani Pontificis Primatus hic, & praerogatiua habetur ex Concilij constitutione, & decreto, non autem à Christo, aut Apostolis ex eius mandato.

Ad haec dicimus: verba illa non esse constitutiva, sed prohibitiua. Ijs enim prohibuerunt Patres, ne sint plures Patriarchae, quam quatuor iuxta Apostolica mandata. Quemadmodum si praesens Romanus Pontifex Diploma conderet, quo prohiberet, ne plures

sunt Cardinales, quàm septuaginta, sic incipiens: *Et sint Cardinales septuaginta tantum*, quis tam stolidus, & bardus esset, vt indè inferret, hoc Diplomate Cardinalitiam dignitatem institutam fuisse? Et quis tam cœcus, vt non dispiciat, verba illa esse prohibitiua? Ego sanè puto, eam prohibitionem factam ideò fuisse à Patribus Nicænis, vt quorundam Præfulum occurreretur ambitioni, qui suarum vrbium freti amplitudine, & Maiestate Patriarchatus titulos, & dignitatem vehementer expetebant. Et sanè euentus deinceps hoc nos docuit.

Quamobrem hic deridendus est, & exhibendus cum Symmystis Sibrandus, qui lib. 3. cap. 3. *De Papa Romano*, probare conatur, Primatus prærogatiuam Romano Pontifici Nicænos tribuisse Patres Urbis totius Orbis Principis gratia. Sed audiant isti Hieronymum in Epist. 85. ad Euagrium: *Vbiunq; fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandria, siue Tarsis, eiusdem meriti, eiusdem est & Sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt.*

Ex Orientalibus autem audiatu Hebediesu in Collectione Canonum capite postremo, in quo postquàm recensuit Sedes Patriarchales ab Apostolis constitutas in toto Orbe terrarum hæc subdit:

nonis 44. Concilij Nicæni, asserit Romanum Pontificem locum seruare, seu tenere Petri in tota Ecclesia, nulla facta Pauli mentione; quemadmodum & nullibi, nisi in notato sensu.

C A P V T X V.

Rursus idem asseritur Primatus ex Can. 70. eiusdem Concilij Nicæni, qui est de appellationibus Episcoporum ad Romanum Pontificem.

EA est summa, ac suprema potestas in vnaquaq; Republica benè composita, & constituta, ac optimis administrata legibus, ad quàm ceteræ omnes appellant, eiusque ita subeunt Iudicium, vt nemini licitum, aut integrum sit ab eo recedere, aut reclamare. Alioquin nec benè esset composita Respublica illa, neque constituta, aut bonis administrata legibus; cum nullus in ea esset inferiorum ad superiores ordo, nullus litigiorum finis, sed omnia susque deque confusa, & perturbata.

Ex quo in veteri Hebræorum Synagoga, siue Ecclesia ad eiusmodi euitanda incommoda, rerumq; omnium perturbationes, ita per Moysen Deuteron. 17. sancitum fuit: *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem,*

cau-

causam, & causam, lepram, & lepram, & Iudicium intra portas tuas videris Verba Variari: surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesque ad Sacerdotes Levitici generis; & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore: queresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij Veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui presunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israël: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

Quod fanè cùm ita sit, quis prudens, & cordatus, ac rationis vsu vel parumper vtens credet, aut sibi persuadebit, Christianam Rempublicam non à Moyse, aut Prophetarum aliquo, sed ab ipso Dei Verbo, siue Sapièntia sic institutam esse, vt nullus in ea esset ordo, nulla suprema potestas, quæ summa, amplissimæ auctoritate lites, & controuersias inter litigantes componere, dirimere, ac decidere ita possit, vt ab eius sententia, & iudicio, nec reclamare, nec recedere licitum sit vlli mortalium? Quinimò eò perfectior esse oportet Christiana hæc Respublica veteri illa Mosaica, quò eius auctor Christus Moyse auctore Veteris præstantior est.

Et profectò id incommodi experti iam dudum, sunt Aduersarij, & vsu tractando ita cognouerunt, vt nequieverint sibi temperare, quin publicis editis scriptis hac de re grauiter conquesti sint, miseram deplorantes vicem. Vnus nunc audiatur Eduuinus Sandes in relat. Stat. Relig. §. 45. & § 2. *Romani pro communi parente, admonitore, & duce habent Pontificem ad lites dirimendas, ad controuersias sopiendas, ad Religionem suam Conciliorum consensu Uniformiter temperandam &c. E contra Verò Protestantes sunt Vebuti factiones dispersæ, & palantes greges trabentes singuli animos diuersos sine omni ad iurgia componendâ, ad repugnantias tollendas, ad animos conciliandos, praesidio. Nullus est Princeps supra reliquos iurisdictionis prerogatiua præeminens: Nullus Patriarcha, ne Vnus quidem cum superioris potestate, aut cura ad Ecclesiarum dissiunctarum consensionem conciliandam: Nulla ad Synodos indicendas, quæ Unica spes concordie ineunda, & quas optimi quique obnixè suspirant, ratio superest.*

Sed verò si peruicaciter contendent adhuc Aduersarij, asserentque appellationes spectare ad Concilium, his ita reponit vnus ex eorum grege Schluselburgius in Catalogo Hæreticorum lib. 13. *Quis enim nostrum sibi arrogabit, vt locum habendo Concilio constituat, diem dicat, Variarum nationum Theologos euocet? Et quis in ipsa Synodo præsidebit? Porro quis index erit inter litigantes?*

Ad

Ad nostram redeunt ergo Aduersarij sententiam, dum vltro fatentur, opus esse parente aliquo communi, admonitore, & duce cum suprema auctoritate ad lites dirimendas, & controuersias sopiendas, & qui locum habendo Concilio constituat, diem dicat, Theologos variarum Nationum euocet, Synodo præsideat, & qui iudex sit cum superioris potestate, & iurisdictionis prærogatiua inter litigantes.

Quod cum ita sit, & aliter esse nequeat, siue diuinæ, siue humanæ spectentur rationes, & leges, iudex iste cum suprema potestate, & iurisdictionis prærogatiua super ceteros nullus esse potest, quam Romanus Pontifex. Nam hæc potestas non potest residere penes Conciliū secundum eosdem etiam Aduersarios, quoniam in ipso Concilio requiritur qui præsideat, qui iudex sit inter litigantes, qui controuersias dirimat cum suprema iurisdictionis potestate. Ergo agnoscunt, atque fatentur vel inuiti, aliquem esse supra Conciliū, quod & constat ex Can. 44. Concilij Nicæni supra à nobis allato. Neque etiam penes Patriarchas, quod vnum restat, potest residere illa potestas, & præminens prærogatiua, quia in Patriarchas eandem potestatem, & iurisdictionem habet Romanus, quam Patriarchæ habent in subditos Episcopos ex Canone 44. Concilij Nicæni, quem supra attulimus. Superest ergo, vt dicamus, hanc potestatem, & supremam iurisdictionem iudicis Con-

trouerfiarum, & appellationum ex omnium confen-
fu, & confessione residere penes Romanum, itaut ab
eius sententia, & iudicio recedere, aut reclamare fas
vlli mortalium sit, vel ad Concilium, vel quempiam
alium cuiuscunque sit dignitatis, & gradus, si Chri-
stianus is haberi vult. Sed videamus iam quid hac
de re sanxit olim Nicænus Canon, qui adhuc superest
Orientalibus.

القانون الاحد والصدعون

Canon 71.

ان قدف اسقف من الاساقفة بشي فاجتمع اساقفة
ذلك الكرسي وحلوه من مرتبتهم ومنعبوه من
خدمته فان هو احب ان يلجا متطلباً الى المغبوط
اسقف كنيسة روميه اعني البابا واحب ان
يسمع منه ظلامته وراى ذلك انه من الحق الفحص عن
امره ثانياً وساله انه يكتب له كتاب الى جميع
ابريشياته والى الاساقفة الجاوردين الى تلك الابريشة
ليجتوا عن امرة بمناساقفاً ويستقصوه ويحكموا
عليه بما يوجب الحق الواجب. وان سال ايضاً
اسقف روميه ان يسمع قصته منه بتحريك والتدبير
منه ان يوجه من قبله بقسا قريتين باحكام
الكنيسة ليختبروا ويحكم بسلطانه ما يجب ان
يفعل

يفعل في امرة فيحكم بالحرم مع البعده الذي
 وجههم ليحكموا مع الاساقفه وان يكون لهم
 الرئيس الذي بعث بهم فيمنه غي ان يجاب الى ذلك
 وان يكتفي به في الوقت على قصة الاسقف والحكم
 عليه بما يجب وما يراه اسقف روه ييه البابا من
 الصواب. ومن خالف هذه السنه فالجماعه تحرمه

Si quis Episcoporum delatus fuerit aliqua in re, propterea conuenientis Episcopi illius Sedis, & exsoluerint illum suo ordinis, & ministerio interdixerint: Volueritque ille appellare, & querimoniam deferre ad Beatissimum Episcopum Ecclesie Romanae, nempe Papam, placueritque ei (Papae) audire querimoniam illius, atque iustum ipsi visum fuerit, iterum perscrutari negotium eius, & rogauerit illum (Episcopus delatus) ut pro se scriberet ad Uniuersam illius prouinciam, & ad Episcopos contiguarum prouinciarum, ut per diligentem exquirerent de suo negotio, & peruestigantes iudicium de illo ferrent iuxta iustitiam aequitatem. Si vero rogauerit ille Episcopum Romae, & commouerit eum, ut suam confestim audiret causam, siue obtinuerit ab eo, ut mitteret a suo latere duos Presbyteros Ecclesiasticarum causarum peritos, ut exquirerent, & inuestigarent auctoritate seu potestate illius, quid agendum sit de ipsius causa, & sub anathemate obstringat Legatos, quos mitteret, ut iudicent cum Episcopis, ac principatum habeant legati. Et profecto

obediendum in hoc est, statimque acquiescendum in causa illius Episcopi, atque iudicio de ipso lato, quæ consentaneum, rectumque visum fuerit Episcopo Romano Papa. Quicumque autem sanctioni huic adversatus fuerit, Synodus anathemate illum percellit.

Canonis huius mentionem facit inter alios Zosimus Papa in sua Decretali Epistola, & Monitorio ad Patres VI. Concilij Carthaginensis; & cum non extaret illis Patribus Canon iste, in controuersiam illum vocarunt; proindeque multum, & acriter hinc inde disceptatum est. At mirum non est, Canonem illum, quemadmodum & multa alia eiusdem Concilij apud Patres Carthaginenses tunc non extitisse, quia Nicænum Concilium in tota Græcia, & Aegypto combustum fuisse ab Arianis, immaniter tunc ubique sequentibus, ex Scriptoribus Ecclesiasticis bene sciunt omnes, qui eas historias euoluerunt.

Ex ea Patrum Concilij Carthaginensis dubitatione ansam arripuerunt Centurionatores, & alij, qui bellum Ecclesiæ Romanæ indixerunt nefarium, in simulandi falsitatis Zosimum, Bonifacium, ac Cælestinum summos Pontifices, qui hunc Canonem tantquam Nicænum laudarunt, & Carthaginensibus Patribus tunc subdubitantibus opposuerunt. Sed profecto Canonem de appellationibus ad Romanum Pontificem in Concilio Nicæno sancitum fuisse aliquem, nemo dubitat, nisi qui impudenti fronte, & ore

ore omnia, vel sint eidentissima, negare sit paratus.
 Qua enim ratione appellasset S. Athanasius à Con-
 cilio Antiocheno vi Nicæni decretorum ad Iulium I.
 qui eum, sociosque absoluit, & in suas Sedes, à qui-
 bus deiecti erant in Concilio Antiocheno, restituit?
 Forfan ignorare poterat Athanasius, quid in Concilio
 illo statutum fuerat? An illius magna pars non fuit
 Athanasius? Aut Iulius præter Ecclesiæ Canonem
 Athanasij admisit appellationem? Minimè verò te-
 ste Theodoro lib. 2. Hist. cap. 4. hisce verbis: *Iu-
 lius Ecclesiæ Canonem secutus eos iussit Romam Venire,
 & D. Athanasium, quò pro se in iudicio responderet vo-
 cavit.*

Appellavit etiam eodem tempore ad eundem
 Iulium Paulus Constantinopolitanus Episcopus,
 quemadmodum inter cæteros perhibet Martyrolo-
 gium Ægyptium sub die V. mensis Babe: في هذا
 اليوم تخرج الاب القديس انبا بولس بطريرك
 مدينة القسطنطينية هذا الاب كان تلميذا
 للاب الكسندروس بطريرك القسطنطينية فلما
 تخرج قدم هذا الاب موضعه: فلما جلس على الكرسي
 للبطريركية طرد تباع اريوس واخلاه من عن
 القسطنطينية واعمالها: فلما تخرج قسطنطين الملك
 وملك ابنه قسطنطينوس على القسطنطينية واخوه

على رومية وكان قسطنطينوس هذا يري برای اريوس
ويعتقد معتقده الجحى غير عليه ما فعله الاب
بولس باهل ملته فساله يكف عنهم حرومه ولعنتمه
قلم يكف فعضب ونفاه من القسطنطينيه : وكان
قد سبق نفا اثناسيوس من الاسكندريه فاجتمعوا
كلاهما في مدينه روميه عند القديس يوليسوس
البابا فقبلهما احسن قبول وكتب لهما كتاب
الى الملك يصف له فضلها ودينهما ويامر
يقبولهما : فلما وصلوا الى القسطنطينيه ووقف
الملك على كتب البابا قبلهما حيا من البابا
وامهلها يسيرا ثم نفاهما ايضا فعادا ايضا الى روميه الى
البابا فاخذهما البابا وادخلهما الى قوسطا الملك وشكا
له حالهما فكتب لهم قوسطا الى اخيه يامر
يقبولهما ويهدده بانه ان لم يقبلهما والا زالت
السلامه من بينهما وتجرده حربه : وكتب لهما
البابا ايضا كتب اخر فقبل الملك كتب
اخيه وكتب البابا واجلسهما على كراسيهما

*Hac die requievit S. Pater D. Paulus Patriarcha Urbis
Constantinopoleos . Erat autem Pater iste discipulus
patris Alexandri Patriarchae Constantinopoleos, quo re-
quiem adeptus, hic Pater loco eius successit. statim autem
atque Patriarchalem obtinuit Sedem, Arij expulit Se-
ctato-*

Etatores, eosque ex Constantinopoli, eiusque provincijs
 eiecit. Mortuo autem Constantino Imperatore, regnavit
 Constantinopoli filius eius Constantius, frater vero eius
 Roma: Constantius autem iste Arij sequebatur opinio-
 nem, eiusque impiam profitebatur religionem, proinde
 agrè tulit ea, quae fecerat pater Paulus aduersus homi-
 nes sua secta. Quare rogavit cum, ut abstereret, ne
 amplius in eos anathematismos, & maledicta conferret,
 qui renuit. Quamobrem ira percitus Constantinopoli expul-
 lit illum, & iam dudum Alexandria expulerat Athana-
 sium. Conuenerunt itaque ambo in Urbe Roma apud
 S. Iulium Papam, qui comiter excepit illos, scripsitque
 Epistolas Imperatori pro eis, in quibus ipsorum recensabat
 ei Virtutes, & religionem, illique praescribebatur, ut eos
 susciperet. Quos autem Constantinopolim peruenientes,
 lectis Papae literis, suscepit Imperator ob Papae reuerentiam,
 illosque aliquantulum tolerauit, tum etiam exilio mulctauit.
 Qui iterum reuersi sunt Romam ad Papam, introduxitque
 illos Papa ad Constantem Imperatorem, & eorum expo-
 suit illi statum: scripsitque Constans pro eis fratri, ipsi
 mandans, ut illos susciperet, insuper minitatus est ei, ni
 susciperet eos, se pacem fracturum, & indicturum ipsi
 bellum. Scripsit alias etiam Papa literas pro eis. Susce-
 ptis itaque Imperator literis fratris, nec non literis Papae,
 Sedibus suis restituit eos.

Haec prosequitur etiam Theodoretus lib. 2. Hist.
 cap. 4. & 5. Sozomenus lib. 3. cap. 8. Socrat. lib. 2.

cap. 16. Iulius ipse, ut refert Athanasius Apolog. 2. obiurgavit Orientales, quod se non præmonito, iudicium de Marcello, & Athanasio Episcopis fecissent. *An ignari estis, inquit, hanc consuetudinem esse, ut primùm nobis scribatur, ut hinc quod iustum est, definiiri possit.*

Chrysostrmus Canonis huius vi, seu Concilij Nicæni decreto appellavit ad Innocentium Papam: cui sic scribit Epist. 1. *Obsecro, ut scribas, quod hæc tam iniquè facta non habeant robur, illi Verò qui iniquè egerunt, pœna Ecclesiasticarum legum subiaceant.* Ex quo idem Innocentius in eadem causa Chrysostrmi apud Sozom libr. 8. cap. 26. probat, omnès Episcoporum causas ad se pertinere.

Item Flavianus Constantinopolitanus Patriarcha quo iure, & auctoritate à secundo Concilio Ephesino appellavit ad Leonem I. nisi vigore huius decreti, seu Canonis, veluti Epist. 25. scribit ipse Leo? quemadmodum eodem tempore ad eundem Leonem appellavit & Theodoretus Episcopus Cyri, auctore Liberato in suo Breviario cap. 12.

Licet autem audire ex Gelasio Papa Epist. ad Episcopos Dardaniæ, qui auctoritate absoluti sunt à Synodorum Orientalium sententia, & damnatione priores tres Præfules, nempe Athanasius Alexandrinus, Ioannes Chrysostrmus, ac Flavianus Constantinopolitanus. *Apostolica Sede,* inquit Gelasius; *fre-*

quæ non videtur esse, more maiorum etiam sine ulla Synodo precedente, & solvendi quos Synodus iniquè damnauerat, & damnandi nulla existente Synodo, quos oportuit, habuit potestatem. Sancte quippe memoria Athanasium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum Sedes Apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absoluit. Sanctæ memorie nihilominus Ioannem Constantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Presulum cerè damnauerat, quem simili modo Sedes Apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit. Itemque S. Flavianum Pontificem Græcorum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola Sedes Apostolica non consensit, absoluit; potiusquàm qui illic receptus fuerat, Dioscorum secunde Sedis, Presulem suæ auctoritate damnauit, & impiam Synodum non consentiendam submouit, & suæ auctoritate, ut Synodus Chalcedonensis fieret, sola decreuit.

Ex hæcenus, itaque dictis planissime constat, & euidentiissime, non simplices tantum Episcopos, verum etiam Christianæ Republicæ Summos Antistites, nimirum Patriarchas ipsos à Conciliorum quoque iudicio, & decretis ab inuente Christianæ Religionis memoria, & nomine Romanum appellasse Pontificem, & indè absolutionem esse consecutos.

Constat præterea, Romanum Pontificem ad neminem appellasse vnquam, quod supremæ profectò iurisdictionis, & potestatis est, quæ nullam agnoscit su-

periores in terris. Hinc Ennodius Diaconus in suo libro id scriptum reliquit: *Aliarum hominum causas voluit Deus per homines terminari Sedis Verò ipsius Præsulem suo sine questione seruauit arbitrio, Voluitque Petri Apostoli Successores Cælo tantum debere innocentiam.*

Sed quis proinde nescit, Dioscorum secundæ Sedis Præsulem non tam ob Hæresim, vt scribit Nicolaus I. in Epist. ad Michaellem Imperatorem, quàm ob horrendam præsumptionem, qua in Concilio Ephesino secundo ausus fuerat, dictare sententiam aduersus Leonem Romanum Pontificem? Sed nec solum damnatus fuit Dioscorus, verùm & Concilium illud irritum habitum est, quod fuerit celebratum sine Romani Pontificis consensu, & repugnantibus Sedis Apostolicæ Legatis, vt ex Act. 16. Concilij Chalcedonenfis clarè liquet.

Vndique igitur liquet tam Orientalium auctoritate, & testimonio, quàm Occidentalium, Romanum Pontificem esse supremum illum controuersiarum Iudicem, Conciliorum arbitrum, vniuersæ Christianæ Religionis Caput, Petri successorem, Christum in terris Vicarium.



CAPVT XVI.

*In quo studiosè inquiritur , utrùm Concilium
Nicænum alios ediderit Canones præter
illos 20. qui Græcè , & Latine
circumferuntur ?*

Celeberrimum illud Nicænum Concilium Pa-
trum 318. per plures edidisse Canones præter
20. illos , qui Græcè , & Latine in Tomis Concilio-
rum leguntur , Orientalium addubitat nemo . Quin-
id ipsa præfatio , quæ Concilio præmittitur , luculen-
tissimis hæc testatur verbis :

ثم بدوا يدارسه من
دخل معهم من المذاهب والممارين ومكنوا
بذلك ثلثة سنين حتى اقرروا بالحق بالسنتهم
واما ضميرهم وما انطروا عليه الله اعلم به . فكتب
ما دورس به هوئيك المذاهب وغيرهم وما جادل
بعضهم بعض به وتحادوا به فيما بينهم في اربعين
كتاباً . وبالذى تكلمت به الابا القديسون من
اقوالهم وامنهم في خمسة عشر كتاباً وهي المعروفة
بلا بوسطوليكات وهي مودعه في خزائن الكنايس
لانها نوتت في استماع العالم سوى القوانين والسنن
التي وضعوها فانها كتبت في ثلاثة كتب

Deinde disceptare cœperunt cum Hæreticis , & Hypocri-
tis , perduravitque huiusmodi congressus trium annorum
spatio. donec isti coacti sunt ore Veritatem fateri , que
Verò corde , & animo fouebant , sedas nouerat Deus. De
scriptum autem quæquid cum Hæreticis , & Fidei impu-
gnatoribus disputatum est , & quicquid Patres inter se col-
locuti sunt , atq; discussèrunt , quadraginta libris . Singulo-
rum Verò Sanctorum Patrum sententia , & Fidei profes-
siones , quas ediderunt , alijs libris quindecim , qui nomen
Apostolicarum dignoscuntur , conseruati in quinq; Ecclesiarum
Bibliothecis . siquidem hæc descripta sunt , & per Uniuer-
sas Orbis terrarum provincias promulgata , præter Cano-
nes , & Constitutiones , qui alijs libris tribus congesti sunt .
Post pauca autem verba subdit eadem præfatio :

والسفن التي وضعوها فهي كثيرة جدا لانها وضعت
للملوك والسكندرية والروسا والقضاة والمدبرين ولاهل
البلدان كل بلد بما يصلح له . وبنسبة الديارات
ومكانها وروساها . وطينقات ودياراتها من الرجال
والنساء . وطينقات اهل البعثة والجنود والتجار والسوق
والدواتية واصحاب الموايد ايضا واصحاب الصنائع
والزنانة والفقير واصحاب اليهودي والمتكاثرين في
الزواج ولم يتزوجوا معمرة ولا كمبرة الا
وزكروها وفرضوا لها سنين
Constitutiones autem , quas posuerunt . quamplurime
qui-

ET EIVSDEM PRIMATV. 139

Iquidem sunt. Et nimirum sancita sunt: Regibus, Sacerdotibus, Principibus, Iudicibus, Rectoribus, & Prouincialium, Incolibus; De singulis expedis regionibus. Item Monasterijs, eorumque habitatoribus, Abbatibus, & singulis ipsorum ordinibus: tam Virorum, quam mulierum, nec non Ecclesiastica Hierarchia. Præterea Ducibus, militibus, mercatoribus, ciuibus, nauis, nummularijs quoque, artificibus, fornicarijs, adulteris, concubinarijs, & polygamis. Nec quicquam paruum, vel magnum prætermisserunt, cuius non fecerunt mentionem, & cui non statuerunt legem.

Ratio autem, cur tot statuta, & leges sancitæ sunt in eo confesso, ibidem statim redditur. وذلك ان الملك
ومظنماوه وقواده وخدموده وبطارقه وطاقه حاشية
وخاصته والاول ملكته كانوا جميعا ضارقي
حتاجين الى ما يقيم دينهم من الهدى والقوانين
 Id. autem propterea, quia Imperator, & Magnates (Duces, Milites, Patrij, & ipsius Curie ordines, nec non Familiares, & Imperij, ipsius incolæ Christiani erant, adeoque Canonibus indigebant, & Constitutionibus ad suam stabilendam Religionem.

Quasi verò dixisset: Cum Imperator recens ad Christi fidem conuersus esset vna cum suis, & eò usque nulla Generalium Synodorum factæ essent Constitutiones, quibus regerentur Neophyti, magnum hoc

270 . DE ORIG. NOM. PAPÆ.

& primum Generale Concilium omnia ea, quæ ad Christianam Religionem statuendam, firmandamq; ac ad recentis, crescentisque Ecclesiæ regimen, necessaria erant, sanciendo prospexit.

Cui Orientalium assertioni mirum in modum fauet Gelasius Cyzicenus in præludijs Commentariorum Act. Concilij Nicæni perscribens: *Omnia, quæ in præclara illa, & sancta Synodo dicta, facta, & constituta fuerant, iam pridem cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cum illa inuenissem in antiquissimo libro in membranis planè integris descripta: qui fuit diuini, & celeberrimi Dalmatij in illustri Cyzicenorum Metropoli sanctæ Catholice Ecclesiæ Archiepiscopi: qui que tandem ad familia nostræ dominum deuenit, patrem dicentem secundum carnem dignum habitum, qui in ordinem Presbyterorum eiusdem Ecclesiæ cooptaretur. In quem sacrum librum cum incidissem, multumque in eo posuissem studij, nec potuissem memoria omnia retinere (nemo enim hominum immensum illud mare, omnium, quæ in eo recondebantur memoriter in ore habere poterit) plurima annotari sanctorum nostrorum Patrum.*

Photius verò Constantinopolitanus in summa librorum à se lectorum, meminit se legisse librum hiltoriam præferentem Actorum in Concilio Nicæno, qui diuisus erat in tres partes. Testatur præterea, se inuenisse alium Codicem hæc eadem continentem. Acta sub nomine Gelasij Episcopi Cæsareæ Palæstinæ.

Adsti.

Adstipulatur quoque Isidorus in prologo Collectionis Canonum, qui se audisse, affirmat, quosdam Orientales Episcopos asseuerantes, se vidisse ingens volumen Actorum Synodi Nicænæ, in quibus aiebant iudicia querimoniarum, & definitiones, ac Constitutiones contineri.

Nec mirandum est, si tempus attendamus, quoduravit Concilium illud, & Patrum in eo congregatorum numerum. Nam tempus triennij fuit, vt præter præfationem supra allatam testantur inter alios Nicephorus lib. 8. cap. 14. & 26. vbi scribit, *Concilium Nicænum, annis tribus paulò amplius celebratum fuisse*, quicquid contra dicat Posseuinus in suo Apparatu verbo *Nicephorus*. Et Gelasius Cyzicenus in Comment. Concilij Nicæni par. 2. post Epistolam Constantini Imperatoris datam ad Episcopos, qui sancto, & magno Concilio non interfuerant, ita de illius erga Patres pietate, cura, ac sollicitudine in eo Concilio celebrando differens: *Sexto quidem decimo anno, & sexto mense regni sui iuxta veteres historias, vt supra diximus (scilicet cap. 5.) sanctum Episcoporum Concilium congregauit: anno Verò vicefimo cum Synodi conuentum dissoluisent, in suas Paræcias, vt dictum est, vnumquemque dimisit.*

Quamobrem æquum, ac par est credere, sanctissimos, sapientissimosque Patres illos 318 triennij intervallo plura alia sanxisse Ecclesiæ tunc quasi nascen-

tis regimini necessaria, & opportuna, quam 20. eos
 Canones; nec otiosos tantum temporis conterentes ibi
 confedisse;

Imò qui aliter sibi persuaserit, & summis Ponti-
 ficibus, & sacris Concilijs, & sanctis Patribus, & Ec-
 clesiasticis Scriptoribus maxime iniurius esse videtur.
 Id enim omnes pleno restantur ore; Nicænum Con-
 cilium plura sanxisse decreta, constitutiones, & Ca-
 nones, quàm illos 20.

Ex summis Pontificibus S. Leo primus multa af-
 fert Epist. 53. 54. 55. ex Nicæna Synodo aduersus
 Anatolium Constantinopolitanum Episcopum ius si-
 bi supra Alexandrinam, & Antiochenam Ecclesias
 vsurpantem.

Julius 7. Epist. 1. & in Rescripto ad Orientales
 Episcopos, plura de Ecclesiæ Romanæ prerogatiuis
 in Synodo Nicæna sancita refert, quorum vi, & au-
 ctoritate eos obiurgauit, quod se non præmonito iu-
 dicium de Marcello, & Athanasio Episcopis fecissent,
 uti testis est ipse Athanasius Apolog. 2. Item horum
 vigore ipsum Athanasium ad se appellantem suæ resti-
 tuit Ecclesiæ.

Innocentius Papa Epist. 6. ad Agapitum Mace-
 donium ex Nicæna Synodo multa refert de generibus
 non ordinandorum, & de pœnitentibus, alijsque in
 Epist. 24. ad Synodum Toletanam.

Zosimus in sua Decretali, & Monitorio ad VI. Con-
 cilium

cilium Carthagineſe tres præfert Canones ex Nicæna Synodo; primum de appellationibus Episcoporum ad Romanam Sedem; alterum de appellationibus Præbyterorum, & minorum Clericorum ad Episcopos vicinos: tertium de non eundo ad Comitatum. De primo quanta olim fuit altercatio sub eodem Zofimo, Bonifacio, & Cælestino ſummis Pontificibus, præfertim cum Africanis, doctis viris ſatis notum eſt.

S. Marcus Papa in Epistola ad S. Athanaſium, & Episcopos Ægypti petentes ſibi mitti decreta Concilij Nicæni, reſpondet: ſe in Sedis Apoſtolicæ Archiuis inueniſſe Capitula Nicæna, quæ S. Silueſtro fuerant miſſa, integra, *Quæ, inquit, propter auctoritatem, & ſubſcriptionem tantorum Patrum, & eius magni Concilij minime miſimus, ſed pro eiſdem coram Apocriſarijs Veſtris alia ſimilia, eundem numerum, eadem Verba, & ipſam ſubſcriptionem continentia Vobis reſcribere, & ſub certa ſtipulatione, & confirmatione mittere curavimus.*

Concilia autem quod attinet, in Ephefino Act. 7. citatur privilegium à Patribus Nicænis Cypri Eccleſiæ collatum, quod eſt Canon 43. ex 84. qui nomine Concilij Nicæni inter Orientales circumferuntur.

In calce Concilij Chalcedonenſis, vt notat Belſarminus lib. 24. de Rom. Pontif. cap. 25. refert Atticus, in Concilio Nicæno determinatam fuiſſe rationem ſcribendarum formatarum, de quibus loquitur

etiam Optatus libro 2. contra Parmenianum.

Concilium Antiochenum Can. 1. asserit, non licere Pascha diuerso tempore facere, nec cum Iudæis celebrare, sicut in Concilio Nicæno statutum est. Quem Canonem integrum refert ex Orientalium Editionibus Marcus Patriarcha Alexandrinus in Epistola ad Michaëlem, & Basilium Episcopos agens de Paschatis celebratione. Canon is est apud laudatum Marcum: *Et facta est inter nos maxima contentio de instantis sancti Paschatis celebratione. Comperimus enim tria præcipua Orbis Climata Unà cum Uniuerso reliquo sub Sole Orbe concorditer celebrantia Paschatis diem; Asiam Verò solam, & subiectas ei regiones, quæ minima respectu cæterarum pars est, in hoc dissidentem. Quamobrem benè nobis visum est, ut Asiatici, & qui ad eos referuntur, Romanorum, Alexandrinorum, ac reliquarum sequentes exemplum cæteris conformentur Orbis habitatoribus, & concorditer Pascha celebrent Una eademque die, qua Dominus resurrexit à mortuis, quæ quartam decimam Lunam primi mensis subsequitur; Ut in hac etiam opere sumus concordēs, ac Unum idemque Verbum proferamus Ubique de Morte, & Resurrectione Domini nostri Iesu Christi: Utque inconcussi in eadem maneamus fide, & sanctum nostrum glorificetur fundamentum, & ex hoc Uno opere dignoscatur omnium nostrum Unam esse fidem.* Post hoc Nicæni decretum factam fuisse concordiam, & consonantiam sanctissimi Paschatis, patet ex literis ipsius.

ipſius Nicænæ Synodi ad Alexandrinos, & Ægyptios, velut ſcribit Theodoretus lib. 2. cap. 12.

Balfamon explanans primum illum Canonem Concilij Antiocheni in eos, qui Canonem Concilij Nicæni de celebratione Paſchæ non ſeruant, aſſerit, eum non inueniri inter Nicænos, ſed in Actis primæ Synodi. *Hoc*, inquit, *in Canonibus Nicæni Concilij non eſt inuentum, ſed in Actis primæ Synodi inuenitur.*

Quid autem velit nomine primæ Synodi Balfamon, non ſatis conſtat, niſi intelligat primum volumen, de quo Orientales, vbi de celebratione Paſchatis actum fuiſſe ferunt. Aut etiam intelligit Synodum Romanam ſub Victore Papa celebratam, in qua primum de Paſchatis celebratione actum eſt, cuius fortè Nicæna deinde ſecuta eſt decreta. Nam eodem tempore Demetrius Patriarcha Alexandrinus Epactæ auctor fuit, qua ratio ſubducitur Paſchatis, libellumq; edidit, cuius exemplar miſit Victori Papæ, qui in ea Synodo Romana decreuit contra Aſiaticos, qua die Paſcha celebrandum fit. Huius Romanæ Synodi fit commemoratio in Martyrologio Ægyptio ſub die 10. menſis Ægyptiorum Hatur hiſce verbis.

وفي هذا اليوم اجتمع مجمع مقدس برومية على ايام
بقطرس البينا وسبب اجتماع هذا المجمع ان
النصارى لم يزالوا يعطسوا ويصوموا في عهد اليوم
الثاني عشر من طوبه ثم فطروا ففجع الصوم في اليوم
الثاني

الاثنى والعشرين من امشير ثم يعيدوا عيد الالام
 بعد ان يفطروا بايام : فلما تقدم القديس ديمتريوس
 فكان زجلا فلاحا لا يعرف الكتابيه ولا الكهنه
 فانار الله عقله بالنعمة الالهيه فعرف كتب البيعه
 جميعها وحفظها وشرح اكثرها : ثم انه استخرج
 حساب الابقى الذى به يستخرج الصوم والقيامه
 فاستخرجه قبطيا روميا ثم ارسل منى فلما نطقه
 الى الاب بقطرس بابا روميا

*Hac autem die congregatum fuit Romæ sanctum Conci-
 lium sub Kicthore Papa. Causa Verò congregationis hu-
 ius Concilij fuit, quòd Christiani hæc tencs celebrabant
 solemnitatem Epiphaniæ, & Ieiunij, initium faciebant
 mane diei duodecimi mensis Tibe, & comedebant Pascha
 Ieiunij die 22, Amscir; deindè agebant solemnitatem
 Passionis aliquos dies post fractionem Ieiunij. Cum au-
 tem initiatus fuisset S. Demetrius, qui Vir erat rusticus,
 scripturæ, & librorum ignarus, eius intellectum divina
 gratia illuminavit Deus, didicitque Ecclesiasticas Scriptu-
 ras Universas, easque memoria tradidit, ac earum maio-
 rem partem exposuit. Praterè Epacta supputationem
 inuenit, quâ Ieiunij, & Resurrectionis subducitur ratio,
 eamque Coptice, & Latine conscripfit, & illius missis
 Exemplar ad Patrem Victorcm Papam Romæ.*

Concilium Arelatense secundum Can. 24. Con-
 stitutio.

litationem ex Concilio Nicæno: *Dei Accusatoribus fratrum, ita profert: Eos qui falsa fratribus capitula obie- cisse coniecti fuerint, placuit usque ad exitum non com- municare, sicut magna Synodus ante const ituit, nisi di- gna satisfactione pœnituerint.* Ad hæc ita Summæ Au- ctor: *Hic est unus Canon præter illos 20. ex Concilio Nicæno, quos supra recensuimus.* In cap. peruenit quæst. 7. citatur etiam statutum Concilij Nicæni contra Si- moniacos.

Patres antiquos plurimum Concilij Nicæni Cano- num mentionem fecisse, nemini in eorum operibus euoluendis versato planè non constat. Sed vt omni- bus id clariùs patefcat, aliquorum in medium testi- monia, & auctoritates proferamus.

S. Basiliius Magnus Epist 78. perscribit, in Con- cilio Nicæno alia constituta esse ad correctionem no- xiorum, alia ad præmonitionem eorum, quæ in futu- rum suboriri possunt.

D. Hieronymus in præfatione libri Judith testa- tur, Nicænam Synodum eum librum catalogo Sacra- rum Scripturarum adscripsisse: *Sed quia, inquit, hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquiri postulatione Vestra, immò exactione.*

S. Ambrosius in Epistola ad Ecclesiam Vercel- lensem, quæ est 82. affirmat, in Synodo Nicæna pro- hibitos bigamos ordinari.

148 DE ORIG. NOM. PAPÆ,

S. Augustinus Epist. 110. scribit in Concilio Nicæno prohibitum fuisse, ne duo Episcopi simul sedent in eadem Ecclesia, quamobrem ita de se testatur *Adhuc in corpore posito beata memoria Patre, & Episcopo Valerio Episcopus ordinatus sum, & sedî cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam.*

D. Athanasius, qui interfuit Concilio, in Epist. ad Marcum Papam testatur, Nicænos Canones fuisse num. 80. qui postea ab iisdem Concilij Patribus in 70. sententias redacti fuerunt; quod & Genebrardus lib 3. Chronographiæ seculo 4. ita confirmat: *Missa (Marcus Papa) ad Athanasium, & Episcopos Aegypti 70. Nicæni Concilij Canones fideliter descriptos ex exemplaribus, quæ Silvester Roma reliquerat, & quibus 20. duntaxat hodiè extant, Arianis igne in ois scientibus, nisi quod in Arrelatensi secundo insunt.* Totidem ferè verbis hoc idem affirmat F. Bartholomæus Carranza in sua summa Conciliorum agens de Marci decretis: *Hic missit, inquit, ad Athanasium, & Episcopos Aegypti 70. Canones Nicæni Concilij fideliter transcriptos ex exemplaribus, quæ Silvester Papa reliquerat Roma.* Idem S. Athanasius, cum appellasset ex Concilio Antiocheno, in quo damnatus fuerat, ad Romanum Pontificem, quod Hæretici id iure fieri posse, cum negarent, Decretis Concilij Nicæni se defendit.

Præter summorum autem Pontificum, Sacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum, quæ mox attuli-

mus

mus, testimonia, hoc idem nostrum confirmantia argumentum, alia quoque aliorum Scriptorum fere innumera occurrunt tam apud Orientales, quam Occidentales in hanc eandem rem, quæ missa nunc facimus, ne longior, quàm par est, nostra protrahatur inutiliter oratio, & tædium lectoribus creemus, præsertim verò cum & Centuriatores, & ipsorum Adversariorum Coriphæi Lutherus, & Calvini id vitæ fateantur teste Bellarmino lib. 2. de Romano Pontifice cap. 25. nec non fratre Paulo Fabulotto Disputat. Theolog. de Potestate Papæ supra Concilium cap. 5. pag. 15.

C A P V T X V I I .

In quo recensentur Tituli Canonum, Constitutionum, & Decretorum Concilij Nicæni, que extant nobis ex Orientalium Editionibus.

Capite superiori diligenter animadversum est, non ex Orientalium duntaxat monumentis, verumetiam ex Photio Constantinopolitano in Summa librorum à se lectorum, ex Hieronymo in prologo Collectionis Canonum, ex Gelasio in Præhædij Commentariorum Act. Concilij Nicæni, ex Patribus, ex Concilijs, ex Summis Pontificibus, plura præter eos

20. Canones in magno, & celebri illo Concilio edita
fuisse. Eorum quæ nobis ad manus extant, aliàs de
de anno 1645. edidimus titulos, & argumenta Lute-
tiæ Parisiorum, quæ autem nunc iterum nostris pro-
ferre, & exhibere Lectoribus abs re non esse duximus;
imò id satis probè ad rem præsentem. Ut verò &
confusionem euitemus, & orationis longitudinem,
in varias totam rem redigimus classes, & alicubi pro-
pter materiæ similitudinem non nihil defleximus ab
Orientalium ordine, ea, quæ sunt eiusdem argumenti
sub vna classe reuocantes.

CLASSIS PRIMA,

Continet Canones 20.

- Can. I.** De castratis, & abscissis.
II. De Neophytis, ne statim ad Clerum promo-
ueantur.
III. Ne mulieribus Clerici cohabitent.
IV. De consecratione Episcoporum.
V. De interdictis ab ingressu Ecclesiæ, Sacerdotes
illi sint, vel laici.
VI. De ordine Ciuitatum, earumque præceden-
tia.
VII. De honore Hierosolymorum Episcopo de-
ferendo.

VIII,

VIII. De Nouatianis, qui non recipiunt pœnitentes.

IX. De Presbytero, qui ordinatur sine præuio examine.

X. De Clerico, qui fidem abnegauit ob timorem infidelium, & resipiscens ad suum ordinem redire vellet.

XI. De laicis, qui Fidem abnegarunt.

XII. De eo, qui Mundo abrenunciauit, tum ad illum reuertitur.

XIII. De excommunicatis, qui instante morte communionem petunt.

XIV. De Catechumenis Fidem abnegantibus.

XV. Clericus de vna ad aliam Ecclesiam ne transeat.

XVI. De ordinatis titulo alicuius Ecclesiæ, tum ad aliam transire curant.

XVII. De Clericis vsuræ deditis.

XVIII. Presbyter reliquos Clericos præcedat.

XIX. De ijs, qui ad nostram Fidem veniunt ex Pãuli Samosatani secta.

XX. Ne genua flectant fideles die Dominico, aut diebus Pontecostes.



CLASSIS SECUNDA,

Continet Canones 84.

- Can. I. Nullus energumenus ad Clerum promoueatur.
- II. De Seruis, quos inuitos Domini castrauerunt, vel circumciderunt.
- III. De Catechumenis.
- IV. Ne mulieribus cohabitent Episcopi, aut Presbyteri.
- V. Nemo constituatur Episcopus, nisi præuio examine, & conscientia Episcoporum prouinciarum.
- VI. Nullus excommunicatus ab alio suscipiatur.
- VII. Bis in anno Episcopi ad suam Metropolitanam congregentur.
- VIII. Patriarcha magnæ Alexandria potestatem habeat in totam Ægyptum, eiusq; Prouincias.
- IX. De electione Episcopi.
- X. De honore præstando Episcopo Hierosolymitano.
- XI. Presbyteri post electionem exanimentur, deindè ordinentur.
- XII. Nullus Catechumenus ad Clerum promoueatur.
- XIII. Nullus Presbyter de vna in aliam transcat Ciuitatem.
- XIV.

- XIV. Presbyteri, qui de vna in aliam transferunt
Ecclesiam, reuerti ad priorem cogendi sunt.
- XV. Nullus Monachus de suo ad aliud transeat
Monasterium.
- XVI. Nullus vsuræ deditus ad Clerum admit-
tatur.
- XVII. Diaconus sacram Synaxim ante Presbyte-
rum ne sumat.
- XVIII. Pauli Samosatani sectatores iterum ba-
ptizandi.
- XIX. Moniales eiusdem sectæ iterum baptizan-
dæ, & benedicendæ.
- XX. De Catharis, seu Nouatianis.
- XXI. Qui ab infidelitate ad Fidem conuertuntur,
suscipiantur.
- XXII. Nemo fidelium cum Magis, & Incanta-
toribus commercium habeat.
- XXIII. De matrimonio fidelium cum suscipien-
tibus è sacro Baptismatis fonte.
- XXIV. Mares è sacro fonte ne suscipiant femi-
nas, nec feminae mares.
- XXV. Nemo contrahat cum puella, quam eius
vxoer è sacro suscepit fonte.
- XXVI. Nemo fidelium cum duabus contrahat.
- XXVII. Presbyter neminem à communionem ar-
ceat ob iram.
- XXVIII. Clerici neque fideiubeant, neque

negotia in Curia promoucant .

XXIX. Quæ menstruis laborat , Ecclesiam ne ingrediatur .

XXX. Excommunicatorum oblationes ne suscipiantur .

XXXI. Clericus ne sit iracundus .

XXXII. In solemnioribus Domini festiuitatibus ne genuflectatur .

XXXIII. Fidelibus ne infidelium imponantur nomina .

XXXIV. De Arianis , qui ad Fidem conuertuntur .

XXXV. Quomodò suscipiendi sunt homines aliarum Sectarum .

XXXVI. Quomodò agendum est cum ijs Hæreticis , qui sacras Scripturas integras retinent .

XXXVII. De numero Patriarcharum .

XXXVIII. De translatione Patriarchatus Ephesi Constantinopolim .

XXXIX. De honore Primati Babylonico deferendo .

XL. In Perfidis regione Concilium ne congregetur .

XLI. De ordine Patriarcharum , & quòd Alexandrinus constituitur tertius .

XLII. Æthiopiæ regionem subiectam esse Alexandrino Patriarchæ .

ET EIVSDEM PRIMATVS

XLIII. De Cypri Metropolita & privilegio eius Ecclesie.

XLIV. Vnusquisque Patriarcha subiectos inuifet Metropolitanas, & Episcopos; deque Roman Pontificis Primatu fupra vnuerfos Patriarchas.

XLV. Ad Metropolitanam bis in anno conueniant Epifcopi.

XLVI. Ad Patriarcham femel in anno Metropolita congregentur.

XLVII. De appellacionibus Clericorum ad vicinos Epifcopos.

XLVIII. Epifcoporum iudicia, & damnatio ad Patriarchas fpectat.

XLIX. Metropolita fine Patriarche confentia Epifcopum neque iudicet, neque damnat.

L. Quomodo audire debet caufas Metropolitanarum Patriarcha.

LI. Epifcopus, quem alius excommunicauit, communioni ne admittat.

LII. Epifcopus fibi fuccefforem ne defignat.

LIII. Clericus Simoniam ne promoueat.

LIV. Ne vni Ciuitati duo conftituantur Epifcopi.

LV. De diuortio, eiusque conditionibus.

LVI. Clericus negotiationes, & vfuras ne exercet.

- o L VII. Christiani ex omnibus Sectis vxores du-
cant, easque ad Fidem reducere curent.
- o L VIII. De electione Chorepiscopi.
- o L IX. De officio Chorepiscopi.
- o L X. Chorepiscopus bis in anno cum suis Presby-
teris Episcopum salutatum adeat.
- o L X I. Abbas quoties, & quomodo adire debeat
Episcopum.
- o L X II. De loco Episcopi in Ecclesia.
- o L X III. Nullus precedat Archidiaconum, &
Chorepiscopum in Ecclesia.
- o L X IV. De registro ordinu, & graduum Clericoru.
- o L X V. De electione Archidiaconi, & Chorepi-
scopi.
- o L X VI. De numero Clericorum in singulis Ec-
clesijs.
- o L X VII. Discincti pfallent Clerici.
- o L X VIII. De Oeconomis Ecclesie, eiusque Pro-
curatoribus.
- o L X IX. Episcopi commemoratio fiat in Diuinis
Officijs.
- o L X X. Quo ordine Diaconus, & Chorepiscopus
procedere debent in funere Episcopi.
- o L X X I. De appellationibus Episcoporum ad
Romanum Pontificem.
- o In aliquibus Codicibus hoc bini Canonis alius habe-
tur Canon, cuius titulus est. De Presbytero, &
Dia-

ET EIVSDEM PRIMATV. 1871

- Diacōno suas repudiantibus vxores . . .**
LXXII. De Bigamis .
LXXIII. Nemo filiam , aut sororem inuitas in
matrimonium tradat .
LXXIV. Ne fidelis maritus infidelem vxor-
rem sequatur , & contra .
LXXV. De Xenodochijs ad egrotos , & hospi-
tes excipiendos .
LXXVI. De Consecratione Episcoporum .
LXXVII. De translatione Episcoporum .
LXXVIII. De electione Episcoporum .
LXXIX. De Diaconissis .
LXXX. De ijs , qui esse recusant vel Sacerdotes ,
vel Procuratores Hospitalium .
LXXXI. De habitu Clericorum , & Monachorū .
LXXXII. De Episcoporum delictis .
LXXXIII. De Clericorum adulterijs , & for-
nicationibus .
LXXXIV. De Oeconomo ; seu Procuratore
pauperum .

CLASSIS TERTIA ,

De Monachis , & Anachoretis .

- I. De Abbate Monasterij , & quomodo eligendus est .**
II. De Abatissa .

III. De Abbatibus, & Abbatissa officio erga Episcopum.

IV. De ianitorum Monasterij.

V. De Oeconomo, seu Procuratore.

VI. De Nautijs.

VII. De officio religiosi hominis.

VIII. De oratione, siue diuinis officijs.

IX. De potu.

X. De ijs, qui Monasticam vitam amplecti volunt.

XI. De legibus, & constitutionibus Monastici instituti, ac de Sororum receptione.

XII. De Monachorum delictis, & poena.

CLASSIS QUARTA

Varias continet Ecclesiasticas

Constitutiones.

I. De consecratione templorum.

II. De lege Martyrum.

III. De Ordinibus, & Dignitatibus Clericorum, & Monachorum.

IV. De Oeconomiis frugum.

V. De Magis, & Incantatoribus.

VI. De Sacrificio Missae.

VII. De correptione, & disciplina.

VIII.

- VIII. De priuilegijs vrbium Matricum.
- IX. De collationibus Episcoporum.
- X. De Chorepiscopis.
- XI. De licentia, seu formatis.
- XII. De ingressu ad Regem, seu de non eundo ad comitatum.
- XIII. De absentia Episcoporum à suis Sedibus.
- XIV. De excommunicationibus.
- XV. De adoratione.
- XVI. De oblationibus.
- XVII. De ministerio, & officio Diaconi.
- XVIII. De Eucharistia, & quomodò reseruanda, & consumenda.

CLASSIS QUINTA,

Varias continet Sanctiones, & Decreta, ex quatuor Regum ad Constantinum libris decerpta.

- I. Canones, siue iura Deo debita à viris, & mulieribus Præsules non habentibus, qui eos regunt à malis vitijs, neque Episcopos, neque Sacerdotes, neque Monachos, qui eos regant, sed sui sunt ipsimet iuris.
- II. Cognitio graduum prohibitorum, in quibus contrahendum non est.

- III. Nemo contrahat nisi matrimoniali iure, alioquin separentur.
- IV. Nulli Christiano contrahendum est cum duabus, tribus, aut pluribus.
- V. Lex iustitiæ Deo debita ab omnibus Christianis contrahentibus.
- VI. De benedictionibus nuptiarum, & qua ratione sunt faciendæ.
- VII. Constitutio de matrimonio viduarum.
- VIII. De purificatione à sanguine menstruo, & sanguine partus.
- IX. De retentione à sanguine licito.
- X. Terminus ingressus puerorum ad Ecclesiam, & Baptismum.

C L A S S I S S E X T A,

Miscellanea.

- I. Definitiones Monachorum, & Monialium.
- II. Statuta Sacerdotum, & quid ipsi debeant, & quid ipsis debetur.
- III. Quid Deo debetur pro defunctis.
- IV. De primogenitis.
- V. De orationibus, earumque cognitione, & ad quas tenentur fideles.
- VI. De Orationis præstantia.

VII. De Ieiunio, eiusque excellentia.

VIII. De ijs, quę tempore ieiunij interdicuntur.

IX. De ritu Sacrorum Altarium, eorumque consecratione.

X. Conditiones diuortij, & separationis ab inuicem.

XI. De etymologia diuortij.

XII. De cognitione Fidei, eiusque custodia, & obseruantia.

XIII. De delatoribus, & Hæreticis.

XIV. Constitutiones Altarium.

XV. De Excommunicationibus, deque earum qualitatibus.

CLASSIS SEPTIMA,

Continens multas admonitiones, & adhortationes sub unico hoc titulo.

I. Definitiones Canonum eorundem 318. Patrum, per modum exhortationis, & comminationis.

Præter hæc extant etiam in Codice Vaticano Æthiopicæ editionis Constitutiones illæ eiusdem Nicœni Concilij, quæ Apostolicæ nuncupantur, earumque mentio fit in præfatione ad ipsum Concilium, vt supra notauimus.

Hæc omnia hæctenus recensita extant nobis hic

Romæ ex Bibliotheca Vaticana, Collegij Maronitarum de Vrbe, alijsque; ac nullus dubito, quin reliqua alia omnia extent apud Orientales. Quod & clarè indicat illorum Canonum Collector in sua præfatione, qui postquam recensuit numerum librorum in eo editorum Concilio, statim hæc subdit: **قبل منها ما يحتاج اليه نصارى الشرق وهو هذا الكتاب**

& translata sunt ex illis (libris à Nicæno Concilio editis) *ea, quibus indigent Christiani Orientis, & est hic liber.* Imò luculentissimis verbis testatur, eos Nicæni libros in Ecclesiarum Orientis seruatos esse Bibliothecis ibidem subdens: **وهي مودوعه في خزائن البكنائس**

Et hi in Ecclesiarum seruantur Bibliothecis. Sed nunc ad obiectiones, quæ contra supra recensita ex Nicæno Concilio opponi possunt.

C A P V T X V I I I.

In quo respondetur Obiectionibus, quæ contra mox recensita Capite superiori ex Concilio Nicæno, opponi possunt.

Contra hæctenus recensita Capite superiori obicitabit fortè aliquis, ac dicit: Fac, Patres Nicænos multos edidisse libros, vt habet illa præfatio:

Fac

Fac, multos condidisse Canones, & Constitutiones, velut ostensum est ex summis Pontificibus, ex Concilijs, ex Patribus, ex Ecclesiasticis Historicis: at non sequitur proindè, hos Canones, & has Constitutiones esse Nicæni Concilij. Quandoquidem hæc omnia iam dudum perijsse in ea igne sævientibus Arianis, ut nemo, qui Ecclesiasticas euoluit historias, ignorat. Vndè ergo nobis hæc amplissima Nicæni supellex?

Respondetur: Nemo sanè nescit, Arianos igne, sed magis inusitata rabie in Acta Nicæna sæuisse. sed nemo etiam sibi persuadebit facilè, Arianam sæuitiam & crudelitatem cunctas terrarum Orbis peruasisse, prouincias; in omnium gentium tam publicas, quam priuatas irruisse Bibliothecas; omnium Nationum intellexisse linguas, itaut nihil intactum, nihil incolume, nihil inuiolatum abierit, excesserit, euaserit, eruperit. Quamobrem coniectura probabile est, imò pro certo deputandum, apud Nationes aliquas, præsertim eas, quarum linguæ barbaræ habebantur, Acta Nicæna, & Canones inuiolatos seruatos fuisse, & ex Arianorum impetu ore, & faucibus ereptos. Non enim ad magnum illud, & primum generale Concilium confluerant Græci, & Latini tantum, sed, *Vna etiam ædes sacra*, inquit Gelasius Cyzicenus cap. 5. Comment. Concilij Nicæni ex Eusebij Pamphili lib. 3. Hist. *Velut Dei nutu adaucta intra parietes suos Syros pariter, & Cilices, Phœnices, & Arabes, & Palaestinos,*
Aegy-

Aegyptios porro, Thebanos, Afros, aliosque ex Mesopotamia profectos recepit. Aderat etiam Una in Concilio Persidis Episcopus, nec ab hoc Choro Scyta absuit. Pontus item, & Asia (Eusebius hic habet Galatiam, & Cappadociam) Phrygiaque, & Pamphilia viros apud selectissimos suppeditarunt. Quin etiam Thraces, Macedones, Achai, & Epirota, & quorum domicilia multo longiore locorum intervallo distabant, eò aduenerunt.

Et quis credet hos Patres omnes ad suas remeantes Ecclesias Concilij Acta, & decreta omnia in suas versa linguas haud secum attulisse? nemo sane sanæ mentis id credet, aut sibi persuadebit. Nam si ea ipsorum Patrum, qui Concilio aderant, fuerit sollicitudo, ut omnibus Ecclesijs quæ sub Cælo sunt, quorum Antistites Concilio non aderant, Decreta sanctæ, & magnæ, generalis Synodi transmiserint, teste eodem Gelasio ibidem cap. 18. post Patrum subscriptiones in hæc verba: *Hij omnes sancti, & Apostolici Viri omnibus sub Cælo Sanctis Dei Ecclesijs, quæ in Nicæna sancta, magna, generali Synodo decreta sunt transmittentes, ubique tradiderunt, quanta maiori cura, & solitudine suis Ecclesijs prospexisse, credendum nobis est, ipsorum Canonum, & Decretorum Auctores?*

Sed forsitan id mirum est? An nescimus, tres è posterioribus Apollonij Pergæi quatuor libris de Sectionibus Conicis iam dudum apud suos Græcos fuisse defi-

desideratos, & à literatis viris aliquot iam per secula deploratos, apud Arabes tandem esse repertos, & à Magnis Hetruriæ Ducibus magno redemptos pretio, ac postliminio restitutos? Et quis ignorat, plures Aristotelis libros iam suis perijisse Græcis, & apud Arabes tandem esse inuentos? Et quot, fodes, Titi Liuij desiderantur Latinis Decades, quas integras extare apud Arabes ferunt? Cur ergo mirum censendum est, si Nicæni Acta, & Decreta seruata dicantur apud aliquas Orientales gentes?

Porro obiectabit rursùs aliquis, ac dicet: ea omnia, quæ nomine Concilij Nicæni circumferuntur præter 20. eos Canones, ab Orientalibus conficta fuisse, par est, vt credamus. Quandoquidem hoc haud inusitatum est, cùm & Euangelia conficta sint nomine aliquorum Apostolorum, ac multa alia nomine meliorum Scriptorum, quemadmodùm peritis notum est viris.

Scimus profectò, Euangelia conficta fuisse nomine Bartholomæi, & aliorum Apostolorum, ac multa opera nomine meliorum Scriptorum: Sed scimus etiam ea statim, vt adulterina notata, & reiecta fuisse. Prætereà in hisce non est par ratio. Quia hæc vel conficta sunt ab omnibus illis simul, & coniuncta opera, vel ab vna earum duntaxat: atqui neutrum dici potest absolutè; ergo absolutè non sunt conficta.

Primum quod attinet, non solùm arduum, ac perdiffi-

difficile, sed creditu impossibile omninò est, has omnes Nationes inter se tam longissimis terrarum spatij distantes, diuersis vtentes linguis, ac dissimilis penitus persuasionis, conuenire potuisse ad aliquid effingendum, & coniuncta opera comminiscendum, præsertim ea, quæ ipsorum rectâ impugnant dogmata, fundamenta destruunt, & euertunt, eosque agunt anathematis reos; vt ex Canonis 44. superiùs allati verbis videre est. *Nemo enim, vt ait Tertullianus in Præscript. mentitur in suum dedecus, sed in honorem.* Quamobrem etiam atque etiam demirandum est, quòd potiùs Canonem illum, quotquot sunt, è suis non abraferint Editionibus, cum eorum Patriarchas ita Romani Pontificis subijciat potestati, & iurisdictioni, vt anathemate percellantur, nisi absolutè, & sine vlla conditione illius obediant imperio. Quòd autem id non præsterint, in causa profectò fuit maxima illa veneratio, & reuerentia, quam Concilio illi, quod tamquam sacrosanctum habent Euangelium, teste Elia Nisibensi Episcopo sess. 1. suarum Disputationum, deferunt.

Præterea Nationes istæ ita inter sese dissident in dogmatibus, & cum Ecclesia Romana (si vnâ Maronitarum excipias Nationem) exercent inimicitias ob condemnatas ab ea illarum Hæreses, & peruersa Dogmata, vt potiùs quàm inter se conueniant, nisi resipuerint.

Desi-

*Desinit esse prius contrarius ignibus humor ,
Iunctaque tum Luna lumina Solis erunt ,
Parſque eadem Cali Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido ſtabit ab axe notus .
Et Ver Autumno, Bruma miſcebitur Aſtas,
Atque eadem regio Veſper, & ortus erit.*

Ergo nequaquam iure, aut ratione dici poteſt, ea omnia Concilij Nicæni nomine ab Orientalibus hiſce Nationibus ſimul, & coniuncta opera conficta fuiſſe, cum earum hanc in rem concurſus, & congreſſus fieri omninò nequeat ob dictas iam rationes, & cauſas.

Minùs etiam conſingì poterant ab vna harum Nationum, quia ab alijs minimè reciperentur, imò acerrimè impugnantur, vt res ipſa nos docet in ijs Canonibus, quos ſingulæ Nationes ad ſua quædam comprobanda dogmata hiſ Canonibus inferunt, atq; intrudunt. Ex quo ſecundæ Clafſis Canonum non eſt par omnibus numerus, nec omnes 84. vt Nicæni ab omnibus agnoſcuntur, imò plures hinc indè improbantur, & reiſciuntur. Proinde illi ſoli veri, & legitimi Nicæni Canones habentur ab omnibus, in quibus omnes conueniunt, & in omnium leguntur Editionibus, quique propterea ab omnibus vocantur

القوانين المتفق عليها

Canones in quibus conuenitur. Ex horum autem nu-

mero sunt Canones 37. & 44. de Primatu Papæ ; qui in omnium leguntur Editionibus .

Eiusmodi additionis ad Nicænos Canones crimine Melchitas arguit Abnalhassalus in Præfatione Collectionis Canonum, & Constitutionum Ecclesię Alexandrinę ita scribens : ووضعوا في الاحكام قوانين كثيرة جدا وفي هذا الكتاب منها جزويين احدهما عدته عشرون قانونا وبعدها اقوال بغير عدد وهو متفق عليه وعلامته نيق . والآخر كثير الفوايد عنى باخراجه الملكيه والمنسطوريه وهو ثابت عدد اليه عاقبه السرياني وعدته في نسخة الملكيه اربعه وثمانون قانوناً ويتلوها اقوال بغير عدد . والله اعلم التي بيد الملكيه فيها زوايد تخصهم


Et posuerunt (Nicæni Patres) de iudicijs Canones complures , ex quibus dua in hoc libro sunt partes ; quarum Una Viginti continet Canones , quam statuta tum sequuntur innumera , in quibus convenitur , quorum nota est Nic . Altera Verò multiplicis Utilitatis est , eiusque Versionem procurarunt Melchitæ , & Nestoriani , & rata habetur apud Iacobitas Syros , & illius Canonum numerus in Melchitarum Editionibus est 34. quos complura subsequuntur etiam statuta . In Editione autem Melchitarum sunt additamenta quedam ad eos pertinentia ,

Atque sic singulę Nationes per diligentem ea notant ,

quæ

quæ aliæ Nicænis ad sua statuenda addunt statutis :
 Ex quo colligere est , ea Nicæna esse legitima decre-
 ta , quæ omnes amplectuntur , & à nemine impu-
 gnantur , quæ verò non item , adulterina .

Alia prætereà ex parte facile deprehendi potest,
 quanam sint singula gentium additamenta, nimirum
 si ea non conueniant cum subsequantium Concilio-
 rum definitionibus, sed illis aduersantur, & contrà
 pugnant potius. Quandoquidem sacris Concilijs is
 mos est, vt subsequens indè ferè sumat exordium, vbi
 finem præcedens fecit. Hinc Constantinopolitana
 Synodus, quæ insecuta est Nicænam, à conseruandis
 Nicænis statutis, & decretis initium suis fecit Canoni-
 bus: *Fidem non Violandam Patrum 318. qui apud
 Nicæam Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam firmam,
 & stabilem.* Et Ephesina, quæ Constantinopolita-
 nam consequitur ordine, tota est, præsertim par. 2.
 Act. 1. in examinandis Nestorij dogmatibus ad Nicæ-
 næ trutinam, lydiumque lapidem. Nihilominùs Ne-
 storiani cum Nestorio hæc in ipso Fidei Nicænae Sym-
 bolo addunt ad suum stabiliendum dogma:



Constituitque illum (Christum) visibile simulachrum
 sue Maiestatis, & sue indicarium occultationis omni-

bus rationalibus . Et est præditus duabus naturis, ac duabus personis . O benè additum! Si enim Nycæna Synodus definiuit, Christum duabus præditum esse personis; Ephesina qua fronte decreuit, Christum vnica constare persona, & id ex Nicæna Synodi statutis & decretis?

Item Chalcedonenses Patres, cùm ad Fidei expositionem ventum est, ita proclamarunt sese adhortantes: *Festinate sine vllò timore, & gratia, atque inimicitia Fidem puram exponere, itaque & qui videntur non eadem cum omnibus sapere per Veritatis agnitionem ad concordiam reuocentur . Scire enim Vos Volumus, quia tam diuiniſſimus, & piſſimus Orbis terra Dominus, quàm nos Catholicam Fidem à Sanctis 318. & Sanctis 150. necnon etiam & à cæteris sanctiſſimis & gloriſſimis Patribus traditam custodimus, & secundum ipsam credimus .* His nihilo minus non obstantibus, volunt Monophyſitæ in Synodo Nicæna definitum fuisse, Christum vnica præditum esse natura, voluntate, & operatione, & demum hoc Nicænis addunt statutis. Ea est ænea Hereticorum frons. Itaque posteriorum Conciliorum adhibito cribro, & omnium populorum consensu Nicæna fecernenda sunt decreta. Undè concludendum est, ea, quæ posteriorum consentanea sunt Conciliorum dogmatibus; quæ Patrum habent testimonia; quæ populorum comprobantur consensu, Nicæni vera, & legitima esse

esse statutá ; quæ verò non item , adulterina , & supposititia .

CAPVT XIX.

In quo diluitur obiectio , quæ ex Can. 6. Concilij Nicæni adstruitur contra Canones 37. & 44. supra à nobis allatos ex Orientalium Editionibus , quibus Romani Pontificis mirè asseritur Primatus .

Canon iste sextus ex illorum 20. numero , & ferie , quos omnes vtriusque Orbis Ecclesiæ tamquam veros legitimos , & authenticos Nicæni Concilij Canones amplectuntur , nemine penitus discrepante , sic in vulgatis legitur Editionibus : *Mos antiquus perdurat , (vel perduret , vt in quibusdam legitur Editionibus) in Aegypto , Libya , & Pentapoli , vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem , quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est .*

Ex quibus Canonis huius postremis verbis , nimirum , *quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est* , sibi constituerunt Mercurium illi , qui cum Ieroboam recesserunt à Domo David , & nefarium Romano Pontifici indixerunt bellum , omnibusque enisunt viribus , vt eum Canonis huius auctoritate in ordinem

sine fr̄ cogērent, intercluderētque illius iurisdic-
 tionem vel intra suburbanarum regionum limites,
 vel intra centesimum lapidem, vel tandem intra Oc-
 cidentalis Diocēseos terminos. Ita Nilus Græcus
 tract. contra Primatum Papæ, ita Lutherus lib. de
 potestate Papæ, ita Casuinus lib. 4. Instit. cap. 7.
 §. 1. Illyricus libro contra Primatum, Carolus Moli-
 næus apud Marcum Antonium Cappellum, Disput.
 poster. cap. 3. Anonymus Apostata apud eundem in
 libro inscripto *De suburbicarijs regionibus, & Eccle-
 sijs*, ita tandem omnes, quotquot in Romanum Ponti-
 ficem strinxerunt calamum. Iure igitur, ac probabili-
 ter credendum nobis est, hunc eundem Canonem eo-
 rum asseclas nobis obiecturos contra Canones illos
 37. & 44. quibus Romanis Pontificis asseritur Prima-
 tus, & iurisdictionio super vniuersos Patriarchas, ea pla-
 nē ratione, qua Patriarcha iurisdictionem habent in
 subditos Episcopos. Sic forte nobis reponent: Is
 Canon sextus ex serie illorum 20. verus, legitimus,
 & authenticus habetur ab omnibus vtriusque Orbis
 Ecclesijs, nemine penitus discrepante: Sed hic idem
 paritatem, & æqualitatem decernit inter Romanum,
 & Alexandrinum, Canones verò illi 37. & 44. non
 item, sed Patriarchas Romani subijciunt auctoritati,
 & iurisdictioni eo modo, quo Episcopi Patriarcharum
 iurisdictioni; ergo ex data regula haud legitimi habendi
 sunt isti Canones, quia sexto Canonì opponuntur.

Vnica obiectio, sed multiplex responsio. Dicitur itaque primo loco (quicquid modo sit de Canonis huius sexti germano, ac proprio sensu) nobis hic controuersiam esse cum Seldeno, qui ex Orientalibus vnus Eutyhij priuati Scriptoris auctoritatem malè intellectam, pessimà interpretatione exceptam, & impudentissimè adulteratam in nos intorquet, velut ex superioribus videre est. Contra quem nos non vnus priuati Scriptoris opposuimus auctoritatem, sed Conciliorum Canones, Ecclesiarum Decreta, & Constitutiones, quamplurium Scriptorum testimonia, tandemque omnium Orientalium consensum, nimirum eos duos Canones 37. & 44. in quibus omnes mirè conueniunt. Igitur nostri, quod ex his adstruimus Canonibus ad hominem argumenti conclusio, & ratio validissima, atq; firmissima censenda, & habenda est.

Præterea Canon iste sextus nequaquam iuxta Orientalium mentem habet eum, quem tribuunt illi Aduersarij, sensum; & euidentissimè ex eo patet, quia non solum est sextus in serie 20., sed etiam octauus legitur inter 84. ex quo manifestè colligitur, alium inesse ipsi sensum ex Orientalium sententia, & mente; alioquin idem esset per illos par, & non par, seu superior, & inferior secundum eandem rationem, quod contradictionem inuoluit.

Rursus Canonis huius, 6. in serie 20. vel 8. in serie 84. sensus subdubius est, & controuersus, illo-

rum verò duorum Canonum nempe 37. & 44. non item, sed apertissimus, & luculentissimus, ergo ex his erit declarandus iuxta regulam identidem in Sacris Literis obseruatam à Patribus, & Commentatoribus, quæ loca obscuriora à clarioribus elucidanda sunt. Hęc igitur obiectio ex Orientalium Editionibus, & mente nequaquam adstrui potest.

Quòd verò ea verba Canonis neque ex Occidentis, neque ex Orientalium tam Catholicorum, quàm Hæreticorum, & Schismaticorum sententiæ de paritate sint intelligenda, ex eorum principijs planè deducitur. Nam omnes fatentur, nemine ferè discrepante, Romanam Sedem primam esse quoad cathedram, ordinem sedium, sessionem, & enumerationem. Ergo, cum primo loco ponatur in hoc Canone Alexandrinus, necessarium est, vt concedant, hic non agi de comparatione Alexandrini cum Romano: adeoque alium hunc Canonem habere sensum, quàm illum, quem ei tribuunt Aduersarij, & alio collimare. Quod, vt ex ipsa eritatur Origine,

Sciendum est: Antè Nicænum Conciliū, & Constantini Magni ad Fidem conuersionem, sæcenis in Christi Sacerdotes persecutionum procellis, multos in Ecclesiasticam politiam irepisse abusus, & corruptelas, ac præsertim circa ordinationes, & singulorum Episcoporum, & Metropolitanū, ac ipsorum etiam Patriarcharum iura. Quandoquidem

non

non solum Episcopi, & Metropolitæ in se invicem, ac ipsum Diceceseos Patriarcham iniurij erant, sed & ipsi Chorepiscopi sui obliti muneris, & officij iura usurpauerant suorum Episcoporum; resque eò audacia progressa erat, vt Meletius Chorepiscopus Petri Alexandrini ordinatis vel ipsis Episcopis in Ægypto, Thebaide, Libya, & Pentapoli pleraque illius Patriarchatus Ecclesias bicipites reddiderat, testibus Epiphanio Hæres. 68. Sozom. lib. 1. cap. 3. Theodoret. lib. 1. cap. 9. Nicephor. lib. 1. cap. 19. ordinatorumque nomina, & numerum refert Athanasius Apolog. 2. ex libello, quem Meletius ipse dedit Petro Alexandrino.

Plures adhuc Episcopi excommunicatos ab alijs non sine magno fidelium scandalo, & ordinis hierarchici perturbatione, atque confusione in communionem recipiebant. Qui abusus, & corruptelæ causam suppeditarunt Patribus Nicænis quartum, & quintum decernendi Canones. In quarto decretum est, vt Episcopus ordinari debeat ab omnibus, qui sunt in provincia Episcopis, instante verò necessitate aliqua, presentia saltem trium, cæteris per scripta consentientibus, ordinatio celebretur. Ita tamen vt firmitas eorum, quæ per vnamquamque provinciam geruntur, Metropolitanæ deferatur Episcopo; quo Chorepiscoporum insolentiæ, & licentiæ intolerandæ consultum est. In altero Canone sancitum fuit, ne excom-

municati ab alijs in communionem reciperentur; & vt ad quæstiones huiusmodi, & causas cognoscendas, dirimendasque bis in anno Concilia prouincialia cogèrentur. Quo etiam eiusmodi abusibus, & corruptolis satis cautum est.

Hunc autem esse Canonis illius sensum, satis nobis declarat octaua Synodus Constantinopolitana Can. c. 17. hisce verbis: *Sancta, & Uniuersalis prior Synodus Nicæna antiqua consuetudine iubet seruari per Aegyptum, & prouincias, quæ sub ipsa sunt, itaut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, quia in Romanorum Ciuitate huiusmodi mos præualuit, quæ pro causa, & hæc sancta, & magna Synodus, tam in seniori, & noua Roma, quàm in Sede Alexandria, Antiochia, & Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, itaut horum Præsules Uniuersorum Metropolitanorum, qui sub ipsis promouentur, &c. habeant potestatem ad conuocandum eos Urgente necessitate ad Synodalem conuentum, Vel etiam ad coercendum illos, & corrigendos.*

Vide quomodò sextum hunc Nicænae Synodi Canonem iungunt P. P. Constantinopolitani cum antecedentibus, illumque intelligunt de actuali, seu speciali singulorum Ecclesiastica administratione, nimirum tam Metropolitanorum, quàm Patriarcharum, imò & ipsorum minorum Episcoporum. Quam autem Iurisdictionem singulorum acerrimè semper conseruas

runt Romani Pontifices, ne ordo Ecclesiasticus confunderetur. Hinc Gregorius Magnus ad Romanum Defensorem Siciliae, & habetur 11. quæst 1 cap. peruenit, S. *Nam si in hæc verba: Nam si unicuique Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri ordo debuit, confundatur?*

Quoniam verò eiusmodi abusus in Alexandrinam Ecclesiam plus nimio irrepserant, quàm in alias Ecclesias, ab ea exordium reformationis sumit Canon; Romanus verò Pontifex proponitur ibi tamquam exemplar imitandum in politia Ecclesiastica administranda, vel quàm Metropolitani gerit personam; vel quàm Occidentis Patriarcha est. Romanus enim Pontifex quadruplici ratione consideratur; nempe; vel ut est specialis vrbis Romæ Episcopus; vel ut Romanæ prouinciæ Metropoli-
 ta; vel ut totius Occidentis Patriarcha; vel tandem, ut vniuersalis Ecclesiæ Summus Pontifex; vndè *Caput Ecclesiæ* dictus est in Concilio Chalcedonenfis Epist. 2. ad S. Leonem; & *Episcopus Vniuersalis* in tribus Epistolis, quæ habentur eiusdem Concilij Acta 2. Item Patriarcha iuxta triplicem dignitatem tripliciter consideratur; vel enim respectu Vrbis, cui inmediate præest, ac tunc Episcopus dicitur. Vndè Caput quartum Constitutionum Ecclesiæ Alexandrinæ, quod est de Patriarchis, ita concluditur.

وتعد الكلام في المطرك من شروط اقامته ونحو ذلك

ذلك ورد في القوانين باسم الاسقف لانه اسقف
 مدينة كرسية ولذلك لا يعمل بطريرك كرسية
 الاسكندرية اسقفا على الاسكندرية
Reliqua porrò Verba de Patriarcha , tam de conditio-
nibus illius Constitutionis , quàm eiusmodi alijs , refe-
runtur in Canonibus sub nomine Episcopi , quoniam
Episcopus ille est Ciuitatis suae Sedis , quapropter Patriar-
cha Sedis Alexandrina non constituit Episcopum super
Alexandria . Vel consideratur ratione immediatæ pro-
uinciæ , & ita est Metropolita ; vel totius Diocesis ,
& sic est Patriarcha .

Iuxta has dignitatum diuersas rationes , diuersæ
 occurrunt in Ecclesiastica politia , & administratione
 comparationes . Et sic singuli Episcopi comparari
 possunt Romano , quæ vrbis Romæ specialis Episco-
 pus est , & illis tamquàm exemplar proponendus ,
 quemadmodum & Metropolitanæ , & Patriarchæ . Si-
 quidem multa exercet per se Romanus Episcopus in
 vrbe Roma , quæ non exercet per Romanam prouin-
 ciam ; & multa in Romana prouincia , quæ non facit
 per Diocesim ; sed ea per Metropolitanos , & Epi-
 scopos gerit . Idem de Patriarchis dicendum , & ra-
 tiocinandum est iuxta triplicem dignitatum suarum
 considerationem .

Ponamus modò , in aliquo Concilio generali sanciri
 Canonem , qui dicat : *Mos antiquus perduret , vel*

per-

perdurat in Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, & Apollonia, Ut Cyrenensis Episcopus harum omnium habeat potestatem, quoniam quidem & Episcopo Alexandrino parilis mos est. Sequeretur ne hinc Cyrenensem, seu Pentapolitanum Metropolitanam paria habere privilegia cum Alexandrino? nequaquam arbitror. Pariratione si hifce Canonis 2. Synodi Constantinopolitanae: Sed & Asiaticae Diocesis Episcopi ea quae sunt in Asia, & quae ad Asianam tantummodo Diocesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi Ponticam tantum Diocesim habeant curam. Thraciae Verò ipsius tantummodo Thraciae, addatur, quoniam quidem, & Constantinopolitano Episcopo parilis mos est; sequeretur ne eiusmodi paritas? minimè verò; quia hoc dicendi modo proponuntur Ecclesiae insigniores tamquam exemplar imitandum respectu suorum inferiorum. Planius id patet ex privilegio Ecclesiae Antiochenaë in eodem Constantinopolitanae Synodi 2. Canone contento hifce verbis: Alexandria quidem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus Primatus Ecclesiae Antiochenaë, qui in regulis Nicænae Synodi continentur. Vbi, Sodes, honores Primatus sanciti sunt Antiocheno in regulis Synodi Nicænae? nonne eodem Canone sexto vbi agitur etiam de Alexandrino? ita planè. Ergo si ex ijs verbis, Quoniam quidem & Episcopo Romano parilis mos est, infertur Alexandrino paritas iurisdictionis cum Romano; ex istis, Servatis

is honoribus Primatus Ecclesie Antiochena, inferretur Antiocheno Episcopo Primatus supra Romanum, & reliquos Patriarchas. Sed hæc quis audiuit; aut quis dixit unquam? An si is Canonis verborum esset sensus, sibi defuissent Antiocheni Præsules, & iura Primatus super reliquos Patriarchas asciscere sibi conati non fuissent? minimè profectò, quia non minùs ambitiosos habuit ea Sedes Præsules, quàm aut Constantinopolitana, aut Alexandrina. Ergo alius est sensus utriusque Canonis, nec ille intelligendus est de Paritate Alexandrini cum Romano, neque iste de Primatu Antiocheni super alios Patriarchas, sed utroque abusibus, qui irrepperant, consulitur, & Chorepiscopi, Episcopi, & Metropolitanæ in ordinem rediguntur, & vnusquisque sui Præsulis subijcitur potestati. Ergo nihil minùs infertur indè, quàm id, quod sibi proposuerant Aduersarij, vt ipsa luce meridiana clariùs patefcit.

Sed scrupulum hunc quis eximere meliùs poterit Aduersarijs, aut euellere commodiùs ex eorum animis, quàm vnàm aliquod ex vniuersalibus quatuor Concilijs, quæ sua vocant? quare ex Protestantibus audiamus quid de quatuor prioribus vniuersalibus Concilijs scriptum reliquit Philippus Mornæus vnus ex Caluini Caula ventosissimus iactator in præfatione Mysterij suæ iniquitatis ad Regem Angliæ. *Nostra*, inquit, *Concilia illa Vniuersalia, Nicenum, Constantinopolita-*

num, Ephesinum, Chalcedonense, alia. De Græcis autem, non est, vt dicam, quanta in veneratione habeant Concilia, præcipuè priora quatuor; quamquàm de quibusdam eorum id verissimè etiamnum dici possit, quod olim de omnibus affirmavit Tullius, cum dixit: *Græci contentionis cupidiores, quàm Veritatis.* Eia ergo ad horum concedamus Concilia, quæ & nos cum Magno Gregorio, & successoribus tamquàm quatuor sacrosancta Euangelia veneramus; videamusque quem sensum sexto illi Nicænæ Synodi Canonibus tribuerunt. *In Concilio Chalcedonensi Act. XVI.*

In Concilio Chalcedonensi Act. XVI. acriter altercatum fuit inter Sedis Apostolicæ Vicarios, ac eos Episcopos, qui à Constantinopolitani Præsulis stabant partibus, de Priuilegijs, quæ nouæ Romæ Episcopo sancita fuerant, absentibus Sedis Apostolicæ Vicarijs. Tandem post multa res ad Concilij Iudices delata est; qui dixerunt: *Vtraque pars Canones proponant.* Quos autem Canones pro Romani Primatu proposuerunt eius Vicarij? quos ex eodem Concilio, & Actione audite iuuat. *Paschasinus Vicarius Sedis Apostolicæ recitauit Canonem sextum Concilij Nicæni, & secundum Canonem Constantinopolitani Concilij, & alios recitauerunt Canones Vicarij Sedis Apostolicæ.* Quibus recitatis Canonibus ab Sedis Apostolicæ Vicarijs, quam tulerunt, iterum, atque iterum quæso te, sententiam Iudices? quam è audi quam. *Ex his quæ gesta sunt, Val*

ab unoquoque deposita perpendimus, omnem quidem Primatum, & honorem præcipuum secundum CANONES antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari. Ergo ex mente, ex interpretatione, & explanatione Concilij Chalcedonenfis, quod sibi vindicant Aduersarij, vt suum, Canon ille sextus Nicænus tantum abest, vt paritatem, & æqualitatem tribuat Alexandrino Episcopo cum Romano, vt nihil absit tam longius. Contra Romano ex eodem Canone Primatum defert; & quidem omnem, nec non honorem præcipuum. In eodem etiam Concilio Leo Pontifex Romanus *Vniuersalis Archiepiscopus, Vniuersalis Ecclesiæ Papa, Vniuersæ Ecclesiæ Episcopus* appellatur, quemadmodum & Ecclesiæ Romana *Caput omnium Ecclesiarum*. Hic benè quidem quadrat Aduersarijs id, quod olim scripsit Cyprianus de Nouatiano ad Iubaianum Epist. 70. : *Nouatianus Simiarum more, quæ cum homines non sint, homines tamen imitantur, Vult Ecclesiæ Catholice auctoritatem vendicare, quando ipse in Ecclesiâ non sit, imò adhuc insuper contra Ecclesiam re bellis, & hostis extiterit,*

Præterea illatione docemur, non eum habere sensum Canonem illum sextum, quem impingunt illi Aduersarij. Nam si eum haberet sensum, cur Constantinopolitanus, qui Alexandrino prælatus iam fuerat, tantis circumuentionibus, & clam Sedis Apostolicæ Vicarios, sibi æqua priuilegia cum Romano vindi.

vindicare nifus est? Nonne Canonem istum pro suis priuilegijs, & prærogatiuis protulisset, & sua defendisset publicè coram Patribus iam stabilita iura? ita profectò, nec tanta contentione, post rem à Sedis Apostolicæ Vicarijs detectam, vllum opus erat. Ex quo planè igitur infertur, non eum esse Canonis illius, quem impingunt ei Aduersarij per iniuriam, sensum.

Ad hæc, si Alexandrinæ Ecclesiæ parem sancitam fuisse auctoritatem eo Canone cum Romana dicerent, nonne extulisset aliquandò in Romanam caput, & Canonem hunc identidem obiecisset, cùm & ipsa non minùs, quàm Constantinopolitana ambitiosos habuisset Præsules, imò & ambitiosissimos? Tantum tamen abest, vt quicquam eiusmodi præstiterit, vt potius eius Episcopi ad Romanos confugerint, & vt minores ad maiores appellauerint; res adeò nota est, vt probatione non egeat. Nam Dionysius Præsul Alexandrinus causam dixit apud Dionysium Papam, & edidit ad illum Apologiam, & sibi falsò obiectos errores apud illum purgauit, tette Athanasio Epist. ad Arianos, & in Synodo Arimin. Niceph. ex Basilio lib. 3. cap. 25. Idem præstitit Athanasius, idem Paulus Constantinopolitanus, & alij de quibus supra cap. de appellationibus. Antiochena Ecclesia olim per Romanum Episcopum regebatur, vt auctor est Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus in Concilio Ephesino, & quidem Apostolica ordinatione, & antiqua.

traditione, verba ipsa hæc sunt: *Apostolica ordinatione, & antiqua traditione in consuetudinem abiisse, ut Sedes Antiochena perpetuò per Romanam dirigatur, ac iudicetur.* Hinc pallium Antiocheno dat S. Gregorius Magnus, vt constat ex libro 1. Epist. 27. Ita Concilia illa de Romano loquuntur Pontifice. *Ita sunt, quas de illo ferunt, sententię. Tamen impudentissimus ille, Morneus, postquam asseruit, illa quatuor vniuersalia Concilia sua esse, statim meretricia fronte prorsus subdit in citata præfatione; Cedo rursùm numquid idem audeas? & si pra pudore audere videri vis, an non Papatum tuum in ordinem cogendum vides?*

Perpendant Aduersarij modò Conciliorum decreta, & sententias de Romano Pontifice cum suorum de eodem sententia, sed æqua lance, iudiciumque ferant æquum, nisi Simiæ haberi velint, & non homines rationales, vt ait Cyprianus de Nouatè, & Nouatianis.

CAPVT XX.

In quo variè referuntur huius Canonis 6. Niceni Editiones.

QUoniam tam sacrarum Literarum, quam Canonum, aliorumque cuiusque generis monumentorum lectiones variæ non parum luminis

nis porrigere solent doctis, æque eruditis viris ad loca paulò obscuriora elucidanda, difficultatesque enodandas, hinc operæ pretium visum nobis est, varias huius sexti Canonis Nicæni hic referre Editiones; quæ apud Orientalium circumferuntur gentes, vt inde ex huius lectionis varietate id commodè, & emolumentum nostri referant; Adversariisque verò adulerandi ex more omnis spes præcidatur.

Alexandrina Editio.

وتلتزم الاسقف الاول الذي نكرناه لجميع من
 كان بمصر ولوبيانا ونبطانيا وس اعني برقه
 ولبيطيموا اسقف اسكندريه وليكن له السلطان
 عليهم كلهم لانهم لانهم لا يكونون الجماعة من
 اجل ان اسقف روميه لازم له هذه الاعياد ايضا
 ويلتزم له ان يكون مسئوليا على كورة واسقاصه
 وما والاها وان يكون له الرياسه على الجماعة واللاهوتيين
 والكل الامم فوق الروميا كلهم

Id est: Antiqua consuetudo, quam commemoravimus, obstringat omnes, qui sunt in Agypto, Libya, & Pentapoli, nempe Barca, vt obtemperent Episcopo Alexandriae, & vt eorum omnium potestatem ille habeat; quoniam iudex est congregationis; eo quod Episcopus Romanus hanc quoque tenet consuetudinem, & oportet,

Ut potestatem habeat super regiones, & provincias suas, & eas, quæ illis subiectæ sunt; & ut illi sit principatus supra Concilium, & sessio, atque auctoritas supra Universos Principes.

Notandum primò est, dictionem **المجالس** *Aljamabato* aliquandò significare *turbam, multitudinem, Cætum, Synagogam, & eiusmodi; aliquandò Congregationem, Synodum.* Alexandrinus autem Episcopus Ægyptijs iudex Congregationis, siue Concilij appellatur, quia Cælestinus Romanus Pontifex vices suas in Concilio Ephesino delegans Cyrillo illius Ecclesiæ Antistiti, iudicem Concilij cum constituit, teste Nicephoro lib. 14. cap. 34. & alijs. Hinc sententiam contra Nestorium dictaturus Cyrillus ad eam ferendam tùm necessitate Canonum, tùm Cælestini literis coactum se profitetur.

Notandum secundò est; Dictionem **الكلام** *Alcalamo*, quæ propriè est *sermo, verbum, oratio;* identidem Arabibus translata significare *auctoritatem*, quia is super cæteros auctoritate pollet, cuius est, sententiam ferre, ac dicere. Hinc illud Arabum, **هو صاحب الكلام** *Ipsè est dominus sermonis siue orationis, scilicet ipsius est loqui, dicere, seu ferre sententiam; seu in ipso tota auctoritas sita est. Quæ loquendi formula in hoc observanda est Canone Alexandrinæ editionis.*

Notan.

Notandum tertio; hisce verbis: *Et quod Episcopus Romanus hanc quoque tenet consuetudinem, & oportet, ut potestatem habeat super regiones, & provincias suas, & eas, quæ illis subiectæ sunt: Romanus designatur, quæ Patriarcha Occidentis est. Istis verò alijs, quæ sequuntur: Et ut illi sit principatus supra Concilium, & sessio, atque auctoritas supra Uniuersos Principes, designatur ut summus Pontifex, & Ecclesiæ vniuersalis caput, quemadmodum illum appellat Chalcedonense Concilium Act. 3. & in acclamationibus ad S. Leonem. Alioquin idem secundum eandem rationem, & respectum esset æqualis, & inæqualis, seu par, & non par, quod contradictionem inuoluit, quemadmodum, & capite superiori notatum est. Et hæc est mens Canonis, & germanus sensus.*

Editio Melchitarum.

وان يكون اسقف مصر اعني بطريرك الاسكندرية
العظمى مسلط على كل مصر وجميع اقطاعاتها
وما حوالها من المدن التي يجب لها لانه هكذا
واجب لاسقف روميه اعني البطريرك خليفة
بطرس ان يكون مسلطاً ايضاً على بلادها
واسقاعها وما والاها

Potestatem autem habeat Episcopus Aegypti, nempe Pa-
triar-

patriarcha magna Alexandria super totam Aegyptum, omnesque eius Provincias, & adjacentes ei Civitates, quae ad illas pertinent, quoniam ita decet Roma Episcopum, nempe Patriarcham Petri Successorem, Ut potestatem quoque habeat super regiones, & provincias illius.

Ex hac quoque editione colligitur, comparationem esse de iure Patriarchali. Nam post haec verba: Quoniam ita decet Roma Episcopum, seu Romano Episcopo consentaneum est, statim subiungitur, de quo iure sermo est: nempe Patriarcham Petri Successorem; scilicet quia Patriarcha est.

Editio Maronitica.

Arabic script text, likely a Maronite edition of the canon, written in a cursive hand.

Antiquas consuetudines teneant illi, qui sunt in Aegypto, Libya, & Pentapoli, itaut Alexandrinus horum omnium habeat potestatem, quoniam, & Episcopo Romae hac consuetudo est.

Alia Maronitarum refertur editio Arabica in libro Constitutionum Ecclesiasticarum.

ET EIUSDEM PROMATVIO

verbis : وليلزم العادة الاولى من كان بمصر
ولوبيا وبنطابوليا فليطيعه واسقف الاسكندرية
وليكن له السلطان على كلهم من اجل ان
اسقف رومسية لازم له هذه العادة

*Antiqua adhaereant consuetudini quicumque sunt in Aegy-
pto, Libya, & Pentapoli, Ut Alexandrino obediant
Episcopo, & Ut horum omnium habeat ipse potestatem,
ed quod Episcopus Romanus huic adhaereat consuetudini.*

Editio Iacobitarum

واين يكون اسقف مصر اعني بطريرك الاسكندرية
العظمى مطلقا على كل مصر وجميع سقوعهنا
وما حوالها من المدن التي تحتها لانه هكذا
وجب لاسقف رومسية خليفة من ارب بطرس وهو
مطلقا ايضا على كل بلادها وسقوعها وما والاها

*Potestatem habeas Episcopus Aegypti, nempe Patriarcha
Alexandria magna superiorum Aegyptum, Uniuersasq;
illius prouincias, & eis subiectas Ciuitates, quia ita
docet, seu consentaneum est Episcopo Romae Successori
D. Petri, cum & ipse quoque potestatem habeat super
Uniuersas eius prouincias, & regiones, & quaecunq;
ad illam pertinent.*

Nestoriana Editio.

حَتَّىٰ مَاتَ فِي قَرْيَةٍ سَمِيَّةٍ بِأَرْضِ
 مِصْرَ فِي مَدِينَةِ مَدْيَنَةَ بِأَرْضِ
 مِصْرَ فِي مَدِينَةِ مَدْيَنَةَ بِأَرْضِ
 مِصْرَ فِي مَدِينَةِ مَدْيَنَةَ بِأَرْضِ
 مِصْرَ فِي مَدِينَةِ مَدْيَنَةَ بِأَرْضِ

*Antiquas consuetudines teneant illi, qui sunt in Aegypto ;
 Libya, & Pentapoli, itaut Alexandrinus horum om-
 nium habeat potestatem, quoniam Episcopo quoque hæc
 consuetudo est.*

*Eiusmodi verba: Quoniam Episcopo quoque hæc
 consuetudo est, habentur etiam in quibusdam Melchi-
 tarum, & Egyptiorum exemplaribus, nulla facta
 Romani mentione. Occurrit præterea eiusmodi le-
 ctio in Latinis nonnullis exemplaribus antiquis-
 simis, ut ad eundem Canonem sextum notat F. Bar-
 tholomæus Carranza in hæc verba: Consulsi Varias edi-
 tiones tam Græcas, quam Latinas in illis si inscriberetur
 hic Canon, ad hunc modum, & in editione quadam La-
 tina antiquissima, quam exhibuit mihi Reverend. Mar-
 col. Card. Sanctæ Crucis amplissimus, & Unus ex tribus
 Vicarijs Apostol. Sedis in Synodo Tridentina inventus di-
 gnissimus, sic debet sextus hic Canon: Mos antiquus
 per-*

ET EIVSDEM PRIMATV. 191

perdurat in Aegypto, vel Libya, & Pentapoli, Ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem: quoniam quidem Metropolitano Episcopo hoc idem moris est.

Editio Aethiopica.

Omnes, qui sunt in Aegypto, Libya, Noba, & Aethiopia Alexandrino obediant Patriarche; & sit illi potestas in omnes, qui eius subsunt iurisdictioni; quoniam Romanus Patriarcha sic talia iubet.

C A P V T X X I.

De Primatu eiusdem D. Petri.

Novarum rerum studio tumidus Lutherus, & conceptae reformationis (deformationis verius diceret) percitus aestro, tanta in Romanum Pontificem (qui vnus furentis hominis conatus retunderi poterat) exarsit ira, & rabie inusitata in illum succensus, vt nullum armorum genus, aut machinas non intentauerit ad arcem Romanae Ecclesiae primatus expugnandam. Nec sane in hoc rabido ablimilis fuit Canis, qui, vt ferunt, iactos in se lapides non minori rabie, & ira mordet, quam ipsos iacentes; Quocirca Sacrorum Conciliorum Statuta, & Canones

Sanctorum Patrum auctoritates, venerande antiquitatis Traditiones, & quicquid eiusmodi opponeretur forentis. Lutheri studijs ad Ecclesiæ Romanæ defendendum Primatum, & iniuriam propulsandam coningente momordit rabidus Lutherus, non secus ac rabidus canis in se iactos lapides. Cum verò demùm animaduertisset vnà cum suis, se frustra in Lunam latrare; & Arcem hanc fortissimis munitam præsidijs expugnare se posse, aut Patres ex propugnaculorum defensione deicere, aut Conciliorum firmissima mœnia machinis suis diruere, & conuellere oppidò desperasset, cuniculos agere aggressus est, ad ipsas vsque Inferorum portas suffodiens, tartarea implorans subsidia. Ex quo omni abiecto Christiano pudore, & rubore locum illum Matthæi 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*, quem de Petri Primatu tota intellexit antiquitas, ita commentatus est in idem caput: *super hanc, id est super me, non super te.* & paulò post: *Aedificare non potest intelligi super Petrum.* & Postilla in festo SS. Petri, & Pauli: *Hæc sententia de nullo alio intelligi potest, quàm de Christo.*

Hunc Ducem reliqua sequitur Protestantium turba, Hæreticorum nequissima soboles, & Apostatarum colluies ipsæ instructa armis, & argumentis. Arbitrantur quippè sic euerso fundamento, ipsius scilicet D. Petri Primatu, supra quem tota Romanæ

Ec-

Ecclesię sustinetur moles ; necesse esse, vt reliquum
 euertatur ædificium . Sed profectò qui Petrum negat
 esse Petram , supra quam Ecclesia Christi ædificata
 est , negat etiam Petrum esse Petrum , ac Petram esse
 Petram ; cùm idem prorsùs identicè sit ex Christi Do-
 mini diuino oraculo Petrus , ac Cephias , & Cephias ,
 ac Petra .

Quòd autem idem sit Petrus , ac Cephias , & Ce-
 phias , ac Petra , ex Syriaco planillimè constat contextu,
 vbi Christus Dominus Syriacè loquens , vel ex ipso-
 rum Aduersariorum sententia , Petro dicebat :

ܘܬܘܥܝܢܘܢ ܕܥܦܝܐܘܬܐܘܢ ܘܥܘܕܘܢ ܥܘܕܘܢ ܥܘܕܘܢ ܥܘܕܘܢ ܥܘܕܘܢ

*Tu es Cephias, & super hanc Cephiam ædificabo Ecclesiam
 meam, quod idem penitùs est ac, Tu es Petra, &
 super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Vtrobi-
 que vox eadem, nempè Cephias, vbique terminatio ea-
 dem. Quid autem significet ܥܦܐܘܬܐܘܢ Chiphias, seu Cephias
 Syris, nihil fanè aliud, quàm Petram. Ergo qui negat
 Petrum esse Petram, negat Cephiam esse Cephiam,
 seu Petram esse Petram, & consequenter Petrum esse
 Petrum.*

Theodorus Beza in idem Matthæi cap. 16. exi-
 stimat siue Matthæum, siue eius interpretem varia-
 illa terminatione intendisse discrimen inter Petrum,
 & Petram, sic ibi scribens *Sed videtur Matthæus aut
 si quis fuit eius interpretes, hoc terminationis discrimine*

Voluisse Petrum ab ipsa Petra, cui innisitur edificium, distinguere.

Ego tamen arbitror, inò pro certo habeo, neq; Matthæum, neque illius interpretem illo terminationis discrimine voluisse distinguere Petrum à Petra, sed tantum, vt terminationem nomini maris masculinorum more tribueret eadem retenta significatione, ac si retenta fuisset primitiua forma. Etenim terminationis discrimen in proprijs nominibus, quæ accommodantur ad vsum linguæ alienæ, ad quam transferuntur, non importat discrimen significationis. Hinc nomen *Adam*, quod *terrenum*, seu *rufum* denotat, nequaquam aliam acquirit significationem, cum tribuitur illi terminatio Latina, scribiturque *Adamus*. Sic *Abram*, nempe *Pater excelsus*, cum scribitur *Abramus*, vel *Isaacum Isaacus*, aut *Iacob*, cum *Iacobus*, aut *Ioseph*, cum *Iosephus*, & eiusmodi alia infinita.

Itaq; interpres ille Græcus duo respexisse videtur, significationem scilicet nominis *Κηφᾶς*, ac terminationem nominis *Petri* more masculinorum nominum, itaut nomen *Petrus* hac ratione terminatum, eandem retineret significationem, ac si primitiuam retinuisset formam. Inò hoc idem obseruandum venit in ipso nomine *Ⲙⲉⲗⲉ* *Chipha*, quod Græci scribunt *Κηφᾶς* addita litera, s; in fine, vt illi accommodent Græcam terminationem, quam etiam retinentes Latini mutant adhuc, vt Græcum in, e, Latinum scribuntq; *Cephas*, quod

ET EIVSDEM PRIMATI. 229

quod longius à Syriaca recedit orthographia, & pronun-
ciatione, non propterea tamen aliam, & aliam
acquirat significationem, ob aliam, & aliam termina-
tionem.

Qui Arabicam Editionem ex Græco interpretatus
est, nullum agnovit discrimen in utroq; vocabulo, sed
vtrumque vertit الحجرة *Alfachra*, idest *Petram*

انت الحجرة وعلى هذه الحجرة ابني بيعة
*Tues Petra, & Super hanc petram edificabo Ecclesiam
meam*. Alia Arabica editio idem habet, sed pro

الحجرة *Alfachra*, usurpavit vocabulum المسفا
Alsapha, quod *Petram* item denotat. Ex quo patet
liquidò his interpretibus idem omninò esse *Πέτρος*, &
Πέτρα, notionem quod spectat.

His adscipulatur planè ille, qui ex Ægyptiaca,
seu Coptica lingua suam confecit Arabicam versio-
nem interlinearem, ubi testatur in præfatione, se fi-
deliter, ac verba verbis reddidisse; tamen vtrouque,
nempe pro *Πέτρος*, & *Πέτρα*, vertit الحجرة *Alfachra*,
hoc est *Petram*: *Tues Petra, & Super hanc Petram, &c.*
Hinc palam relinquatur, *Πέτρος*, & *Πέτρα*, esse Synony-
ma, & hunc iuxta omnium gentium mentem esse illo-
rum verborum sensum, usq; ad Magistri Protestantium
Lutheri tempora, qui à Diabolo edoctus, ut ipse fate-
tur, alium sensum in Ecclesiam Dei invehere conatus
est cum Asseclis.

Aduer-

Aduertendum adhuc per diligentem est, in omnibus hisce tribus Arabicis editionibus vocem illam, quæ Petram designat, scriptam esse cum articulo ال Al, cuius officium, & munus est, rem alioquin vagam, & indeterminatam, terminare, ac notam facere, eamque ad aliquid antecedenter de illa dictum referre, vnde articulum eiusmodi Grammatici Arabum vo-

dant التعريف *Altaaripho*, hoc est *notificationem*, quia rem notam facit. Hoc eodem fungitur munere apud Hebræos litera ך nominibus præmissa; apud Græcos ος ἡ, οὗ; apud Italos *It, La, Lo*; apud Latinos, licet minus commode, *Etic, Etac, Hoc*. Aliud

propterea est Arabibus dicere اعطني كتاب *Da mihi librum sine articulo*, aliud اعطني الكتاب

Da mihi tunc librum, seu *illum librum*, quod Italimãgis expressiue dicunt sine articulo; *Dammi un libro* & cum articulo *Dammi il libro* Primo modo, & sine articulo significat *Da mihi librum*, quicumque ille sit; Secundo, *Da mihi librum illum tibi notum*, seu *de quo sermo inter nos fuit*, seu *librum illum per antonomasiam omnibus cognitum*. Igitur cum dicitur apud

Matthæum 16. اذت الحجرة *Tu es illa Petra*, vel *Tu scilicet Petra*, necesse est, ea verba relationem habere ex vi articuli ال Al, ad aliquid antecedens notum, & de quo sermo factus iam aliquando fuit, sci-

licet

licet ad illa Ioan. 1. q. 2. *Tu es Simon filius Iona, tu
 vocaberis Cephās.* vbi non dixit Dominus: *Vocaberis
 Cephās,* sed *vocaberis* in futuro, vnde præclare D. Cy-
 rillus lib. 2. cap. 2. in Ioan. *Predicit, inquit, voca-
 bulo ipso commodè significans, quod in eo tamquam in
 Petra lapideque firmissimo suam fundaturus esset Eccle-
 siam.* Itaque præmisso articulo illorum verborum,
 sensus erit apud Matthæum: *Tu es illa Petra, quam
 aliquandò designavi dicens tibi: Tu es Simon filius Iona,
 tu vocaberis Cephās.* Sed cur *Cephās,* nempe *Petra*
 vocabitur? *Quia secundum me euphoram Petra,* inquit,
 D. Hieronymus in cap. 16. D. Matthæi, *rectè dicitur
 ei: edificabo Ecclesiam meam super te.* Ex quarum
 Editionum lectionibus colligitur,
 hunc Petrum, de quo Matthæus cap. 16. eundem ef-
 fe, ac illum, de quo Ioannes cap. 1. Sed apud Ioan-
 nem dicitur, & vocatur *Cephās,* iuxta Syriacum tex-
 tum nulla addita interpretatione, nam si adderetur,
 esset turpissima battologia, dicereturque: *Tu es Si-
 mon filius Iona, tu vocaberis Cephās, quod interpreta-
 tur Cephās,* vnde clarè patet, illa verba, quod interpre-
 tatur *Petrus,* non esse ipsius Domini Syriacè loquen-
 tis, sed interpretis, qui nihil aliud sua illa interpreta-
 tione intelligere potest, aut debuit, quàm illud, quod
 vocabulum *Cephās* à Domino Simoni filio Ionæ im-
 positum significat; Sed omnes sciunt, & nemo igno-
 rat, idem esse Syris *Cephām,* ac Græcis *Πέτρον,* &
 Lati-

est huius editionis interpretem minimè vsum fuisse
 vocabulo *Cephas*, sed pro eo posuit *Sciuba*, quod si-
 gnificat lapidem, non quemcunq; tamen, verùm præ-
 grandem, & qui humo ita infixus hæret, vt indè auel-
 li nequeat, siue immobilem, quem vulgò lapidem,
 seu Petram viam nuncupamus. Quo interpres ille ve-
 tustissimus intelligere videtur prærogatiuam Simoni
 filio Ionæ collatam, & non ipsam agnominati-
 onem. Satis enim commodè ratus est, prærogatiuam illam
 Synonyma aliqua, & æquipollenti exprimere voce.
 Eam fanè ob rationem *Petra Ecclesiæ* dictus fuit S. Pe-
 trus à D. Augustino 2. *Retract.* cap. 21. D. Ambro-
 sij approbante Hymnum; & serm. 16. de Sanctis:
Saxum immobile.

Ex omnibus itaque Orientalium Editionibus, ac
 præsertim Syriaca, quæ Christi Domini vernacula
 conscripta est lingua, planè omninò patet, *Petrum*,
 & *Petram* apud Mattheum eo loci cap. 16. minimè in-
 ter se differre, aut vllum inter vtrumque vocabulum
 significationis esse discrimen: aut de diuersis intelli-
 gisse posse. Quamobrem impudens ille, ac perfrictæ fron-
 tis esse oportet, qui tot, tantisque vetustissimis Edi-
 tionibus refragari audebit.

Nunc videamus, quibus Aduersarij suum firmare
 conantur errorem Scripturarum auctoritatibus, vel
 Patrum testimonijs. De Scripturis audiamus Lutheri
 Protestantium impij, & Pseudoeuangelistæ iudiciu.

Com. in cap. 3. Epist. ad Galat. dum earum vrgetur auctoritatibus. Ego, inquit, nihil curo dicta Scriptura, si etiam ijs adhuc plura afferentur. Tu quidem Papista valdè fastidis, & ferocem te facis cum Scriptura. Cùm Luthero igitur, & ijs, qui in eius iurant verba, nulla superest nobis disputatio, quia nihil curare omnia dicta Scripturæ, perindè est, ac Scripturam penitùs negare; sed Scripturam negare, est negare ipsa prima religionis principia; contra negantes autem principia non est disputandum. Verùm rectissimè ex eo asserto concluditur, Lutherum, & qui eius admittunt hanc doctrinam, neque Iudæos esse, neque Christianos, quia illi religiosissimè vetus obseruant, & colunt Instrumentum, isti verò vtrumque, Vetus videlicet, & Nouum. Præclarè profectò contra Lutherum insanè effutientem facit illud D. August. lib. 1 i cap. 2. contra Faustum: *Tu es ergo regula Veritatis: quicquid contra te fuerit, non est Verum.* Nec minùs fanè illud eiusdem contra Parmenianum: *Ipsè sine documentis loquitur, & vult nihil probans credi sibi.* Satis est igitur Luthero dicere: *Super hanc, id est super me, non super te.* Si petis qua auctoritate? Respondet idem tom. 4. Germ. vit. ann. 1551. fol. 475. *Doctor Martinus Luther vult sic habere, & dicit Papistam, & Asinum esse rem vnam.* Et si quæris adhuc, quo argumento, & ratione? statim subdit hic Euangelista Protestanticus: *Sic volo, sic inbeo, sit pro ratione voluntas.*

tas. Ego sanè, si ipso Luthero genitore prognatus essem, statim atque hæc apud ipsum legissem, tam impuro, ac improbo renunciassem parenti. Longè modestiùs profectò Pseudopropheta Mohammedus loquebatur; nam omnia sibi à Deo aut imperata, aut cælitùs demissa fingebat. Lutherus: *Sic Volo, sic iubeo*. Facessat ergo hinc insanus Lutherus. *Quid refert* (inquit Henricus VIII. Rex Magnæ Britannæ, dum sanæ mentis erat, in Lutherum Assert. 7. Sacram.) *Quid in hoc sentiat Lutherus, qui præ ira, atque invidia non sentit ipse, quid sentiat?*

Accedat modò Sacramentariorum nuperus restau-
rator Zuinglius, & hæc de re suam dicat sententiam. *Ego* (inquit Zuinglius de vera, & falsa Religione cap. de clauibus) *Super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam, non super te, nam tu Petra non es*. Item: *Solus Christus, non Petrus, Petra est, supra quam Ecclesia adificata perstat*. Et in explanat. art. 50. *Pontificij super Petrum adificatam esse Ecclesiam (quæ Vera est idolatria) contendunt*. Hæc Zuinglius.

Porro hic error tam euidenter cum Scripturæ pugnat verbis, vt non nisi ab homine, qui omnem Christianum deposuit pudorem, & in effrænatum quendam conuersus furorem, proferri potuisset. Vbi quæso, Christus dixit vnquam: *Tu non es Petra?* In Euangelio? splendide mentitur Sacramentarius, cum in Euangelio Christus Dominus dixerit: *Tu Vocaberis*

Cephas; quid autem sit *Cephas*, sciunt & ipsi pueri esse *Petram*. Ergo cùm dixit Christus dominus: *Tu Vocaberis Cephas*, dixit, *tu es Petra*, at: *tu non es Petra* nusquam legitur in sacris Literis. Ergo peruersè peruertit Zuinglius Christi domini verba, & contradiçtorie opponitur illis. Ipse igitur idololatra, & Antichristus habendus est, non Pontificij, qui Christi verbis inhærent, nec à propria eorum recedunt significatione sequentes illud D. August. de Doctrina Christiana lib. 3. cap. 16. *Nunquam esse recedendum à propria significatione Verborum sacra Scriptura, nisi cogamur ab ea recedere auctoritate alicuius evidentioris dogmatis Fidei, cui propria Verborum significatio manifestè repugnat.*

Sed regeret hic fortè aliquis pro Zuinglio: *Petra* nomine in sacris Scripturis intelligitur ipse Christus iuxta illud Apostoli 1. Corint. 10. *Bibebant autem de spiritali conseqente eos Petra, Petra autem erat Christus.* Et Act. 4. 11. *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli.* Ergo nomine *Petra* eo loci Matthæi 16. ipse Christus dominus intelligendus est, non quidem Petrus. Hæc obiectio passim obtruditur ab Aduersarijs, quemadmodum multa alia huius generis.

Huic toties repetitæ ab Aduersarijs ad stomachum vsque cantilenæ sexcenties à Catholicis Scripto-ribus responsum fuit, nempe Christum primario, ac

ET EIVSDEM PRIMATV. 203

per se, & ex se ipso esse *Petram*; Petrum verò secundario, ac dependenter à Christo, & vt ita dicam, vicariam *Petram*, & in sensu participato, seu analogicè. Vndè Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaëlem, & Leonem: *Sancta, inquit, Ecclesia super Petram, id est, Christum, & super Petram, vel Cepham filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, edificata est. S. verò Leo Magnus idem peregre tradit serm. 3. de assumptione sui ad Pontif. Sicut meus Pater, inquit, manifestavit tibi diuinitatem meam; ita ego notam facio excellentiam tuam: quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inuolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio Vtraque Unum, ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere, tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia: Præclarissimè adhuc D. Bafilus Serm. de pœnitentia de sensu hoc agit participato: Vicissim, inquit, audierat Petrus se esse Petram, ita laudatus a Domino. Licet enim Petra esset; non tamen Petra erat, ut Christus: ut Petrus Petra erat. Nam Christus Verè est immobilis Petra: Petrus Verò propter Petram. Axiomata namque sua Iesus largitur alijs. Largitur autem ea non euacuatus, sed nihilominus habens. Lux est: Vos estis lux Mundi, inquit; Sacerdos est: & facit Sacerdotes. Petra est, & Petram facit. Quæ sua sunt largitur seruis suis.*

Eiusmodi tropis sacræ Pagiinæ confertissimæ sunt.

tam

tam in affirmatiuis, quàm in negatiuis enunciatis. In affirmatiuis non sequitur, quòd cùm aliquid sit tale, aliud etiam non possit esse, vndè ex hac propositione *Christus est homo*, non sequitur *ergo alij non sunt, neque possunt esse homines*. Ita in simili: *Christus est Petra*: non sequitur: *ergo alij non sunt, neque dici possunt Petra*. In negatiuis verò vniuocis contrarium prorsus accidit. Ex hac quippè propositione: *Nullus homo est lapis*, non sequitur: *ergo aliquis lapis est homo*. Item ex hac alia: *Solus homo est rationalis*, non sequitur, quòd *lapis, vel non homo possit esse rationalis*, sed quicquid non est homo, hoc enunciato excluditur à rationalitate. Secus verò accidit in Analogis, quæ semper plura admittunt participantia secundum plus, & minus. Quamobrem ex hoc *Istia cap. 45. Ego Deus, & non est alius*, non sequitur, quòd alij non sint, & possint appellari Dij in sensu participato, & analogico. Etenim ipsemet Deus, qui strictè id vetuit, Moyse, dixit: *Ecce constituo te Deum Pharaonis*. Concluditur igitur, Christum esse Petram primariam, & Petrum secundariam, & in sensu participato, ac minus principali.

Præterea ipsa verba contextus nullum alium admittere possunt sensum, quàm hunc analogicum, & participatum, proindè Zwinglium, & Symmystas inconsideratissimæ, ac dementissimæ conuincunt temeritatis. Nam ea verba Christi: *Et ego dico tibi, quia*

tu es Petrus, quis non videt esse compensatiua, & ac-
 si dixisset: *Quia tu confessus es, me esse filium Dei,*
ego quoque, (vt habent Syriacæ editiones) *Vicissim* (vt
 vertit Erasmus) *dico tibi, quia tu es Petrus, & super*
hanc Petram edificabo Ecclesiam meam? Quæ autem
 compensatio in eo consistit, quòd in Petro tamquam
 in Petra suam Dominus ædificaturus Ecclesiam. Ad
 hæc particula, *Quia* causalis, vel est causalis respectu
 huius nominis, *Petrus*, quæ importat prærogatiuam
 aliquam à Christo Domino ijs verbis ipsi collatam,
 vel quæ denotat personam duntaxat hominis, qui *Pe-*
trus appellatur. Si primum, nulla sanè esse potest
 prærogatiua illa, nisi ea, quæ importatur ab ipsa signi-
 ficatione nominis, *Petrus*, quod nihil aliud significat,
 aut significare potest, quàm *Petram*, quemadmo-
 dum supra pluribus probatum est, & Aduersariorum
 plures veritatis vi conuicti fatentur. Vnde witakerus,
 qui contr. 4. quæst. 2. cap. 2. scripserat: *Petrus non*
est Petra, quia Christus non ædificat Ecclesiam suam su-
per Petrum, tandem lib. 5. contra Duræum sect. 4.
 sic scriptum reliquit: *Quis Petrum non fatetur esse*
Petram, & Ecclesia fundamentum? Idem fatetur Mar-
 cus Antonius de Dominis lib. 1. de Republica cap. 6.
 num. 23. Lohetus in Responf. ad Marium cap. 3.
 Casaubonus in exercit. 15. contra Baronium, & alij.
 Itaque necesse est, eam prærogatiuam haberi ex signi-
 ficatione nominis huius, *Petrus*, qui idem est, ac *Pe-*

tra. Alioquin quem sensum haberent ea Domini verba, si causalis illa non respiceret prærogatiuam, & compensationem aliquam confessionis Petri? & quæ verborum totius illius commatis esset connexio? aut quam propositionem, vel præpositionis partem inibi suppleret nomen *Petrus*? Si autem secundum, nempe quod particula hæc, *Quia*, sit causalis respectu huius nominis *Petrus*, quæ designat personam hominis eo nomine sic appellati, profectò insulsißima esset ea Christi Domini oratio, quod vel mente concipere execrandi facinoris est. Nam si personam respiceret causalis illa, æquè benè diceretur: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*; ac, *Ego dico tibi, quia tu es Simon, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*. Sed hæc quis æquiferret animo? nonne insulsißima sunt, & perridicula?

At expendamus modò parumper, quæso te, hunc Aduersariorum errorem, seu ineptam paraphrasim: *Quia tu es Petrus, non super te, sed super me edificabo Ecclesiam meam*, videbimusque, quàm ridicula, quàm insulsa, quàm inepta, & quàm absurda sit. Hæc paraphrasis Aduersariorum ex verbis Christi ita concinnata sic ex ipsa orationis vi resolui potest: *Ideo non edificabo Ecclesiam meam super te, quia tu es Petrus; at si non esses Petrus, unique illam super te edificarem, sed quia es Petrus, super me illam edificabo, non super te, quia es Petrus*. Certè hæc genuina, ac germana illo-

rum

rum verborum esset resolutio, & sensus. Sed cur id? forte contendebat Petrus cum ipso Christo de fundatione Ecclesie, quemadmodum contendebant Apolloli de maioritate, ita ut verbis illis retundere voluisset Dominus Petri præsumptionem, ac propterea dixit illi: *Quia tu es Petrus non super te, sed super me edificabo Ecclesiam meam?* Proindè apage hinc Petre. ergo causa non ædificandi Ecclesiam super Petrum est, quia erat Petrus, & si non fuisset Petrus, utique ædificasset, super illum, Absurdum magis, & infulsum dici ne quicquam potest? tamen id ab Aduersarijs illatione dicitur. Multa huius generis missa nunc facimus, ne tam fœtidam moueamus cloacam. Nunc ad **Sibrandum concedamus**, qui aliud admouet nostris muris machinæ genus; videamus, an felicius.

Sibrandus de Papa Romano lib. 2. cap. 1. probare adnititur verba illa: *Super hanc Petram*, intelligi non posse de Petro, alioquin, Christus Dominus dixisset: *Et super te Petram* &c. addito pronomine, *te*, quemadmodum paulò post dixit: *Tibi dabo claves regni Cælorum*. His adstipulatur magna Protestantium turba.

Sed verò hæc asserens Sibrandus minimè veritatis ingenuè inquirendi habuit rationem; nec meliùs quàm reliqui Sodales ratiocinatur, licet per totum seu Dialecticum ostentare amet. Ecqua fronte bonus is logicaster hunc indè deducit sensum? Si enim inibi

Christus dominus non dixit ; *Super te*, ut exigit à nobis, ostendat ipse, ubi dixit Dominus : *Super me* ; Et profectò id dicere perquam necessarium erat, si hunc intendebat Christus sensum : Quia cum ipsemet loqueretur, & quidem de alia persona, nempe Petri, de illo sermo semper intelligendus venit, nisi aliquid aliud interponeretur, quod non ampliùs de illa persona sermo sit, demonstret. Alioquin pro libitu, & animi libidine liceret unicuique eum elicere sensum, quem magis sibi arridet. Potest enim aliquis verba, illa, si fas esset, sic vincula solvere orationis, & quò quis vult vagari, ita exponere, & hunc aptare illis sensum : *Tu es Petrus*, ac dicere, quòd Christus ostenderit tunc Petram aliquam materiale, & dixerit : *Et super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*. Et sanè non minùs insulsa, & absurda est illa Sibrandi expositio, quam ista.

Sed an hoc dicere, *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super te Petram* &c. non esset manifesta, ac turpissima tautologia, & battologia? Præterea cum dixerit Christus dominus : *Ego dico TIBI, quia TV es Petrus*, & paulò post subdit in eodem commate, & ad eandem loquens continuata oratione personam, & *TIBI dabo claves*, nullo interposito alterius personæ pronomine, aut notione inter *TIBI, TV, TIBI*, quæ de solo Petro enunciantur : qui fieri potest, ut ibi sermo sit de alia persona? Itaque nos habemus tria

Petri pronomina in eodem commate repetita, proferrant vel vnum Christi pronomen Aduersarij.

Porrò quis mentis sanæ non videt, hæc, *quia tu es Petrus* cum hac Sibrandi paraphrasi, *Et super me*, non magis, aut commodius inter se connecti, quàm illa: *Quia tu es Petrus*, Paulus est Apostolus gentium, vel Moyses est Propheta; vel, *quia tu es Petrus*, Sibrandus improbè mentitur. Certè non magis inter se connectuntur ista, quàm illa, neque ex illa causali deducuntur illa, quàm ista.

Sunt etiam, qui dicunt, nomine *Petræ* neque ipsum Christum, neque Petrum esse intelligendum, sed ipsam Ecclesiam, cuius personam, ac typum gerit Petrus. Quæ sententia infulsissima quidem est, atque absurdissima, nec propterea responsione dignanda. Nam si propositio ista, *Tu es Petrus*, &c. resolueretur iuxta tributum per huius sententiæ Auctores ipsi sensum, sic se haberet: *Tu es Ecclesia*, & *super hanc Ecclesiam ædificabo Ecclesiam meam*. Et sic vel eadem Ecclesia ædificaretur supra se, quod est absurdum; vel vna Ecclesia ædificaretur super aliam Ecclesiam, quod est ridiculum, & ineptum. Hi sunt cuniculi, hi sunt arietes, quibus Ecclesiæ Romanæ Arcem euertere Portæ inferi satagunt, & viribus eniuntur omnibus; sed frustra ac improbo labore.

*Idem comprobatur D. Petri Primatus
Orientalium Scriptorum
testimonijs .*

Satis superque capite superiori ostensum à nobis est, *Petrum esse Petram*¹, supra quam suam Christus Dominus ædificauit Ecclesiam, & Aduersariorum pro virili refutauimus errores, diluimusque obiectiones. Ne verò illud nobis obijciant Tertulliani de Præscriptionibus dicentis: *Nobis de nostro arbitrio nihil indulgere licet, sed nec eligere quod aliquis de suo arbitrio induxerit.* Quamobrem Orientalium Scriptorum audienda quoque sunt nobis de hoc argumento placita, & opiniones. *At non omnium de hac re sententias, (vt in simili causa ratiocinatur D. Augustinus lib. 1. cap. 2. contra Iul. Pelag.) nec omnes eorum, quos commemorabo, me congregaturum polliceor, quia nimis longum est, & necesse esse non arbitror, sed ponam paucapaucorum, quibus tamen nostri, contradictores cogantur erubescere, & cedere, si Vllus in eis Vel Dei timor, Vel hominum pudor reliquus est.* Græcos, & Latinos Patres nullos hic cito, aut laudo, satis enim à multis, & magnis viris pro hac controuersia laudati sunt; Orientalibus, & quidem paucis contentus ero.

וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְהוּא מְדַבֵּר לָהֶם וְדִבְרָא הַבְּרִי
 לְהַאֲזִינָהּ . דִּבְרָא וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא וְאִתְּרַם וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא .
 וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא .
 וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא .
 וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא .
 וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ
 דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא . וְיֵשׁוּעַ דִּבְרָא .

Dicit illis : Vos autem quem me esse dicitis ? nempè Vos, qui semper estis mecum , & Vidistis , qua ego facio , miracula , & Vos quoque multas fecistis in nomine meo Virtutes . Respondit Simon Cephas , ille os , & caput Apostolorum . (Cùm omnes interrogarentur , ipse responsum reddit .) cùm autem interrogat de sensu mentis turbarum , omnes responderunt ad interrogata ; cùm Verò de eorum sensu , præcessit , ac profilit Petrus ante omnes , & dixit :

Tu es Christus Filius Dei. Respondit Iesus, & dixit ei: Beatus es Simon filius Iona, quia caro, & sanguis non reuelavit tibi, sed pater meus, qui in Cælis est. Et sancti spiritus Verè confessus non fuisse; & quòd à Patre non esset genitus, id non fuisse opus reuelationis; & si unum de pluribus eum esse existimasset, nequaquam beatitudine dignum esset quòd dixerat. Nam & Illi etiam, qui in nauicula erant; postquam cessauit fuit Etas maris, dixerunt: Verè Filius Dei tu es. non tamen data est illis beatitudo, quamuis id valde Verè dixerint. Etenim non similem huic confessi sunt filiationem, scilicet ut hanc Petri: sed unum ex multis filijs putabant eum esse, siue excellentiorem multis, non autem consubstantiali: Nathanael quoque dixerat: Rabbi tu es Filius Dei, Tu es Rex Israel. Nec solum beatitudo data ei non fuit, Verum, ut qui multò minus Veritate dixerat, reprehendebatur. Petro autem data est beatitudo, quia Verè confessus est, eum esse Filium Dei. Idcirco illum etiam, qui reuelauit ei, demonstrat, ne multi putarent, quòd cum esset amicus Christi, amicitie, & perturbati animi esse illa Verba, & quòd amor, qui gratiam ipsi conciliat, in medium attulisset, quòd ille exclamauit; Ut ediscas, Petrum protulisse; Patrem Verè sanxisse. Ei ne modò laudem humanam, sed dogmata diuina hæc esse credas. Cur ipse non pronunciauit, & dixit: Ego sum Christus? Primo quia id ipsum decebat; deinde multò magis hoc eos traheret ad Fidem. Vidisti

quo-

quomodo reuelavit Pater Filium, & Filius Patrem? Nemo, dicit, scit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Non est itaque Filius ab alio noscendus, nisi à Patre; neque ab alio Pater, nisi à Filio, ut inde etiam conglorificatio, & consubstantiatio dignoscatur. Quid itaque Christus? Ego quoque dico tibi, quia tu es Cephas, & super hanc Cepham ædificabo Ecclesiam meam, & Portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam. Quoniam enim, ait, prædicauisti Patrem meum, ego quoque tibi nomino tuum genitorem. Quasi Verò dixisset: quemadmodum tu filius Iona es, ita ego Patris mei. Non satis enim erat dicere: tu es filius eius: sed ideò dixit: tu es Filius Dei, ut ostenderet, ita se esse Filium Dei, quemadmodum ille erat filius Iona, & ex ipsissima substantiâ genitoris. Iccircò addidit: Et ego quoque dico tibi, quia tu es Cephas, & super hanc Cepham (nempè Fidem, & Confessionem) ædificabo Ecclesiam meam. Ostendit exindè multos credituros fore, suamque confirmat sententiam, & facit illi fiduciam: Et Portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam; & si aduersùs eam non præualebunt, multò minùs aduersùs me. Ne itaque conturberis, cum auditurus sis, me traditum, & Cruci affixum iri. Praterè à alium tibi dico honorem: Tibi dabo claues regni Cælorum. Non dixit, rogabo Patrem, sed dixit: Ego dabo tibi; & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis: & quodcunque solueris super terram,

erit solutum & in Cælis. Quomodo igitur sedere ad dexteram, & sinistram non est illius, qui dixit: Ego dabo tibi? Vidisti quemadmodum & ipse Petrus eleuatur ad altissimam sui intelligentiam, quia ostendit, eum esse Filium Dei. Per has autem duas promissiones, quæ solius Dei sunt, peccata scilicet remittere, & Ecclesiam immobilem reddere aduersus falsas eiusmodi pugnas; atque hominem piscatorem omni rupe fortiozem ostendere, toto cum illo concertante terrarum Orbe habitabili. Hæc promittit se illi daturum; quemadmodum Pater Ieremie, quem posuit tamquam columnam aeneam, & tamquam murum fortissimum; sed illum uni tantum populo; istum Verò omni loco Orbis terrarum habitabilis. Ita tu igitur interroga eos, qui volunt diminuerè honorem Filij: Quodnam donum maius? ea, quæ dedit Pater Petro, Vel, quæ dedit Filius? Ille quippe reuelationem Filij concessit Petro: Filius Verò, quæ sunt Patris, & quæ sua per totum habitabilem disseminauit terrarum Orbem, & mortali homini caelestem tradidit potestatem dans illi clauas, & Ecclesiam Ubique extendens terrarum, & quòd sit fortior quacunque rupe, & petra, eam demonstrauit. Cali enim, & terra transibunt, Verba Verò mea non transibunt. Qui ergo minor est, qui similia dedit? qui eiusmodi dispensauit? Hæc autem dico non separans opera Patris, & Filij, omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso nec Unum quidem; sed refrenans impudentem eorum linguam, quæ eiusmodi audent. Attende, quæso, per omnia

nia eius potestatem ; Ego dicotibi , quia tu es Petrus , tu ædificabis Ecclesiam meam : tibi dabo claves Cælorum . Hac ille .

Animaduertendum hic est ; cùm auctor iste dicit : *Quia tu es Cephæ , & super hanc Cephæ , nempe Fidem , & confessionem ædificabo Ecclesiam meam , non intelligit Fidem , & Confessionem in abstracto , sed in concreto , & cum relatione ad Petrum , cuius Fides , & Confessio illa est . Quia Petro data est ea Fidei soliditas à Christo nunquàm defectura : Rogavi pro te Petre , ne deficiat Fides tua , ideò in Fide Petri merito fundatur Ecclesia . Quam enim Fidem docet Petrus , ea verissima Fides est , & eius prædicatione ædificatur Ecclesia : per Fidem namque hæc ædificatio perficitur . Porro hoc modo ædificari in Fide Petri , est ædificari in Petro ratione Fidei . Hoc Verò sensu , inquit Martinus Smiglecius lib. 2. de notis Ministrorum cap. 11. & SS. Patres , & nos cum ipsis dicimus ædificari Ecclesiam in Fide Petri . Verùm hoc idem est , quòd ædificari in Petro . Liquet id clarissimè per totum , sed præsertim ex hisce eiusdem auctoris verbis : *Atque hominem piscatorem omni rupe fortiozem ostendere , toto cum illo concertante terrarum Orbe habitabili . Vbi eandem fortitudinem , quæ Fidei indeficienti tribuitur , & Ecclesiæ , tribuitur & piscatori Petro . Vndè & D. Ambrosius in Lucam lib. 6. cap. 9. Fidem esse Ecclesiæ fundamentum , dixit .**

Abnalhaffalus libro de Ecclesiasticis quæstioni-
bus quæst. 23. de illis Christi verbis : *Quodcumque liga-*
ueris super terram, erit ligatum & in Cælis, hæc habet de
D. Petri Primatu, & suprema potestate super reliquos

قال في متى فاجاب يسوع وقال له طوباك :
يا سمعان ابن يونا والباقي . وقال فيه ايضا الحق اقول
لك كل ما ربطته والباقي : التفسير لمصنفه : الربط
والربط ينقسم الى قسمين الاول منها وهو
النظر في الخطايا . ولما اعطا سيدنا المسيح لتلاميذه
ان يكونوا معه واحداً في المشية والارادة والفعل
كما تقدم بيانه فصار فعلهم هو فعله ومشيتهم
هي مشيته وارادتهم هي ارادته ولهذا قال لمطرس
راس الرسل اربع كباشي اربع خراف اربع نعاجي
ولما كانت الخطايا لا تنتهي لاختلاف بسر الايمان وبسر
الاعمال اعطا التلاميذ سلطان وقال لهم ما عفرتم له
خطايا عفرتم وما امسكتوا عليه مسكت وهذا
السلطان مقلد منه لهم وخلقايم بعدهم
ليحكموا فيه بالعدل : القسم الثاني وهو الفروض
السيدية والرسولية وليس لاحد ان ينقضهم ولا
يعير شيئاً منهم والدليل على ذلك ادله كثيرة
الاول منها ان الذي عقد سيدنا المسيح لياس
لاحد ان يحله اذ كان هو الملك والمالك للكل
وهم

وهم العبيد ولا يعج للعبيد ان يخلوا ما عقده
 سيدهم ولا يغيروا شيئا منه : الثاني كل ما عقد
 بطرس رأس الرسل ليس لمقية الرسل حله ان كان
 سيدنا المسيح قد قدمه عليهم وامره به. هذه بمفرده
 دونهم : الثالث كلما عقد الرسل وبطرس لا يوز
 لغيرهم من خلفائهم حله ان كان قد اعطاهم
 هذه العظيمة او واسع بينهم فيهم : — : — :

*Dixit in Matthæo : & respondit Iesus , & dixit ei : Bea-
 tus es Simon filius Iona &c. Et dixit ibidem quoque :
 Amen dico tibi : quodcumque ligaueris &c. Expositio
 Auctoris . Soluere , & ligare dupliciter distinguitur .
 Primum , est expendere peccata . Et cum tribuisset Do-
 minus noster Christus Discipulis suis , Ut unum essent se-
 cum voluntate , mente , & opere , quemadmodum supra
 demonstrauius , factum est , Ut idem esset eorum , ac
 ipsius opus , voluntas , & mens , ideoque dixit Petro
 Principi Apostolorum : Pasce Arietes meos , pasce Agnos
 meos , pasce Oves meas . Cum Verò peccata infinita sint ob
 diuersitatem iustitiæ Fidei , & iustitiæ operum , dedit Disci-
 pulis potestatem , & dixit eis : Quorum remiseritis peccata ,
 remittentur eis : & quorum retinueritis , retenta sunt .
 Hanc autem potestatem tradidit illis , & eorum Suc-
 cessoribus post illos , iustè Utendam . Alterum , sunt
 præcepta Dominica , & Apostolica , de quibus derogare
 quicquam , nemini licet , aut quicquam mutare . Huius
 autem*

Notandum hic est, Syriacus Textus hoc loco Ioannis 21. vbi Latinus legit bis *agnos meos*, habet *Arietes meos*, & *Agnos meos*, quam lectionem sequuntur Arabes, alijque Orientales penè omnes, quibus verbis volunt, comprehendi supremos, medios, & infimos, itaut nemo excipiatur, aut eximatur à Iurisdictione Petri. Vndè Abulpharagius Benattibus in

sua parua paraphrasi in hunc locum: **فقوله به ارع لي هو يعني كن نايبا عني ويقوله كماشى وخراني ونعاجي يعني كافة المومنين والمومنات الراس منهم والوسط والاندون**

Dicendo pasce mihi, seu pro me, eiusdem significationis est, ac esto mihi, seu pro me Vicarius. dicendo autem Arietes meos, Agnos meos, & Oues meas, indicat Universos fideles tam mares, quam feminas, supremos, medios, & infimos. Hæc breuiter Benattibus.

Historia, seu potius præfatio Arabicorum Conciliorum omnibus præmissa Orientalium editionibus postquam enarrauit, quòd per dies decem continuos orauerint, ieiunauerint, & multa discussierint de prædicando per vniuersum Orbem Euangelio iuxta Domini mandatum, nec facile decernere potuerint, quid ipsis agendum erat propter variarum gentium varias linguas illis ignotas, tandem subdit: **فقال لهم**

بطرس الذي هو مروس من المسيح على جميع التلاميذ

التلاميذ التي بعاه شمعون الصفا ليس هو هكذا
 الام-الينا ولمكن سيدنا وعدنا ان يرسل
 اليينا البرقلاط

*Dixit autem eis Petrus, (qui Capus, seu Princeps constitu-
 tutus erat à Christo super Uniuersos Discipulos, quem
 Vocauit Simonem Petrum) Nostrium non est hoc nego-
 tium, ac Dominus noster pollicitus est mittere nobis Pa-
 raclitum.*

In lib. Constit. Syriacarum Ecclesiæ Maronita-
 rum à Dauidе Archiepiscopo ante annos 680. Arabic
 ciuris factarum. nempet ab Alexandro 1370. c. 1.
De Fide, hæc habentur de eodem D. Petri Primatu:

وكانوا التلاميذ القديسين لما لوتهم في عبادته
 وبعدهم بعد نزول البرقلاط على الفخر ما وقت الى تفرقهم
 في البلاد قال لهم بطرس الذي هو مسرورنا
 السيد المسيح

*Conueniit autem Sanctis Discipulis in Cenaculo Sion
 postquam descendit Paraclitus super illos, & antequam
 dividerentur per regiones, dixit eis Petrus, qui Princeps
 erat constitutus super eas a Christo Domino.*

Cyrillus Hierosolymitanus Homilia de ingressu
 intemeratae Virginis in templum, tertium agentis an-
 num ætatis, inducit Christum Dominum ita Petrum
 alloquentem: اسمع يا بطرس اعط القضاية
 لاولادك

لإولادك لانك انت الذى تكون لى خليفة ووصي
على اخوتك وتعطيهم اجرهم

*Audi Petre : da iudicium filijs tuis , quoniam tu eris mi-
hi successor , & Vicarius super fratres tuos , quibus tuas
habis mercedcs .*

D. Basilus in Hom. Commemorationis B. Ma-
ria Virginis de D. Petri initiatione , Primatu , ac cæ-

teris prærogatiuis hæc habet : وان السيد المسيح لم
الجد اخذ بطرس رأس الرسل فك-رزه ووضع عليه
اليد الالهيه ارشيراوس على جميع المسكونه وكل
الكنائس وجميع الامم المعترفين بيسوع المسيح
فلما وضع السيد يده على رأسه واذا اصوات عظيمه
يصرخون من العلى قائلين مستحق مستحق مستحق
رئيس الاساقفه على طقس ملكه صادق واقدم قه-وس
واساقفه وشمامسه واعنطه طميه-ن وابوديا قبي-ن
وابصلودسيون وجميع رتب رتبهم فى بيت الله

*Christus utique Dominus , cui gloria , assumptum Petrum
Principem Apostolorum , & imposita ei Divina manu
ordinavit Summum Sacerdotem super Uniuersum habi-
tabilem Orbem , & omnes Discipulos , ac gentes cunctas ,
qua Iesum Christum confitentur . Cumque manum ca-
piti eius imposuisset Dominus : Ecce Voces magna ab
intro exclamantes , ac dicentes : Dignus , Dignus , Di-*

gnus .

nibus, & ipsa orationis, & contextus necessaria connexionem, quàm ex allatis Orientalium testimonijs, Petrum idem esse, ac Petram, supra quam suam Christus ædificauit Ecclesiam; itaut, qui negat Petrum esse Petram, negauerit etiam Petrum esse Petram, & Petram esse Petram. Constat præterea ex iisdem Orientalium testimonijs superiùs adductis, & quibus innumera alia addi poterant, Petrum idem esse ac Petram, atque insuper esse Ecclesiæ caput, & Christi Domini per vniuersum terrarum habitabilem Orbem, Vicarium, eiusque ouium pastorem.

Garrunt igitur Protestantes, ac in ipsas sacras Pagineas, antiquos Patres, & Scriptores, omniumque Nationum, & Christianarum gentium ex tota antiquitate vnanimem consensum iniurijsunt, & iniqui; vt qui heri, aut nudiustertius ex contaminatissimorum hæreticorum enati putredine suas ineptias, & nugas orbi Christiano protrudere conantur. Hinc lepide sanè, & vrbane, sed verissimè hos terræ filios notauit nouitatis D. Pompeius de Ribemont nobilis Gallus in suo libello, quem Gallicè inscripsit: *Le Mystere d' Infidelité*, id est, *Mysterium Infidelitatis*, vbi asserte se domi habere coriaceum thoracem ipsa Caluini religione biennio, si benè memini, aut triennio vestitiorem. Scripturas non curant cum Luthero, vt supra vidimus; Patrum non admittunt interpretationes, vti protestatur Zanchius Miscell. tomo altero cap. 9.

hisce

hiscæ verbis: *Non admittitur interpretatio Patrum in hoc loco: super hanc Petram, id est Petrum.* Quid ergo agendum est cum eiusmodi hominum genere, qui ita corrupto sunt stomacho, ut nullum Christianæ Religionis verum habeant gustum? Ex quo peregre quadrare illis videtur illud Ioannis Messue dictum ad Presbyterum quemdam, qui cum stomachi expossuisset ægritudinem, nullumque probasset præscriptum medicamentum, ait illi Messue: *Mohammedanam igitur amplectere Religionem, quia hæc plurimum congruit stomachi morbis.* Quo innuebat vir ille acutissimus, morbum illum stomachi contractum fuisse ex frequentibus Christianorum Orientis ieiunijs, ciborum delectu, & abstinentia, ac eiusmodi, quarum rerum usus nullus ferè est inter Mohammedanos. Nam horum ieiunium nihil aliud est, quàm tempora summutare, nempe interdium dormire, & sic ieiunare, noctu verò commestationibus, & gulæ indulgere, donec nigrum filum ab albo distingui possit. Ita Mohammedismus, seu potius Atheismus ijs competere videtur, qui eiusmodi stomachi laborant morbo, scilicet Scripturas non curant, Patres reprobant, unanimi omnium gentium consensione non moventur. Nam qui legibus naturæ non ducitur, neque etiam Divinis. Consensio enim omnium gentium naturæ lex, & vox est; unde Tullius 1. Tulc. *Omni in re consensionem omnium gentium lex nature putanda est.*

Ibidem etiam: *Omniū consensus Vox natura est.*

Pertinent igitur ad Mohammedismum, seu potius Atheismum qui Scripturas non curant sacras, cum eos non admittat Iudaismus; multo minus Christianismus, cum & sanctos etiam reproben Patres. Quo ergo delegandi sunt, qui omnium gentium non ducuntur consensione, & consensu? Extra naturæ fines. Eò ergo iubeantur.

C A P V T X X I I I.

In quo D. Petrum Romæ fuisse, ac ibi Pontificiam exercuisse dignitatem ex vestigijs, & monumentis demonstratur.

Cum perduellum nonnulli, & Ecclesiæ Romanæ infensissimi hostes se nihil proficere viderent D. Petri negando Primatus prærogativas contra apertissimas Scripturarum sacrarum auctoritates, licet nullum non intentauerint armorum genus, nullo dolo malo non egerint, nullum non mouerint lapidem; alios non minus execrandos suffodere aggressi sunt cuniculos, alium excogitarunt expugnandi modum, aliud machinarum genus Arcis huius munitissimæ admouendum incenibus. Siquidem totis demonstrare viribus adicitur, D. Petrum neque Romanam profectum esse vnquam, neque Pontificiam ibi

exerc-

ET EIVSDEM PRIMATV. 233

exercuisse dignitatem, neque sedem vllam fundasse. Ex quo necessaria consequentia inferunt; Ergo Romani Pontifices neque sunt D. Petri successores, neque eius priuilegijs, & prerogatiuis iure ipsis fruendum est. Qui sanè vnus est in hac controuersia Ecclesiæ Romanæ Aduersariorum scopus, & finis propositus.

Primus Equi huius Troiani machinator, & architectus fuit Guilielmus quidam Ioannis Vviclefi præceptor, vti refert Cardinalis Bellarminus lib. 2. *De Summo Pontifice*, cap. 1. ex Thoma Vvaldensi lib. 2. Doctr. Fidei artic. 1. cap. 7. quem secutus deindè est Vldaricus Velenus Lutheranus in libello 18. *persuasionum*, quas peregre quatuor refellit libris Ioannes Cochlaus; idemq; doctissime quoque præstitit Gregorius Cardinalis Cortesius Tract. *Aduersus negantem Petrum Apostolum Romæ fuisse*. Guilielmum, & Velenum secutum est Protestantium examen, vt Illyricus lib. contra Primatum Papæ, Sibrandus toto lib. 4. de Papa Romano, & alij, quos hic recensere superfluum est.

Sed verò hos futilitatis, summæque leuitatis argunt infinita propemodum, quæ per Italiam, Hispanias, Gallias, aliasque Prouincias, ac præsertim Romæ conspiciuntur monumenta attestantia, D. Petrum ibi fuisse, ibique Christi Fidem prædicasse. Quæ sanè solidissimi argumenti instar esse deberent Aduersarijs ad conuincendum, D. Petrum ad eas profe-

ctum fuisse prouincias. *Nam superfluum est, inquit Eusebius lib. 2. Histor. cap. 25. extrinsecus de his testimonium quarere, cum rem gestam, insignia, & splendidissima eorum monumenta usque in hodiernum diem testentur.*

Huius argumenti genere ex monumentis deducti vsus olim est D. Petrus SS. Basilij, & Gregorij frater maior, & Episcopus Sebastes in Opere Arabicè translato; & inscripto كتاب المرهان *Liber demonstrationis*, eius parte altera, ad reprimendam eorum peruicaciam, & impudentiam, qui Christi Domini aduentum in carne negabant. Eius verba hic referre non pigebit, ad auctoritatem nostro argumento conciliandam, roburque indè mutuandum.

وتشهد كنيسة الفاصرة من جبل الاردن ببشرى
جبرائيل راس الملائكة مريم بالحبل بالمسيح:
وتشهد كنيسة زكريا من كورة ايليا بقدم
مريم الى نسيبتها اليمصابات:
وتشهد كنيسة بيت لحم بمولد المسيح فيها من
مريم العذرى في مغارة:
وتشهد كنيسة الرعا قريبا من بيت لحم ببشرى
الملاك القدي بشر الرعا:
وتشهد كنيسة نهر الاردن بعمودية المسيح
في ذلك النهر:

وتشهد

وتشهد كنيسة الجبل قريبا من طبرية باخراج
المسيح سبعة شياطين كانوا في مريم المجدليه :

وتشهد كنيسة جنسربان المسيح ببارك هناك
خمسة خبزات وخبزتين فاشبع منهم خمسة الاف رجلا :

وتشهد كنيسة كفرناحوم قريبا من بحر طبرية
بان المسيح ابرى فيها رجلا يابس اليد :

وتشهد كنيسة بانياس من الحولة ان الامراة
المستحاضة اثني عشر عاما قد برت من نزفها :

وتشهد كنيسة الكرسي في بحر طبرية بانه ابرى
الجنون الذي يسمى كردوس :

وتشهد كنيسة نايين من الغليلة بان المسيح اقام
فيها ميتا وحيدا لامراة ارملة :

وتشهد كنيسة طور تابور بان المسيح صعد
على ذلك الجبل ومعه ثلاثة من تلاميذه فيهم بطرس
راس الهواريين ويعقوب ويوحنا ابني زبدي ويحلي بن
ايداهم :

وتشهد الكنيسة التي يقال لها موضع الغنم في
ايليا ان المسيح دخل ذلك الموضع وفيه جماعته
مرضى وفيهم رجل مقعد منذ ثمان وثلاثين سنة
قابراه المسيح :

وتشهد كنيسة القيامة في ايليا وموضع تلك
الجبله

البلية المقدسة بان المسيح خلف صوفه ادم باضهاله
الصلاب :

وتشبهه غرفة صهيون المقدسه ايضا بان المسيح دخل
على تلاميذه وهم فيها من بعد قيامته وادواتها
مغلقة :

وتشبهه كنيسة جبل صهيون المقدسه بان المسيح
اكل فصح الناموس في غرفتها يوم فصح اليهود :

*Testatur Ecclesia Nazareth, Galilae Jordanis,
Gabrielem Archangelum Virgini annunciaſſe Christi con-
ceptionem.*

*Testatur Ecclesia Zachariae provincia Aelia profe-
tionem Maria ad cognatam suam Elſabethi.*

*Testatur Ecclesia Bethlehem, Christum natum ex
Maria Virgine in illius spelunca.*

*Testatur Ecclesia Paſtorum propè Bethlehem, An-
geli annunciationem, quam annuncians Paſtoribus.*

*Testatur Ecclesia fluminis Jordanis, in eo fluvio Chri-
ſtum baptizatum fuiſſe.*

*Testatur Ecclesia Magdali propè Tiberiadem, ibi
Christum eieciſſe ſeptem Dæmonia ex Maria Magda-
lena.*

*Testatur Ecclesia Genasari, Christum benedixiſſe
ibi quinq; paves, & pisces duos, quibus quinq; hominum
ſatiavit milia.*

*Testatur Ecclesia Capharnaum ad mare Tiberia-
dis*

dis, Christum ibi sanasse hominem aridam habentem manum.

Testatur Ecclesia Banaias in Caesarea, mulierem à quindécim annis menstrua patientem sanatam fuisse.

Testatur Ecclesia Throni in mari Tiberiadis, ibi Christum liberasse energumenum, qui Legio vocabatur.

Testatur præterea Ecclesia Nain in Galilia, Christum resuscitasse ibi mortuum unicum mulieris viduae.

Testatur Ecclesia montis Thabor, Christum ad hunc ascendisse montem, secum habentem tres ex discipulis suis, nempe Petrum Principem Apostolorum, Iacobum, & Ioannem filios Zebedaei, & ibi coram eis transfiguratum fuisse.

Testatur Ecclesia, quae locus onium dicitur, seu Probatica in Aelia, Christum ingressum esse illum locum, in quo multi erant aegroti, inter quos Paralyticus quidam à triginta octo annis, eumque sanasse.

Testatur Ecclesia Resurrectionis Aelia, itemque locus sancta illius Golgotha, Christum redemisse progenitum Adæ Crucem sufferendo.

Testatur quoque sanctum Sionis Cenaculum, Christum eo ingressum ad Discipulos suos, dum ibi essent post Resurrectionem, clausis ianuis.

Testatur item Ecclesia sancti Montis Sionis, Christum comedisse in ipsius Cenaculo Pascha legale die Paschatis Iudeorum.

Pari itaque argumento, & inductione, ex vestigijs

gijs, & antiquissimis, ac certissimis monumentis, quæ Romæ passim conspiciuntur, deductis, facile demonstrari potest, etsi omnia alia deessent nobis argumenta, Petrum Romæ fuisse, ibique Pontificiam exercuisse dignitatem. Ex eiusmodi ergo monumentis inductio nobis prosequenda est.

Testatur imprimis Ecclesia S. Pudentianæ, quæ antea Domus Pudentis patris, erat in vico patricio posita, vbi primò exceptus hospitio D. Petrus fuit.

Testatur Cœmeterium Ostrianum in via Salaria ad tertium lapidem ab Vrbe positum, vbi B. Petrus Apostolus baptizabat.

Testatur Cœmeterium Vaticanum, vbi multas populorum turmas docebat, & baptizabat D. Petrus, eum Romæ fuisse.

Testatur Cœmeterium ad Nymphas in prædio Seueræ in via Nomentana lapide ab Vrbe inter septimum, & octauum, vbi D. Petrus habitabat aliquando, & baptizabat.

Testatur Ecclesia S. Priscæ, D. Petrum ibi habitasse, Priscam Martyrem, aliosq; docuisse, & baptizasse, ac Altare inter alia Deo in ea Ecclesia sacrasse.

Testatur Tyberis, D. Petrum Romæ fuisse, atq; in eo plures ad Fidem conuersos baptizasse, quemadmodum scribit Tertullianus lib. de Baptismo, vbi, *Nec quidquam, inquit, refert inter eos, quos Ioannes in Iordane, & Petrus in Tyberis inxist.*

Testa-

ET EIVSDEM PRIMATV. 239

Testatur Sacellum non procul à porta Capena, hodiè S. Sebaliani in via Appia, vulgò appellatum, *Domine quò vadis?* de quò sic contra Maxentium scribit D. Ambrosius: *Petrus victo Simone, noctu muro egredi cœpit, & videns sibi in porta Christum occurrere, Urbemque ingredi, ait: Domine quò vadis?*

Testatur Altare ligneum, quo Petrus Apostolus Romæ ad Sacra peragenda vsus est, quodquè etiamnum in Sacrosancta Basilica Lateranensi sub Altari maiori maxima veneratione conseruatur.

Testatur carcer Mamertinus à Mamertino Urbis Præfecto ita dictus, postea vero carcer S. Petri, ad radices Capitolij positus, vbi diu Apostolorum Principes detenti sunt, & Processum, ac Martinianum ad fidem conuerterunt Christi cum alijs 40. siue vtrijq; 47. quos aqua fontis repente è saxo erumpentis baptizarunt. Carceres in Ecclesiam conuertit S. Siluester Papa, eamque dedicauit in honorem Principum Apostolorum, quò statis temporibus magnus confluxit fidelium numerus. Nam ibi hactenùs conspicitur fons ille, qui diuina virtute è durissimo eruperat saxo ad baptizandos Processum, Martinianum, & socios. Extat præterea ipsius D. Petri capitis effigies in marmore impressa ex illusione ab impio custode facta.

Testatur, Petrum Romæ fuisse, Columna illa, quæ in Ecclesia S. Mariæ trans Pontem asseruatur, magnoque habetur in honore, quò illi Apostolorum

Princeps alligatus, & virgis cæsus fuit, vt antiqua fertur traditione. Testatur Ecclesia illa, quæ omnium prima Romæ, imò in tota Europa extructa est à D. Petro in honorem omnipotentis Dei, & consecrata; deinde verò S. Petrus ad vincula dicta, eò quòd Catene, quibus vinctus fuit Apostolorum Princeps tam Hierosolymis ab Herode, quàm Romæ in carcere Mamertino à Nerone, in ea reconditæ fuerunt.

Testatur Aedicula, siue Sacellum inter Urbem, & D. Pauli Templum ad sinistram sita in via Ostiensi, vbi, *Cum à Petro, inquit Baronius ad an. 69. Paulus mutua prius salutatione impartita more Christiano in osculo sancto, in hunc modum diuisus esset, ad prescriptum supplicij locum rectè perducitur.* Paulus ita Petrum salutasse fertur ex Epistola Dionysij Areopagitæ ad Timotheum: *Pax tibi fundamentum Ecclesiarum, & Pastor agnorum, & ouium Christi, cui Petrus: Vade in pace Predicator bonorum, Mediator, & Dux salutis Iustorum.*

Testatur Sacellum, siue Templum illud exiguum, ac rotundum Montis Aurei, quod est in area inter Ecclesiam, & Monasterium, in eodem extructum loco, vbi S. Petrus capite inuerso Cruci affixus est.

Testatur Cœmeterium Christi Martyris Sebastiani in via Appia, quod dicitur ad Catacumbas, vbi diu SS. Petri, & Pauli Principum Apostolorum sacra iacuerunt Corpora.

ET DIVSDEM PRIMATI 248

Testatur Vaticana sacra Moles, ac præcipuè ea pars, quæ S. Petri Confessio dicitur, estque ille locus Principis Apostolorum sepulchro consecratus, qui summa religione, & pietate a fidelibus vndiq; eo confluentibus colitur, ac in veneratione habetur.

Testatur & Lateranensis sacra Basilica, vbi etiam nùm Principum Apostolorum Petri, & Pauli veneranda feruantur Capita.

Testantur variarum Ecclesiarum Episcopi Romæ à D. Petro factis initiati Ordinibus, quemadmodum Ecclesiarum Acta, & Monumenta fidem faciunt nobis.

Testantur itaque id planissimè SS. Rufus Episcopus Capuanus; Euprepus Veronensis, Clemens Metensis, Ursinus Bituricensis, Saunianus Senonensis in Gallijs, & alij permulti.

Ergo superfluum est, vt inquit Eusebius, extrinsecus de his testimonium querere, cum rem gestam, insignia, & splendidissima eorum monumenta vsque in hodiernum diem testentur.



*Idem argumentum de professione D. Petri
Romani, Orientalium probatur
testimonijs.*

Allatis vestigijs, & monumentis superiori capite, quæ satis superque esse deberent ad hoc argumentum comprobandum, stabilendumque, accedunt Orientalium testimonia hoc idem attestantia. Hi enim omnes adeò fixam, firmamque hanc habent opinionem, vt contraria inaudita illis esset, portentosa, e mentita, & recens ex Auerno in hominum lucem exorta, imò eruta hominum quorundam visitata malitia; & ab ipso Sathana mutuata. Quamobrem nostro in hærentes instituto, quæ Orientalium omnium de hac re sit sententia, & opinio, ipsorum testimonijs, & verbis ostendamus; ne vllus cavillandi, aut euadendi relinquatur Aduersarijs locus; & vt omnibus pateat, hos aduersari omnium gentium consensioni, nimirum naturæ legi, & voci, adeoque nisi resipiscant, extra naturæ fines esse abigendos, vt supra etiam inuimus.

Historia generalis Arabicorum Conciliorum, quæ omnibus præfigitur Orientalium Editionibus, loquens de Apostolorum per varias Orbis terrarum

pro-

Prouincias diuisione , & in eis prædicatione , hæc de

B. Petri prædicatione habet. وبالشام وانطاكية

وملطييه وايضا الى فونطوس فهو شمعون الصفا الذى

هو بطرس : فلم يزل على ذلك حتى انتهت اليه خبر

سيمى الساحر وكان مكانه مدينته رومييه

وضلالته لاهلها بعمرة وطغيانه فتوجه اليه وامس

اهلها كلهم على يديه ونصرهم جميعا : وايضا

الى اهل انطاكييه واسفانيا وما يليها من بلاد

الروم كلها واهلك الله سيمى الساحر بدعايه

وصلواته الطاهرة وظهرت الامانه فى تلك الارض

كلها بقدسه وطهارته ورفيقته

In Calesyria autem, Antiochia, & Melitene ad Pon-

zum etiam usque (prædicauit) Simon Petra, qui est

Petrus, nec destitit, donec ad illum perlatus est Simonis

Magi nunciatus. Is enim in Urbe Roma morabatur, eius

Cines suis Magicis artibus seducens, atque eludens.

Quamobrem eo profectus est, & crediderunt Cines illius

omnes per manus eius, & Christo nomen dederunt. Item

ad incolas (profectus) Antiochia, Hispaniarum, &

circumvicinas Romanorum regiones omnes. Et deperdi-

dit Deus Simonem Magum precibus eius, ac puris ora-

tionibus. Atque euulgata est Fides per Uniuersam ter-

ram illam mediante ipsius sanctitate, puritate, & beni-

١٢٤ DE ORIGINE NOM. PAPAE.

Notandum est, ea verba: *Eis crediderunt Cives illius omnes per manus eius.* & Christo nomen dederunt, non esse intelligenda de conuersione omnimoda, & actuali, sed causali, quia ipse fuit causa faciendi fundamenta Fidei, & seminando bonum semen, ut omnes successu temporis conuerterentur. Hoc liquidò indicant verba hæc: *per manus eius*, id est mediante ipso, seu illo causa conuersionis omnium.

Historia, seu præfatio Concilii Niceni, quæ præfixa legitur omnibus Orientalium Editionibus, in translatione Hæreticorum, hisce exorditur verbis:

وهذه تسمية جميع اليرس في الخالفين لقسطنطين
لؤلهم سيدى الساجر السدى كلسى يروميه على
زيجان السليمين بطرس وسولس من

Hæc est recensio omnium Hæreticorum Veritati aduersantium, Primus illorum est Simon Magus, qui Romæ fuit tempore Apostolorum Petri, & Pauli.

Euty chius Alexandrinus in Chronico suo sub Caio Cesare hac de Petri Romana profectioe scribit:

وذهب بطرس الى روميه فى سنتين من
ملك عيسى يسوع قسطنطين

Et profectus est Petrus Romam anno secundo Imperij Caij Cesaris. Et in Nerone:

قيصر كتيب بطرس رئيس الخواريزين الخويل مرقس

عن مرقس بالرومية في مدينة رومه ونسبه الي مرقس
 Tempore autem Neronis Caesaris scripsit Petrus Princeps
 Apostolorum Evangelium Marci per Marcum Romanum
 in Urbe Roma, Et tribuit illud Marco. Rursus infra;

وهو من بطرس بطريرك القسطنطينية على رومه
 Et successus est post Petrum Linus Patriarcha Rome.

Martyrologium Aegyptium sub die 29. Mensis
 Hatur, quae die Martyro coronatus est D. Clemens
 Romanus Pontifex, clarissimis testatur verbis, D. Pe-
 trum Romae fuisse, & Christianam ibi praedicasse Fide.

في هذا اليوم استشهد القديس العظيم اقليمطوس
 بابا رومه هذا القديس كان من اول رومه
 من اولاد المياحه فابا ابواه وعلمه ان يحسنه
 اليونانيين. فلما بشر الرسول بطرس في رومه ومع
 هذا القديس بحبره وعظم الايات التي صنع
 فاستدعاه الي مجلسه وواجهه وواجهه حذيرة فيمن
 له الرسول فلما لبسه هو سادة الاصحاح

Hic die Martyrium consecutus est magnus S. Clemens
 Papa Rome. Sanctus iste erat Romanus ex regali pro-
 sapia, quem erudierunt parentes, Et omnem Graecorum
 docuerunt illum sapientiam. Annuncians autem Petrus
 Romam audisset hic, Sanctus famam, Et magnitu-
 dinem signorum, quae factas. Et sum accersit eum

Consi...

Consistorium; & satis copiosam cum illo inuit disputationem, in qua demonstrauit ipsi Apostolus Vanitatem cultus Idolorum.

In quadam Homilia de Commemoratione B. Virginis sub nomine D. Basilij, quam supra citauimus, asseritur, D. Petrum Roma ad Corinthios translatum, esse per nubem ad litem decidendam, quæ inter fideles exorta erat de extruendis, dicandisque Virgini Depara Templis. Verba ipsa sunt: **وكانوا مجتمعين**

في بيت ارسطرخس وهم يصعدون في ذلك المكان
واذا حياة قد احضرت بطرس من رومية
ورفعها في وسطهم

Erant autem congregati in domo Aristarchi orantes eorin loco, & ecce nubes adduxit Petrum Roma, & in medio eorum posuit.

D. Cyrillus Hierosolymitanus aliquid simile habet in Homilia de obitu Virginis. Asserit quippe; Virginem Matrem iam iam ex hoc mortalium ergastulo migraturam summo flagrasse desiderio SS. Apostolos ante discessum videndi. Quamobrem Christum Filium enixè deprecaturam fuisse, vt eos sibi ex hac vita discedenti adesse iuberet. Idcirco nubes.

احضرت بطرس من رومية وبولس من قيليقيا
وتسوما من الهند
Adduxit Petrum Roma, Paulum ex Cilicia, & Thomam
ex Indijs. Mas.

Mashudus Mohammedanus Historicus , in ea Historia , quam inscripsit **مروج الذهب** *Prata aurea* , Petrum , & Paulum Romæ occisos esse scribit :

وقتل بطرس وبولس بمدينة روم

Et occisi sunt Petrus , & Paulus in Urbe Roma . Et paulò

post: ثم ملك قلوديوس اربع عشر سنة برومية وهذا اول

ملك من ملوك الروم شرع في قتل النصارى

واتباع المسيح عليهم السلام وقيل ان في ايامه

قتل بطرس وبولس وصلبا منكوسين وهما الذين

اتوا انطاكيه واخبر الله تعالى عنهما في سورة يس

ثم كان لهم بعد ذلك بنا عظيم وذلك بعد ظهور

النصرانية برومية فجعل في خزانة من بلور فهما على

ذلك بمدينة روميه في بعض الكناديس الى هذه

الغايه . واكبر من عنى باخبار العالم وسير ملوكهم

وتاريخهم يذهب الى انهما قتل برومية في القتل الخامس

Tum regnavit Roma Claudius 14. annos ; & is primus

fuit Romanorum Imperator , qui promulgata lege Christi-

anos , & Christi sequaces , (quibus pax) occidi iussit .

Quidam eius diebus Petrum , & Paulum interfectos

fuisse ferunt . Cruci affixos capite inverso . Isti autem sunt ,

qui Antiochiam Venerunt , quemadmodum de illis recu-

lit Deus cap- يمتى (in Alcorano capite notato ijs

hiteris , de quibus multa Mohamedani in Commentarijs

Alcorani garrunt) Deinde excitatum est illis maximum edificium, & id post promulgationem Christiana Religionis Roma, & reconditi sunt in Crystallino monumento, in quo statu permanent in Urbe Roma quadam in Ecclesia ad hæc usque tempora. Verumtamen qui maiorem impenderit curam in concinnandis Mundi historijs, & (Romanorum) Imperatorum describendis gestis, & Annalibus, in eam abeunt opinionem, quod Roma occisi sint in quinta occisione.

Idem rursus paulò post: ثم ملك الروم نيرون

ويقال انه قتل في ملكه بطرس وبولس برومية
ونى دين النصرانية في روميه وهي كرسى جميع
النصارى واليه ترد امور دينهم

Tum regnavit Romanis Nero, & fertur, sub eius imperio occisos fuisse Roma Petrum, & Paulum, crevitq; Roma Christiana Religio, & est Sedes totius Christianitatis, & ad illam omnia Religionis eorum reducuntur negotia.

Item in Tract. inscripro: في معرفة شهر الامم

وقد بنا اخبار بطرس

وبولس وما كان من امرهما بمدينة روميه

Supra autem retulimus res gestas Petri, & Pauli, & que illis Roma evenerunt.

Salomon Metropolitæ Euphratis Misani Nestorianus in compendio vitarum duodecim Apostolorum

ذنب كى حردى ذنب كى حردى
 ذنب كى حردى ذنب كى حردى
 ذنب كى حردى ذنب كى حردى
 ذنب كى حردى ذنب كى حردى
 ذنب كى حردى ذنب كى حردى

*Instar Leonis rugijt Nero , Ut eos terreret ;
 Quem Petrus , & Paulus Ut culicem habuerunt per
 aëra tinnientem .*

*Præcepit audax Nero maledictus , & interfecit eos ;
 Duos fratres , filios deliciarum Petrum , & Paulum .*

Hic est Simon , cui ter Dominus dixit :

*Pasce mihi Agnos meos , pasce mihi oves meas simpli-
 ces .*

Hic est Paulus , qui blasphemabat nomen Iesu ,

*Nunc Verò prædicat , & edocet gentes , Ut in eum
 credant .*

*Simon prædicauit inter Romanos nouum hoc Euan-
 gelium :*

Diuinitas corpore induta est , Ut omnes viuificaret .

Item rursùshæc alia .

ذنب كى حردى ذنب كى حردى

ذنب كى حردى ذنب كى حردى

ذنب كى حردى ذنب كى حردى

ذنب كى حردى ذنب كى حردى

في ائمة هذا لعمري انا ذنوب انا وحدها :
 قدح هذا لانا من هذا ذنوب :
 سجدت لعمري من هذا لعمري :
 من هذا ذنوب هذا لعمري ذنوب انا :
 فاقرا حابيتي زهني في منتهى :
 في ائمة من ذنوب ذنوب ذنوب :
 اذبحر ابيه في هذا لعمري :
 من هذا ذنوب ذنوب ذنوب :
 هذا ذنوب ذنوب ذنوب :
 من هذا ذنوب ذنوب ذنوب :

*Cum ingressus est Simon sanctus Romam ,
 Inuenit Simonem Magum abominabilem , & re-
 probum ,*

Seducentem homines verbis suis odibilibus ,

Omnisque dementabat Hebraos ,

Dicens illis : Ego sum filius Altissimi .

Repentè venit currus eo momento ,

Rapuit Simonem Magum , & extulit per nubem .

Insurrexerunt Romani in Petrum cum ira , & zelo ,

Lapides in manibus habentes , oribus fulminantibus ,

Dicentes omnes : Hic certè filius est Dei :

Extulit Sanctus sursùm manum in Cælum ,

Et obsignauit signo Crucifixi adorandi Viui ,

Fuge .

152 DE ORIG. NOM. PAPÆ,

*Fugerunt Demones omnes ,
Et reliquerunt maledictum Simonem in interitum .*



Hebediesu Metropolita Sobæ ; & Armeniæ in præfatione Collectionis Canonum habet de profectio-
ne D. Petri Romam habet :

ܡܘܕܝܢܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ






*Suscepit Apostolicam impositionem manus Sacerdotij An-
tiochia , tota Syria , Cilicia , & Galatia usque ad Pon-
tum à Simone Petra, ipse enim posuit fundamentum illius
Ecclesie , & Sacerdotes instruit, (sine Sacerdotali fun-
ctus est munere ,) & ministravit ibi usque ad tempus, quo
ascendit Romam propter Simonem Magum , qui suis
Magicis artibus Romanos decipiebat . Eiusmodi autem
multa occurrunt apud eundem Auctorem .*

In tertio officio Pentecostes Ecclesie Iacobita-
rum hæc leguntur verba :

ܡܘܕܝܢܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ
ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ ܕܩܝܫܬܐ

Dic mihi Simon: quis te adduxit Roma usque Ierusalem? quis te inuitavit, Ut Veniret sepelire Virginem pudicissimam? Spiritus Sanctus me inuitavit, & dixit mihi: Ecce mater Domini tui moritur, & mandatur sepultura, & instar fulguris repente orientis me adduxit etiam ad Gethsemani. Ibidem in proœmio Cõpletorij:

Beata es, quoniam Ecce Vigiles sublimes optant te videre; & ianua Celorum patent ad suscipiendum te: & ex omni loco. & sinibus Apostoli Veniunt ad obitum suum; Simon Roma, Ioannes Epheso, Thomas ex Indijs. Eiusmodi passim in eodem Officio repetuntur.

Christianorum Orientalium, & Mohamèdanorum testimonijs Samaritarum accedit quoq; testimonium, quorum Auctoꝝ Chronologiæ, (quæ Arabicè Mns. in celeberrima toto Orbe Eminentissimi Cardinalis Mazzarini Bibliotheca adseruatur) refert disputatio-
nem

ET EIVSDEM PRIMATV. 255

nem, quam Romæ cum Simone Mago Samaritæ
D. Petrus habuit. Verba ipsa modo non proferimus,
quia nobis non extant. Ea enim, nescio quo infortu-
nio ex nostris exciderunt Aduersarij, ideo Aduersa-
rios, qui minus fidem nobis habent, eò remittimus.
Iohannes Henricus Hottingerus Tigurinus ad calcem
exercitationum suarum Antimorinianarum in Penta-
teuchum Samaritanum, huius Chronologiæ compen-
dium adnectit ex Codice Iosephi Scaligeri, sed locum
illum ex more præterit sub silentio, quia Malignan-
tium grauitè ferit Synagogam, in qua & ipse Archisy-
nagogus est.

His omnibus consonant Patres omnestam Græci,
quàm Latini. Ex quibus audiamus modò vnum Eu-
sebiū in Hist. Eccles. lib. 2. cap. 14. *Continuò, in-
quit, in ipsis Claudij temporibus clementia diuina promi-
dentia præclarissimam omnium Apostolorum, & maxi-
mam fidei magnificentiam, & Virtutis merito, primorum
Principem Petrum, ad Urbem Romanam velut aduersus
generis humani comunem perniciem repugnaturum do-
duxit. Ducem quendam, & Magistrum militiæ suæ,
sciens eò diuina prælia gerere, & Virtutum castra ductu-
re. Isto adueniens ex Orientis partibus, salutaris præ-
dicationis Verbo, primus in Urbe Roma, Euangelij sui
clauibus ianuam regni celestis aperuit.*

Egesippus histonius antiquissimus hoc idem af-
firmat lib. 3. cap. 2. dicens: *Erant tunc temporis Ro-*

ma Petrus, & Paulus Doctores Christianorum, sublimis operibus, clari magisterio, qui Virtute suorum operum Nonorem aduersum fecerant, captum Magi Simonis delinquentis, qui sibi amicum eius conciliauerat.

Si Irenæus lib. 3. aduersus Hæreses, (vt refert Eusebius in Hist. Eccles. lib. 3. cap. 6.) scribit: *Mattheus quidem Hebrais propria conuicta lingua conscriptum edidit Euangelium; cum Paulus, & Petrus in Vrbe Roma euangelizarent.*

Origenes item apud Eusebium lib. 3. cap. 1. Explanationum Genesis ita loquitur: *Sancti Apostoli Domini, & Saluatoris nostri, ceterique discipuli ad prædicandum Verbum Dei per singulas quasque orbis terra provincias dimittuntur. Thomas (sicut nobis traditum est) sortitus est Partkos, Mattheus Aethiopiam, Bartholomæus Indiam citeriorem, Andreas Scythiam, Ioannes Asiam. Vnde & apud Ephesum, & commoratus est, & defunctus, Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, ceterasque consues provincias, Iudæis duntaxat prædicans circuisse deprehenditur, & ad Vltimum in Vrbe Roma commoratus, Vbi crucifixus est deorsum capite deuerso, quod ipse ita fieri deprecatus est, ne exequari Domino Videretur.*

Hoc idem tradit Tertullianus ille Afer in libro *De Prescriptionibus Hæreticorum*, Ignatius Tertulliano maior in Epistola, quam Smyrna dedit ad Romanos, Cyprianus in Epistola ad Cornelium Papam. Lactan-

tius

tius Firmianus lib. 4. Diuinarum Institutionum c. 2. & Aurelius Prudentius in Carminibus de passione Petri, & Pauli, ac alij permulti Patres, & Scriptores, quos consulere poteris apud Iohannem Cochleum Tract. aduersus Velenum. Vide doctissimi Cardinalis Gregorij Cortesij Tractatum aduersus negantem Petrum Apostolum Romæ fuisse. Vide Baronium, vide Bellarminum, vide Sirletum, vide alios si lubet, si vacat.

(Aduersus hanc itaque Aduersariorum sententiam, ne dicam impudentiam, Christianus vterque clamat Orbis, suffragantur Mohammedani, accurrunt Samaritani, voces edunt quoque suas vel ipsa saxa, lapides, marmora, cœmeteria, flumina, carceres, vincula, fontes, sacella, monumenta, basilicæ, ac infinita, propemodum alia eiusmodi vestigia. Damnandi ergo sunt, qui negant D. Petrum Romæ fuisse, naturæ legis decreto, & voce terrendi, & abigendi, cum omnium gentium consensus in quacunque re lex, & vox naturæ sit putanda, vt rectè ait M. Tullius, nisi tamen ita obduruerint Aduersarij, vt naturam omnem exuerint.

Sunt hæc Papparum, ex quorum commentitijs libris omnes probant Papista disputationes, quemadmodum effutit Sibrandus lib. 8. de Papa Romano cum Symmytis? Dicant audacter, sententiam profertant. Vnius tantum ex Orientalibus Scriptoris, vt

de alijs taceam, producant hac de re vel vnum testem, Christianus ille sit, vel alterius sectæ. Sed sanè cùm nequeant, ac se sua excidisse causa videant, deserunt Orientales, ad quos profugerant, & appellauerant, & ad Logicæ confugiunt syllogismos, seu potius paralogismos, & fallacias, sibi præsidium inde quærentes in re, quæ nullis Dialecticæ subiacet legibus, & regulis, quia est facti.

Porro audiamus ex horum agmine Goliath, nimirum Sibrandum (grande, ac resonans nomen) qui eiusmodi instructus armis, & exprobrans agminibus Israël, putat iam suis paralogismis rem esse confectam, partamque victoriam, nihilque illi superesse, quàm de Ecclesia Romana agere triumphum, cùm adhuc expectanda ipsi sit funda, & lapis.

Argumentum, seu Syllogismus, quo omnes Scriptores, & Historicos, qui Petrum Romam profectum fuisse testantur, tamquam vnico ictu profligare putat, est eiusmodi: *Non conueniunt Scriptores, quo tempore Petrus Romam profectus est; Ergo non est profectus Romam.*

Vide quæso, quàm acutum ex illo antecedente suam infert hanc conclusionem, quam non nisi Hypocæcior videt, vndè profiliat. Et miror quidem, ni ferula illum excepisset Petrus Molinæus, & ad sue Dialecticæ abegisset introductionem, quam magnificiunt Protestantes. At bonum Molinæum valde sibi cauif-

cavisse, traditur, quia experientia didicit, hanc aleam periculo plenam esse, ut in Synodo Nationali à Ministris Galliaë reformatis, (ut dici amant) in Briuas celebrata an. 1612. exponit ipsemet. Serio quippe discutebatur à grauibus Patribus illis ea in celebri Synodo, num liceret Professoribus Logices, discipulos, si quando deliquissent, virgis excipere? Molinæus secundum Synodi à Chamero tunc caput, grauibus verbis dixit: Se Lugduni Batauorum Logicam olim professum, sed numquam virga in quemquam animaduertisse, ac ne cogitasse quidem; si quid enim huiusmodi tentasset, se non impune habiturum fuisse apud discipulos. Si itaque Molinæus in discipulos Logices animaduertere sibi cauit, multò magis in Sibrandum iam grauem Doctorem, & Theologum, & Logicæ Professore. Sed profectò haud incastigatus dimittendus omninò est, ne in tam turpes inducat alios errores; at non docti magistri alicuius ferula, verum rudis, & imperiti Orientalis animaduersione, vndè clariùs patefcat, quàm miserabilis eum teneat ignorantio veri.

Quamobrem scias Dialecticæ professor Sibrande vnà cum tuo Veleno, à quo fortè hanc didicisti syllogizandi formulam, ex puris negatiuis, quemadmodum etiam ex puris affirmatiuis nihil sequi, ut ipsa nos docent Logicæ rudimenta. Proindè si quis ita argueret ex affirmatiuis: *Asinus est Animal, Sibrandus*

est

est animal, ergo *Sibrandus est Asinus*, nihil omninò concluderet, & falsa esset illius consequentia. Item in negatiuis: *Asinus non est rationalis*, *Sibrandus non est Asinus*, ergo *Sibrandus non est rationalis*. Admittis ne Sibrande Syllogismi huius consequentiam? certè non, ni tamen fallor. Præterea non benè arguitur à parte ad totū, vt: *Non Venit Petrus Romam secundo Claudij anno*, ergo *nunquam*. Disce ergo de alijs meliùs loqui, & ne logicastrū agere pergas, & Christo Domini detrahere.

Adhuc quis vel tyro non videt, medium terminum in hoc tuo argumento non distribuere eodem modo in antecedente, ac in consequente, adeoque vitiosam esse hanc tuam argumentationem, & quod indè sequitur? Etenim diuersitas, quæ inter Scriptores est, non versatur circa profectionem Petri Romam, sed circa tempus profectionis. Proindè verò ex hac syllogizandi formula, si admittatur, infinita propemodùm sequerentur in ipsis Fidei fundamentis absurda. Controuertitur imprimis inter Scriptores, quoto Octauiani anno Christus Dominus natus sit; sequitur ne indè: ergo Christus natus non est? Ambigunt iidem Scriptores, quoto Tiberij anno Christus Cruci affixus mortuus est; Inferre ne licebit per illam tuam syllogizandi formulam: Christus ergo neque Cruci affixus fuit, neque mortuus? Plurimum sanè hæc Protestantica Logica, & argumentatio arrideret Basilidi, & Pseudoprophetæ Mohammedi, Basilidi quia

egre-

egregiè ex hac Scriptorum diuersitate, per Sibrandi Logicam suam roborasset sententiam, qui affirmabat, Christum minimè mortem in Cruce perpeffum fuisse, auctoribus D. Iren. lib. 1. cap. 20. Epiphani. Hær. 24. Mohammedi, quia ita in suo assererat Alcorano in سورة النساء capite *De Mulieribus*:

وقولهم اذنا قتلنا المسيح عيسى ابن مريم رسول الله وما قتلوه وما صلبوه ولكن شبه لهم وان الذين اختلفوا فيه لفي شك منه ما لهم به من علم الا اتباع الظن وما قتلوه يقينا بل رفعه الله اليه

Dicunt autem (Iudæi) nos Utique occidimus Christum Jesum filium Maria, Dei Apostolum: sed Verò neque occiderunt eum, neque crucifixerunt, Verùm affixus est eis. Qui autem de illo dissentiunt, ac dubitant, nullam aliam de ipso habent scientiam, quam sequendo opinionem. Reuera autem eum non interfecerunt; sed sustulit illum ad se Deus. Assimilatus est eis, hoc est Iudæis. Fabulantur quippè Mohammedani, Deum quidam hominè Christi domini similitudinem, & speciem indicisse, quem Iudæi apprehendentes Crucilocho Christi affixerunt, Christum verò in Cælum sublatum à Deo fuisse. Quis autem fuit ille, qui loco Christi Cruci affixus fuit; non conueniunt inter se Mohammedanorum Scriptores. Quidam enim arbitrantur, hunc quemdam fuisse Discipulorum, qui spontè

se obtulit ad mortem obeundam pro Christo Domino
sic scribit الكشاف Alcasiaf in Alcoranum, Chri-
stum ita Discipulos alloquentem inducens :

ايكم يرضى ان يلقى عليه شئى فيقتل ويصلب
ويدخل الجنة فقال رجل منهم انما قالنى الله

شبهه فقطه لى وصلبى

Cui Vestrum placet, Ut indatur ei similitudo mea, &
occidatur, ac crucifigatur, & ingrediatur Paradisum?
& ait quidam eorum: Ego, & Indidit ei Deus similitu-
dinem eius, & occisus est, atque crucifixus. proinde
subdit idem Auctor: وهم يظنون انه عيسى

Ipsi autem (Iudæi) putant esse Iesum. Alij arbitran-
tur, Deum indidisse Christi similitudinem, & spe-
ciem ei, qui illum tradidit, de qua re sic Ismael Scia-
hinsciah in Historia gentium cap. de Christo, & Maria:

ثم قال لهم الحق اقول لكم ليكفرن بي احدكم
قبل ان يصبح الديك وليبيعنى احدكم بدينارهم
وسيرة وياكل ثمنى وكان من اليهود قد جدت في
طلبه فحضر بعض الدوابين الى هيردوس الحاكم على
اليهود والى جماعه من اليهود وقال ما تجعلون
لى ان دللتكم على المسيح فجعلوا له ثلاثون درهما
فاخذها ودلهم عليه ورفع الله تعالى المسيح اليه
والحقى شبهه على الذى دلهم عليه

Deindè dixit eis: Amen dico vobis, quia unus vestrum negaturus est me antequàm canet Gallus, & alter vestrum venditurus est me paucis denarijs, & comedet precium meum. Iudæi autem studiosè illum perquirebant, & venit quidam Apostolorum ad Herodem Præsidentem Iudæorum, & ad Iudæorum aliquos, & dixit: quid constitueritis mihi, si ostendero vobis, ubi est Christus? qui constituerunt illi triginta drachmas, quas accipiens ostendit eis, ubi erat. Et sustulit Deus excelsus ad se Christum, & indidit illius similitudinem ei, qui ostendit illum eis. Multa alia eiusmodi, risu potiùs digna, quàm narratione, fabulantur. quæ non nisi Sibrandi Logica, & argumentatione comprobari possunt.

Ambigitur tandem, & inter Scriptores non convenit, quot noctis hora Christus Dominus resurrexit: inferet ergo Sibrandus cum Symnyltis: Christum minimè resurrexisse, dicentque cum Iudæorum Satellitibus: *Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt cum nobis dormientibus?* Viden' Sibrande, omnia tua argumenta meram esse fallaciam, & paralogismos, quæ rectè in Mohammedismum, & Iudaismum te deducunt, nisi tamen spontè, & consultò eò contendis?

Multò fanè rectiùs, meo iudicio, & sine vlla fallacia eiusmodi proponi potest ex certissimis Logicæ principijs argumentum. *Protestantes non conveniunt inter se in Fidei articulis: Ergo Protestantes sunt infideles: Deindè assumo: Sed Sibrandus est Protestanticus:*

ergo *Sibrandus est infidelis*. Antecedens si probetur, cetera indè ex *Sibrandi Logica* rectè sequentur. Sed antecedens est omnium ferè Protestantium: ergo. Vt autem ceteros omittam, breuitati consulens, vnius *Beze*, cui plurimum deferunt Aduersarij, testimonio contentus ero. Is autem de Protestantium suorum discordia in omnibus quæ religionem spectant, ita scriptum reliquit in *Epist. Theolog. Epist. 1. ad Andream Duditium*: *In quo tandem religionis capite congruunt inter se Ecclesia, quæ Romano Pontifici bellum indixerunt? à capite ad calcem si percurras omnia, nihil propemodum reperias ab Uno affirmari, quod alter statim non impium esse clamitet*. Conclusionem hinc inferat *Sibrandus*. Dissidia hæc Protestantium non versantur circa rerum accidentia, vti sunt illa Scriptorum circa *D. Petri Romanam profectionem*; sed circa res ipsas, earumque substantiam, adeoque rectè procedit nostra argumentatio. Quamobrem iure merito suum inscripsit libellum *D. Pompeius de Ribemont nobilis Gallus, Le Mystere d' Infidelité*, in quo Aduersarios planè infidelitatis, conuincit. Eius momenti sunt Aduersariorum argumenta, nempe purè negativa, positiui nihil: Auctores non conueniunt, quo tempore: *Paulus non salutat Petrum*, & huius generis alia. Sed ad conclusionem huius operis accedamus, & euincamus iterùm hunc Primatum tam ex Orientalium testimonijs, & principijs, quàm ex ipsorum Aduersariorum confessione.

CAPVT XXV.

*In quo iterum Romani Pontificis euincitur
Primatus alijs Orientalium*

|| testimonijs.

H Actenus demonstratum est Orientalium testi-
monijs, D. Petrum à Christo Domino consti-
tutum esse totius Ecclesiæ Caput, Principem, ac vni-
uersalem ouium Pastorem, eundemq; esse Petram illam
supra quam suam fundauit Dominus Ecclesiam. Item-
que plenè demonstratum fuit, Romanum Pontificem
D. Petro in eodem officio, munere, ac principatu
successisse; adeoque eandem habere nunc potestatem,
ac iurisdictionem in totam Ecclesiam, ut suo tempore
ipse Petrus habebat. Quandoquidem cum æternum
duratura sit Ecclesia, sine capite esse certè nequit,
proindè Petro debet aliquis succedere, & sic deinceps
vsque ad consummationem sæculi. Quod & ipse Dò-
minus clarè hisse nobis inculcauit verbis: *Ecce ego
vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Quæ
Domini verba sic in hanc rem explicat Abnallastalus
in Prefatione Collectionis Canonum. والامم

المعتمد عليه في جملة هذا المعنى هو قول ربنا
لواحد الامم وواحدوا وكل الامم
وعدوهم

وعدوهم باسم الاب والابن والروح القدس وعلموهم جميع ما وصيتكم به وهانذا انا معكم الى انقضا العالم ومعلوم انهم لم يبقوا دائما في العالم فظاهر انه اشار بهذا القول الى خلفائهم

القايمين في التسلمة له مقامهم
Principium autem in quo consistit huius sensus summa, est id Domini nostri assertum ad suos Apostolos: Ite & docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & docete eos quæcunque mandavi vobis; & ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Notum autem est, illos minime mansisse in Mundo semper. Itanum fit igitur, eum hisce verbis innuisse illorum Successores, qui funguntur ei munere Apostolatus loco ipsorum.

Ex his igitur consequens erit, eum totius Ecclesiæ Caput, principem, & vniuersalem esse Pastorem, qui loco Petri succedit, & ei, (nempè Christo Domino) pro Petro munere, & officio fungitur Apostolatus in tota Ecclesia usque ad consummationem seculi duratura. Ex quo sanctiones & decreta ab vniuersa Ecclesia in generalibus constituta, & sancita Concilijs Romano attribuuntur, ac si solus ea sanxisset. Quod sanè non rectè assereretur, nisi ratio haberetur, Capitis, & Pastoris, ac moderatoris vniuersalis. Qua de re audiatur Martyrologium Alexandrinum sub die 7. mensis Tube, in quo festum S. Siluestri Ro-

mani Pontificis celebratur. في هذا اليوم تنج الاب القديس
 القديس سلبسطوس بابا روميه. هذا الاب لعظيم
 فضله ونسكه وعلوه المتزايد قدم بطريركا على
 روميه بعد انصراف ملطسادس الى المسيح وكانست
 تقدمته في السنه الحاديه عشر من ملك قسطنطين
 فحين جلس على الكرسي البطرسي عند الملك
 قسطنطين وفي سابع سنه من رياسته كان اجتماع
 الابا القديسون الثلثايه وثمانيه عشر بنيقيه ولعن
 اريوس واحرمه واحرم كل من يقول بقولم

*Hac die requieuit Pater Sanctus Silvester Papa Romae.
 Hic Pater ob eximias eius Virtutes, religionem, ac mul-
 tiplicem doctrinam in Patriarcham Romanum successus
 fuit post obitum Melchiadis ad Christum. Quod autem
 factum est anno Undecimo Imperij Constantini; & cum
 sedisset super Sedem Petrinam baptizavit Constantinum.
 Et paulo post. Et anno septimo eius Principatus fuit con-
 gregatio sanctorum Patrum 318. Nicea, & maledixit
 Arrium, atque anathemasizavit Una cum omnibus in
 eius concedentibus sententiam.*

Iuxta eundem hunc sensum atq; mentem intelli-
 genda quoque veniunt ea D. Ioannis Maronis verba,
 quibus post eruditissimam præfationem sic suam
 Controversiam aduersus Monophysitas ex Patrum
 auctoritatibus, ac testimonijs contextam oxorditur.

قال في هذا من بلاد فارس وبلاد الهند وبلاد
 وبلاد الهند وبلاد فارس وبلاد الهند وبلاد فارس
*Accedat primus S. Silvester Episcopus Roma, qui habetur
 Caput, seu Princeps Synodi Nicana.*

Item Martyrologium Alexandrinum sub die 10
 mensis Chihac, ubi postquam multis egit de labori-
 bus, quos perpeffus est S. Gregorius Armenorum Epi-
 scopus pro Christiana Religione, nec non de miracu-
 lis ab eo perpetratis, hæc subdit: **وحدثنا هو وحدثنا
 ارمين الارمن: فطلبوا اليه ان يعتمدهم فقال لهم
 انه لا يجوز لي ولست انا كاهن: فارسلوا رسلا
 الى بلاد لوندية وكتبوا كتما للملك يعرفوه انهم
 قد اجدوا الى الرب واسالوا ان يكرز لهم عن يوحنا
 بطرغا وكان البطريرك ذلك الزمان سلبسطرس
 دابا روميه وسبروا حمية الرسول هدايا كثيرة
 والقدوس عن يوحنا بطرغا فلبا وصلوا وقرى
 الملك والبطريرك الكسب فرحبوا بعدودة الارمن
 الى الرب وكرز لهم عن يوحنا بطرغا**
*Hac autem causa fuit conuersionis Armenorum ad Fi-
 dem. Quamobrem ab eo (Gregorio) petierunt, ut il-
 los baptizaret; qui ait illis: mihi non licet, cum non sim
 Sacerdos. Idcirco miserunt Nuncios ad regionem Lusia
 cum liberis ad Imperatorem significantes ei se reuersos esse
 ad*

ad Dominum; & rogauerunt illum, Ut Gregorium ipsis in Patriarcham initiaret. Erat autem Patriarcha eo tempore Silueſter Papa Roma; miſerumque cum Nuncijs multa manerq; vna cum S. Gregorio. Cum autem eo veniſſent, & literas legiſſet Imperator, & Patriarcha, gauſiſunt ob Armenorum conuerſionem ad Dominum, & conſtituit eis Gregorium in Patriarcham.

Nota in hiſce testimonijs. Quomodo Sedes Romana dicitur Petrina, ſiue Petri; vnde Pontifices Romani Petri ſunt Succellores. Quomodo condemnatio, & anathematizatio Arrij ad ipſum Romanum refertur Pontificem licet abſentem, non autem ad Concilium, quemadmodum parta victoria Duci adſcribitur, & Imperatori. Quomodo Silueſter caput habetur, & Princeps Nicenæ Synodi, licet abſens, quod auctoritatiuè neceſſariò intelligendum oportet. Quomodo Romanus Pontifex abſolute, & per antonomafiam Patriarcha dicitur. Quomodo ad Romanum Pontificem deſtinata fuit legatio, ab eo; poſtulatam fuit, vt Gregorium ſacris initiaret ordinibus, quod potius (ſi Patriarcharum iurium ratio habenda ſit) ad Antiochenum ſpectabat, cuius Diocæſis Armeniam complectitur cum reliquis Orientis prouincijs. Tota res tamen ad Romanum delata fuit Pontificem, vt vniuerſalem Eccleſiæ Caput, & Paſtorem.

Ex Mohammedanis accedat nunc vnus Maſhudus in hiſtoria inſcripta *مروج الذهب* Prata aurea, capi-

capite في معرفة شهر الامم *De cognitione*
seu notitia mensium Gentium: والبطاركة عند
 الفسازى اربعة اولهم صاحب مدينة روميه ثم الثاني
 صاحب مدينة القسطنطينيه وهي افسس واسمها
 القديم بوزنطيا والروم يسمونها في وقتنا هذا المورخ
 اذا ارادوا العبارة عنها انها دار الملك: ثم الثالث
 وهو صاحب الاسكندريه من ارض مصر: ثم الرابع
 وهو صاحب انطاكيه وهي لبطرس فيدوا بروميه
 لانها لبطرس وخبوا بانطاكيه لانها لبطرس

Patriarcha autem apud Christianos quatuor sunt. Pri-
mus illorum est Dominus Roma. Secundus Verò Domi-
nus Constantinopoleos, quæ est Ephesus, cuius antiquum
nomen Byzantium. Romæ autem hæc nostra, quæ scri-
bimus, etate, illam per antonomasiam appellant Regiam.
Tertius est Dominus Alexandria terra Aegypti. Quar-
tus demum Dominus Antiochia, quæ est Petri. Exor-
dium autem ceperunt ab Roma, quia est Petri, & finem
imposuerunt Antiochia, quia est Petri.

Nota. Hic Auctor confundit Byzantium postea
 Constantinopolim cum Epheso, cum hæc sit Ciuitas
 Ioniæ illa verò Thraciæ. Nisi tamen illis verbis innuere
 velit Patriarchatum, non ipsas vrbes, ex Canonibus 38.
 & 41. Arabicis Concilij Nicæni, quorum primi hæc
 sunt

ان تنتقل بطردركية افسس الى مدينة
الملك لتكون الكرامة للملك والكهنوت جميعا

Transferatur Patriarchatus Ephesi ad Urbem Imperialem, ut habeat Imperij, & Sacerdotij simul honorem. Alterius verò hæc:

وبعد هذا المجلس صيرت
بطردركية افسس ايضا لصاحب القسطنطينية وصير
ثانيا في الدرجة وصير صاحب الاسكندرية ثالثا

Post hanc autem sessionem factus est Patriarchatus Domini Ephesi Domino Constantinopoleos, & factus gradu secundus, & Dominus Alexandria tertius. Cuius autem momenti, & auctoritatis sint hi duo Canones, non disputo, nec ad nostrum spectat id præfens argumentum; sed refero, ut indè facile deprehendatur, unde originem habere potuit Mohammedani huius Scriptoris error, & lapsus.

Auctor Geographiæ Nubiensis par. 2. Clim. 5. agens de Vrbe Roma hæc de Romano Pontifice scriptum reliquit:

ومدينة رومه ركن من اركان
النصارى وذلك انها كرسي اعظم من كراسي
الاربعة وبانطاكية كرسى وبالاسكندرية ايضا
كرسى وببيت المقدس كرسى

Vrbs Roma est basis è basibus Nazarenorum, (id est Christianorum) est enim Sedes maior quatuor Sedibus,

Antiochia est Sedes, & Alexandria quoque Sedes, & in Domo Sancta (Hierosolymis) Sedes.

Hæc referens Constantinus l'Empereur in Notis ad Itinerarium Beniamini Iudæi Romanum Pontificem appellantis; Caput, & maximum Principem totius Religionis Christianorum, sic cum Nubiensi Geographo hanc obseruat Ecclesiasticam Politiam. Nubiensis, inquit l'Empereur, Ecclesiasticam Politiam considerans, Romanam non omnium Christianorum caput; sed Unam è columnis Christianorum esse, dicit:

رکن من ارکان الدنیا

id est Columna est, inquit, è columnis Nazaraorum, id est Christianorum. Qui paragraphus obseruatione dignus: quandoquidem conditionem Ecclesia nobis exprimit; dum alias etiam tres Ecclesias ipsi associat, Ut officio & potestate consortes, licet Romanam Sedem magnitudine præcellere dicat. Verba subjicere non grauabor,

انها كرسى اعظم من كراسى
الاربعه وبانطاكيه كرسى وبلاساكندريه
ايضا كرسى وببيت المقدس كرسى

Id est, Ipsa est Sedes maxima inter Sedes quatuor, & Antiochia Sedes est, & Alexandria etiam Sedes, & in Domo sancta (id est Hierosolymis) Sedes. Hæc ille.

Hic multiplicis criminis & malitiæ reus agitur Constantinus ille. Nam cur magis illi obseruatione

dignus est Paragraphus ille Nubiensis Geographi ,
 quo Romam vnam è Columnis Christianorum dicit,
 & non omnium Christianorum Caput , quàm illum
 sui Auctoris, Beniamini , quo eundem Romanum
 Pontificem *maximum Principem totius Religionis Chri-*
stianorum , appellat? Verba & ego ipsa subiicere non
 grauabor: ומשם ששה ימים מהלך לעיר

רומא דבתא והיא ראש מלכות ארום
 ושם כמו ד יחודים נכבדים ואין פורעון
 מס לשום אדם ומחס משרתי הפפא
 אלכסדרוש הוא ההגמון הגדול
 הממונה על כל דת ארום

Id est ex eiusdem
 Constantini interpretatione: *Hinc* (ab vrbe Luca)
sex dierum itinere abest Vrbs illa maxima Roma caput
regni Idumaeorum . (id est Christianorum) Hic ducenti
fermè Iudaei Viri honorati , nemini tributum pendentes ,
inter quos suos habet ministros Papa Alexander , qui ma-
ximus est Princeps totius Idumaeorum Religionis Praefe-
ctus . Idem infra agens de Bagdado , siue Babylone ,
 & Mohammedanorum Calipha hæc subiicit :

והוא הממונה על דת הישמעלים וכל
 מלכי ישמעאל מודים לו והוא עליהם
 &c. כמו הפפא על הנוצרים

Constantinus: *Hic (id est Calipha) Mohammedano-
rum Religionis Antistes est , ipsique omnes Mohamme-
dani reges fasces submitunt : Iis enim eodem modo præ-
est , quo Papa Christianis .*

Cur ergo hunc suum , quem præ manibus habe-
bat Constantinus iste illustrandum notis auctorem ,
deseruit , & ad Nubiensem profugit Geographum ?
forsan quia iste conditionem Ecclesiæ Constantino
exprimit , dum alias etiam tres Ecclesias Romanæ as-
sociat , vt officio , & potestate consortes ? benè quidem .
Sed cui harum quatuor Ecclesiarum est addictus Con-
stantinus l' Empeur ? forsan omnibus quatuor ita-
simul sibi associatis ? Sanè mendacissimus circulator
comperietur garrulus iste Calvinista , quicquid dicat ,
quia omnes istæ quatuor Ecclesiæ , vel sic associatæ ,
vel seorsim acceptæ toto Cælo dissident , & abhorrent
à Protestantium omnium dogmatibus , ac nouitatibus ,
nec in vno quidem conueniunt cum illis ex eis Reli-
gionis articulis , quos in disputationem nuper reuoca-
runt . Vel in hoc spectandum sit Sacrificium Missæ ,
vel septem Sacramentorum numerus , vel Ecclesiasti-
ca Hierarchia , vel Sanctorum inuocationes , honores ,
imagines , vel Purgatorium , vel suffragia pro defun-
ctorum animabus , & eiusmodi alia . Hæc non testi-
monio Orientalium alicuius confirmanda nobis sunt ;
sed vnus Davidis Chitræi ex Protestantium grege , &
numero scriptoris , qui in Oratione inscripta *De statu*
Eccle-

Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Aethiopia, Armenia &c. Francofurti an. 1580. impressa sic loquitur, sic testatur: Apud omnes eas gentes cuncta esse Missarum plena, Sacramenta septem dispensari, Ecclesiam per Hierarchiam à Patriarchis in Archiepiscopos, Episcopos &c. descendentem administrari. Sanctis inuocationes, honores, imagines, saltem pietas adhiberi. Tria loca morientium discerni, Ut tertius media conditione inter beatos, & damnatos collocetur. Applicari Sacrificium Missæ pro uiuis, & mortuis, honorarium pro Missis dari, pro Basiliæ quidem Missa duas aureos, Chrysostomi Verò paucos denarios. Maritos Sacrificio fungi, sed monogamos duntaxat. Coniugium intra septimum consanguinitatis, & affinitatis gradum, & in secundo affinitatis genere intra quartum, in tertio intra secundum. Constantinopoli 20. esse Christianorum, Tempia, Vigere & illic Senatium, siue Collegium duodecim Sacerdotum, cum quo Patriarcha communicatis sententijs per inferiorum graduum Pastores, res Ecclesiasticas gubernet.

Hæc omnia eorum quatuor Ecclesiarum dogmata ita reiiciunt Protestantes, è quorum numero est Constantinus iste, ut nec vestigij sanè quicquam sit discernere apud eos. Quid ergo Constantino isti commune est cum harum Ecclesiarum Politia, vel Romanæ sint consortes, & associatæ, vel disiunctæ, vel subiectæ? Et quid opus ipsi est obseruatione Paragraphi,

aut

aut paragraphorum illius Ecclesiæ conditionis, quam non obseruat, nisi vt eam impugnet? non laudat, nisi vt de illius dignitate, & auctoritate detrahat, non nominat, nisi vt crimen aliquid ex suorum instituto ipsi obijciat.

Sed videamus adhuc, qua fide, & religione conditionem illâ Ecclesiæ ex Geographi obseruat verbis. Dic ergo Constantine, vnde habes verba hæc Geographi Nubiensis: *أبها مكرى اعظم من كراسى* *الارزاقه* Ipsa est Sedes maxima inter Sedes quatuor? Nonne vel ipsi pueri, & tyrones te docere poterunt esse comparatiua, adeoque vertenda *اعظم من*

Maior, & non Maxima. Hæc sanè notiora sunt, quàm vt grammatica disceptatione discutiam. Omnes enim sciunt, nomina comparatiua, & superlatiua, apud Arabes eiusdem esse formæ, distingui verò ratione particula *مين* *Men*, quæ comparatiuorum nota est, itaut quoties hæc particula adiungitur nomini eius formæ, tunc nomen illud comparatiuum est, aliàs superlatiuum. Imò adhibita particula illa nominibus positivis, tribuit illis sua vi, & natura comparatiuorum significationem, quare dicitur:

الادب خير من الارزاقه *Disciplina melior est ignorantia.*

Quod cùm ita sit ex Grammaticorum placitis, &

lin-

linguæ genio, ac analogia, cur magis arrisit Constan-
tino vertere, *Sedes maxima inter Sedes quatuor*, quàm
Sedes maior Sedibus quatuor? Cur? quia minimè illum
latebat, superlatiua dici de ijs, quæ sunt eiusdem or-
dinis, comparatiua verò non item. Quocirca benè
dicitur: *Scipio fortissimus Romanorum*, quia est eius-
dem ordinis, & in Romanorum includitur numero;
at non dicitur: *Scipio fortior Romanis*, sed *fortior*
Annibale vel Carthaginensibus.

Sed reponet forsitan nobis Constantinus interpre-
tationem clarissimorum virorum Gabrielis Sionitæ,
& Ioannis Hefronitæ Maronitarum, qui verba illa
superlatiue verterunt.

Ad hæc dupliciter respondetur. Imprimis eni-
mendoso, ac mutilo vsi sunt Codice, nimirum illo
Romæ impresso typis Medicæis opera Ioannis Bapti-
stæ Raymundi, quem nos sic ex Codice Mns. restitui-

mus: *انها كرسى اعظم من كراسى الاربعة
بالقسطنطينية كرسى وبانطاكية كرسى
وبالاسكندرية ايضا كرسى وبميت المقدس كرسى
Ipsa est Sedes maior Sedibus quatuor, Constantinopoli est
Sedes, & Antiochia Sedes est, & Alexandria quoque
Sedes, & in Damo sancta Sedes.*

Itaque proptor mendosam illam, ac mutilam lectio-
nem sui Codicis coacti sunt viri illi, doctissimi, vertere
maxima inter Sedes quatuor; quia si vertissent: *maior*

Sedi-

Sedibus quatuor, maior esset se ipsa, quia vna ex quatuor est, iuxta eam mutilam lectionem, quod contradictionem implicaret, cum nihil se ipso vel maius, vel minus esse possit. Præterea optimè constabat viris illis perspicacissimis ex eodem Auctore in eodem capite Romani Pontificis Primatus, de quo ita

وفي مدينة رومية قصر الملك المسمى البابا وليس فوق البابا فوق في القدر والملوك دونه

In Urbe autem Roma sunt Aedes Regis, Papæ Vocati: nec est supra Papam superioritas in dignitate: & Reges sunt inferiores ipso. At Constantinus l'Empereur mala fide vertit, & pessima hæc alia verba eiusdem Auctoris reticuit, ex quibus qui illorum verborum sit sensus, liquidò patescit. Nihil aliud igitur querit eius paragraphi obseruatione Constantinus, quam quod Symmylta; nimirum verba inania, atque altè sonantia sine re, & quod peius est, vbique singulis sub verbis cubant fraus, insidiæ, dolusque malus, ingenui verò hominis, & probi nihil; ac vbique sub nomine veritatis veritas eluditur, & illuditur. Et si quid occurrit paulisper ambiguum, & obscurum apud Scriptorem aliquem, id arripiunt, ac tamquam è Cælo elapsum nobis obijciunt; si verò aliquid ipsa luce meridiana claritè, tamquam nocturnæ Solis radios refugiunt, vt ex hæctenus dictis, & allatis planissime patet.

C A P V T X X V I

*Idem Romani Pontificis asseritur Primatus
ex Orientalium principijs, & notis,
quas ad veram requirunt
Ecclesiam.*

Orientales Christiani tres ad veram Ecclesiam conditionem requirunt notas; scilicet *Sacerdotium, Regnum, & Prophetiam*, quae omnia simul habuisse, asserunt, primum generis humani parentem Adam, cum adhuc virgo, & incorrupta esset Ecclesia.

Has sibi olim notas Melchitae adsciverant, imperij, unde sibi nomen indiderunt, fisci sceptri, & fascibus, & usurpatis, atque extortis à Constantinopolitano Oecumenici, & vniuersalis Patriarchae titulis. Sed horum cum Imperio corrui ratio, & argumentum.

Nestoriani, ut has sine Ecclesiamotis cooptent, Iudaea, nescia quae Cosmographum, & figmento sibi vltra Indiarum, (& fortè habitabilis Orbis) fines confingunt, & proferunt Regna, & Imperia, ac summi Metropolitan, siue Primatem Catholici Patriarchae decorant titulis.

Jacobus Zanzalus latobiticoe Sectae auctor, & eius nominis nomen indatum est *Jacobitis*, hoc uno

argumento cæteris insultat Orientalibus. Nam contendit in sua Catechesi has notas solis suis competere Monophysitis. Verba, quibus id asserit, hæc sunt:

اقول عن الثلثة مواهب التي اوهبها الله عز وجل
لابينا آدم وهم المملكة والكهنوت والنبوة وهم
الى اليوم في بعض اجناس اولاده: اقول ان المملكة
صارت بيد المشرق والكنهوت صار بيد
القبط لانهم الى الان لا يكتبون رقوة ولا
واما النبوة دائما فهو عند المشرقيين

Dicam idem tribus donis, quæ Deus Opt. Max. concessit patri nostro Adamque, quæ sunt Regnum, Sacerdotium, & Prophetia, æaque utantur etiamnum penes aliqua genera filiorum eius, (Severi). Dico itaque Regnum patrum factum esse in manu Abyssinorum; Sacerdotium Verò in manu Coptitarum, quoniam hæcenus neque inscriptionem scribunt, neque Magiam; ut Prophetia semper apud Syros (Iacobitas) fuit:

Quas autem notas, ac tesseras veræ Ecclesiæ comprobant ex hisce Psalmi 109. verbis. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, scilicet, ut asserunt, Sacerdos, Rex, & Propheta, talem fuisse Melchisedech, affirmant.

Tanti autem ponderis, & momenti sunt apud hæc Nationes Orientales istæ tres notæ, ut ipsæ destituti pro Hæreticis habeantur. Vnde factum est, ut

inguli ad suam tuendam, stabiliendamque causam, Regna sibi, & scepra vel vltra Sabbaticum fluvium, vel in ipso Lunæ concavo effinxerint.

Sed ò mortaliùm miseram conditionem! ò horribilem, non oculorùm tantùm, verùm etiam & mentis cæcitatem! cum persæpè ita hallucinamur, vt quò longiùs distemus à veritate, eò viciniore nos esse nobis persuadeamus. Nam cui, Sodes, Orientalium Nationum istæ competunt notæ, quas singule sibi vindicare conantur? Etenim si Græcorum, quos Melchitæ sequuntur, celeberrimam olim, florentemque imperio spectemus gentem, liceat mihi Gennadij ipsorum Patriarchæ nunc yti verbis, ita de misera illorum conditione scribentis cap. 5. de Primatu Papæ sect. 15.

Hi Verò, inquit, non solum gentium facti sunt serui, sed & Iudæis ipsis, qui sunt serui omnium gentium. Affectatum autem ab ipsis diu Summum Sacerdotium, per summam iniuriam, nunc vanale prostat, ac sæpè sepius biceps, ac triceps, Cerberique aliquandò capitum æquatur numero.

Nestoriorum verò longè infeliciores est conditio, non eorum inquam, qui vel Turcico, vel Persico graui premuntur iugo, sed illorum, qui Indias incolunt ibique felicitate regnare, aut effinguntur, aut creduntur, vt ipsorum supplicationes ad Paulum V. Pontificem Maximum factis superque nobis testantur, quas hic referre, superfluum est.

Monophysitarum autem gentis, quæ cæteris insultat Nationibus, quia Æthiopia fortitudo eius, causa quoque cecidisse, pluribus euincitur. Nam his tribus donis, ex eorundem sententia, vnus Adam præditus erat, ergo ea non benè competunt Æthiopum Regibus, Cophitarum Sacerdotibus, & Iacobitarum Prophetis, qui longè lateque diffitis terrarum distant spatijs, ac persæpè dissident religione, & dissimilibus vtuntur moribus. Etenim Æthiopum Reges quamplures Monophysitarum abiurarunt religionem, & sectam proscriserunt. Cophitarum verò Summi Sacerdotes, & Iacobitarum Prophetæ (si Deo placet) non semel sese libellis scriptis prosciderunt, & infestati sunt ob varia in religione dissidia. Nam (vt vnum, vel alterum afferam dissidiorum exemplum) Iacobitæ pani Eucharistico oleum, & salem ex necessitate materiæ addendum esse contendunt, quod minimè approbant Cophitæ, quemadmodum ex Dauidis Barphaulos Iacobitæ Catechesi liquidò patet, quod in causa fuit, vt amicitie fœdus inter vtramq; gentem proscissum fuerit, eodem teste. Scripsit etiam eadem de re ex professo Ioannes Barsusa Iacobitarum Patriarcha; nec non Gregorius Barhebraeus homo eiusdem persuasionis in libro de fundamentis Ecclesiæ. Discrepant etiam in Circumcisione, qua hætenus vtuntur Cophitæ, ac Æthiopes, non accedunt Iacobitæ. Æthiopes præterea elemento aquæ ad perfectio-

ET EIVSDEM PRIMATV. 283

fectionem Baptismi addunt cauterium candenti factum ferro . Eiusmodi quamplura adduci possunt , quæ suo loco seruamus . Patet igitur neque istis competere posse notas illas tum ob differentias personarum , quæ vnica esse debet ex eorum principijs , tum ob distidia in ipsis religionis articulis .

Superest ergo , vt dicamus , has notas , ex ipsorum Orientalium principijs , & fundamentis , nemini mortalium tam æquè competere posse , ac Romano Pontifici , cùm sit Summus Sacerdos , Rex , & Propheta in similitudine Adami , vt mox mox ex eorundem Orientalium ostendemus testimonijs , & auctoritate . Quòd autem sit Summus Sacerdos , ipse fateatur Iacobus Zanzalus Iacobitarum Auctor , & Prens ita loquens in sua Catechesi: *انا اعرف حكم الاربع*

*كراسى السنى فى الدنيا اولها كرسى روميه
وليه الحكم ايضاً بالسيوف*

*Ego agnosco Dominium quatuor Sedium , quæ sunt in Mundo , quarum prima est Sedes Romæ , cui est etiam Dominium in gladio . Quid autem est habere Dominium in gladio , nisi esse Principem , ac Regem ? imò non dicit , habere Dominium in gladio ; sed cui est Dominium in gladio , quasi dixisset : cui iure debetur hoc Dominium . Huic accedit Nubiensis Geographus par. 2. Clim. 5. ita scribens : *وفى مدينته**

روميه

رومه قصر الملك المسمى البابه وليم فوق البابه
فوق في القدر والملوك دونه

In Urbe Roma sunt Aedes Regis Papa Vocati : nec est supra Papam superioritas in dignitate . & Reges sunt inferiores ipso .

Habemus itaque ex eorundem Orientalium testimonijs, Romanum Pontificem esse Summum Sacerdotem, de qua re minimè ambigendum est, vt constat ex superioribus capitibus; eundemque esse Regem, vnde iure affirmandum est, de ipso dictum fuisse illud *Regale Sacerdotium* .

De Prophetia autem non est multum laborandum nobis, quia hæc necessariò, imò de fide Summum consequitur Sacerdotium . Vnde Ioannes 11. vers. 49. ita de Caïpha prophetante affirmavit, & causam Prophetandi ad Sacerdotium retulit: *Vnus autem ex ipsis Caïphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis : Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: hoc autem non à semetipso dixit, sed cum esset Pontifex: anni illius prophetavit, quòd Iesus moriturus erat pro gente . Ergo Romanus, quia Summus Pontifex est, est etiam Propheta.*

Nec desunt nobis eiusmodi Prophetiæ exempla, quoties res postulat, vt par est . Et quidem recens suppeditat nobis exemplum Pij V. sanctissimi Pontifi-

cis Vaticinium, quod hactenus Patrum nostrorum tenaciter memoriæ inhæret. Is enim Spiritu fanè prophético Christianorum Classem de Turcis Fidei hostibus insignem reportaturam fore victoriam multò antè pronunciauerat. Et fanè Prophetiæ veritatem ipse comprobauit euentus; qui nec sanctissimum latuit Pontificem, cum eo temporis momento, quo nostri profligarunt hostem, partam iam victoriam familiaribus lætabundus enunciauerit, sibi oranti diuinitus reuelatam. Vide Ioan. Antonium Gabutum cap. 6. vitæ eiusdem Pontificis, & Hieronymum Catheram pag. 194.

Porro mirabili mirabilior fuit Nicolai V. Summi Pontificis in Epistola ad Constantinum Dragasem Imperatorem Prophetia de Imperij Græcorum excidio, quam refert Stanislaus Socolouius in notis ad Censuram Ecclesiæ Orientalis, & Gennadius Scholarius Constantinopolitanus Patriarcha cap. 5. De Primatu Papa, sect. 14. in hæc verba: *Omnes gentes, inquit Nicolaus Papa, decretum, quod sancitum est, receperunt: Græci Verò neque receperunt, neque spes est, eos unquam esse recepturos. Procrastinationes enim procrastinationibus ab eis semper pretebantur, excusationes & responsiones in singulis. neque Verò Græci arbitrentur, Romanum Pontificem esse mente destitutum, omnemque Occidentalem Ecclesiam, ut non intelligat, quæ in singulis dilationibus respondendo mugiantur. Optumè*

noui-

noiuimus : sed toleramus in Iesum respicientes sempiternum Sacerdotem, & Dominum, qui sterilem illam ficum, usque ad annum tertium iussit asseruari, agricola ad excidendam arborem se accingente, quia nullum fructum ferebat.

His itaque recitatis ex Nicolai Papæ Epistola, triennij tempus præscribens, Græcis, nisi resipiscerent, statim exclamauit Gennadius eorum Patriarcha dicens : O magnam calamitatem ! Anno 1451. hanc conscripsit Epistolam, anno 1453. capta est Constanti-nopolis. Potestis dicere, hac Vera non esse ? minimè gentium, cum id sit manifestum, & res ipsa apertè loquatur. Tres, inquit, annos expectabimus, si Vos fortè à Schismate, & separatione conuerteritis, & Vos Verè Decreto adiunxeritis secundum Saluatoris de ficu præceptum. Si Verò non, excidemini, ne terram otiosam, & inutilem reddatis. En mirabilis Prophetia.

Planè itaque æ plenè constat, ea tria dona, scilicet Sacerdotiam, Regnum, & Prophetiam, notas, ac tesseras veræ, purioris, virginis, atque incorruptæ Ecclesiæ, (ex Orientalium sententia, & principijs) nullibi reperiri gentium in similitudinem Adami primi parentis, ac secundum ordinem Melchisedech, nisi in vno, ac solo Romano Pontifice, ac ipsi soli, & vni competere posse. Ex quo necessariò indè, sequitur, Romanam Ecclesiam esse veram, illam, ac puram, incorruptam, incontaminatam, atque infallibilem.

Ec.

Ecclesiam, aduersus quam Portas Inferi haud praualituras esse, in se recepit Auctor infallibilitatis Christus Dominus, atque promisit.

Quamobrem frustra, castoque opere nostri temporis Briaræi, Enceladi, Typhæi, Ægeones, ac reliqua Inferorum monstra, & Gigantes montes montibus imponentes suis sunt

*manibus magnum rescindere Calum
Aggressi, Superisque Iouem detrudere regnis.*

C A P V T X X V I I.

*In quo tamquam Appendicula quadam Iohannis
Henrici Hottingeri Tigurini Orientalis Historiæ
breui perstringitur censura, cum quoad ipsius
historiæ grauiissimos lapsus, tum quoad
turpissima linguæ Arabicæ
menda.*

Iohannes Henricus Hottingerus Tigurinus quandam superioribus annis compilauit Historiam, quam ex rebus, quas tractat, Orientalem appellare complacuit, Scopus illi geminus fuit. De primo sic in suæ loquitur dedicationis limine: *Observaui hætenus, neminem facile tam ex Theologis, quam ex Historicis reperiri qui Urgente sic ordine, & rerum, quas explicat necessitate suas quoque Vires, vel in referendis, vel in refutandis Orientalium quorundam, Muhammedano-*

rum maxime, superstitionibus, periclitari non voluerit, methodo non tantum diuersa, sed & successu multum variante. Primus igitur magni huius Hottingeri scopus fuit, Orientalium suis Protestantibus Theologis, & Historicis vel abditissima aperire arcana, ut procliuus inde horum, Mohamnedanorum maxime, superstitiones, & referare omnibus, & solidissimis ex horum more refutare argumentis.

De altero autem scopo sic statim ibidem subiungit: *Vidi & hoc, superciliosos quosdam esse momos, & morosos stentores, qui satis laudum inter suos consequutos se autumant, quando aculeos non modo suos, spiculaeque dentes, canivo ricu Reformata Religionis affectis ægros & innoxios, infixerint, sed & monstra Africana contra eosdem irritarint. Eò enim impudentie procedunt, & imprudentia Verberones isti, ut ineptire palam malint, & insanire, quam calumniandi nocentissimum cachoetes deferere. Vnde non verentur, in causa sua patrociniū, eorum etiam abuti nomine, quorum nec res intelligunt, nec sacra. Putant nempe, facile se imperitiorum ora obturaturus, si vel Orientalium, longissimis spatijs à nobis distitorum, nudam mentionem, quasi offam, iniecerint.*

Vtriusque scopi rationem sic ibidem reddit: *Vtrorumque, inquit, in hoc scripto rationem habere volui. illorum quidem, (Protestantium Theologorum & Historicorum) omnia ea, que ad Generalem pertinent Historiam Orientalem ex Arabum libris studiosè eruendo, fideliter transferendo, & ad usum multiplicem accom-*
modando

ET EIVSDEM PRIMATV. 285

modando, ut ita, quia tot scripta peregrina Voluere,
 Vel ijs non vacat, Vel non licet, tantum hinc hauriant,
 quantum ad pleniorē Historiæ Orientalis cognitionem,
 satis est. Horum Verò, (Pontificiorum) Talionis lege
 ἀντιμῆτα μακροῦντι; cum fœnore, maiorique Veritatis
 prasidio, refundendo. Hæc Hottingerus de scopo, &
 ratione suæ scribendæ Historiæ Orientalis.

Nos autem non lege Talionis inducti, aut per-
 suasi; (hanc enim legem Legis nouæ Auctor Christus
 Dominus abolitam voluit) sed isto Sapientis: *Responde*
stulto secundum stultitiam eius, ne sapiens sibi videatur,
 penè coacti hanc suscepimus prouinciam. Et quidem
 geminum & nos in hoc habuimus scopum. Primum
 Theologorum, & Historicorum, ne cæcus cæcos in
 profundissimam agat foueam; etenim Hottingero
 cæco duce, & fallacia, ac falsa iacente illis funda-
 menta, & principia, ea tradere poterunt scriptis, quæ
 ridiculos reddent ipsos Orientalibus, doctisque alijs
 viris, & quod caput est, vanos, & impostores, &
 nulla fide dignos. Imò post longas vigilias, & im-
 probissimos labores, animaduertent, se cum laruis,
 & spectris pugnauisse, ea contra Orientales scriben-
 tes, quæ nunquam ipsorum mentes subierunt, vel
 quæ rectè ipsi oppugnant, & opposita sentiunt. Al-
 terum, ne pergat vterius spurius iste Philisthæus, &
 gloriosus miles agminibus Israël exprobrare, & iniu-
 rias in dominum suum Dauid conferre filius Gera iste,

Hottingerus. Hic autem non omnia, quæ in Hottingeri insunt Historia mendæ, seu potius splendidissima mendacia, refellere ad me recipio, quia prius exhauriretur Augiæ stabulum, & expurgaretur, quàm, quæ sunt in ea spurcitia, & fordes tam circa ipsarum rerum, & Historiarum veritatem, quàm linguarum Orientalium genium, & analogiam, ac vocabulorum notiones, atque etymologias. Quamobrem pauca quædam obuia, & sine delectu delibare lubuit, cum ne in immensum exeresceret opus, tum ne diù in tam foetida immoremur cloaca. Ad rem igitur ipsam, ad arma.

1. Cap. 1. libri primi agit rerum Orientalium eruditissimus, suo iudicio, ac testimonio, Hottingerus de nominibus tam generalibus, quàm specialibus Mohammedanorum. Inter quæ pag. 2. num. 2. tamquam generale, & omnibus Mohammedanis aequè conueniens nomen recenset *أهل الكتاب*

vertitque, *Populus libri*, additque subindè; *Fateris quidem nomen hoc generale in Alcorano ut plurimum, Vel pro Iudæis, Veteris, Vel Christianis Utriusque Testamenti admittentibus divinam Originem, sumi.*

Fateris Hottingero hoc nomen in Alcorano ut plurimum pro Iudæis, & Christianis sumi? ergo aliquandò in Alcorano sumitur pro Mohammedanis; sed affer vel unum tantum locum, erisque mihi magnus

gnus Apollo, herbamq; tibi porrigam, & ipse cane
lætus triumphum. Imò hoc nomine in Alcorano sem-
per contradistinguit impostor Mohammedes Iudæos,
& Christianos à suis Moslemannis, & sectatoribus. Sic
enim scribit in سورة ال عمران cap. de familia Amrani:

يا اهل الكتاب لم تحاجون في ابراهيم وما
اتزلت التوريه والانجيل الا من بعده افلا تعقلون ها
انتم هولاء خاجتم في ما لو س لكم به علم والله
يعلم وانتم لا تعلمون ما كان ابراهيم يهوديا
ولا نصرانيا ولكن كان حنيفا مسلما

*O popule libri (siue ò Scripturarij) quid inter Vos dispu-
tatis de Abrahamo, cum Lex non descenderit neque
Euangelium, nisi post eum, nonne scitis? Ecce Vos ij
estis, qui disputatis de illo, quod ignoratis; Deus autem
scit, Vos Verò nescitis. Non fuit Abraham Indæus,
neq; Christianus, sed fuit Orthodoxus Moslemannus. Vi-
desn' Hottingere quomodò hic distinguit impostor,
& contradistinguit اهل الكتاب Populum libri à
suis Moslemannis, asserens Abraham non fuisse ex
اهل الكتاب Populo libri, sed Moslemannum?
Totum percurre Alcoranum, euolue, & reuolue Mo-
hammedanorum scripta, affer vel vnum testimonium
pro hac tua assertione. Inuenies, habere librum,
sed non, اهل الكتاب Populum libri seu Scri-
pturarios, quia id nomen tribuitur semper Iudæis, &
Christianis.*

De illa autem conficta ab Impostore Pseudopropheta Iudæorum, & Christianorum disputatione de Abrahamo sic Auctor كتاب الكشاف

Libri Dilucidationum in hunc Alcorani locum. زعم

كل فريق من اليهود والنصارى ان ابراهيم كان منهم وجادلوا رسول الله والمؤمنين فيه فقبل لهم ان اليهوديه ان ما حدثت بعد نزول التوراة والنصرايه بعد الانجيل وبين ابراهيم وموسى الف سنة وبينه وبين عيسى الفان فكيف يكون ابراهيم على دين لم يحدث الا بعد عهده بازمده متطاوله

Existimavit Utraque pars Iudæorum scilicet, & Christianorum Abrahamum de suis fuisse, ac de illo disputarunt cum Apostolo Dei, & fidelibus. Quamobrem ijs dictum fuit: quòd Iudæismus non extiterit nisi post demissionem Legis; & Christianismus post demissionem Evangelij; interque Abrahamum, & Moysen mille intersunt anni, & inter eum, & Iesum bis mille. Quomodò ergo Abraham additus erat ei Religioni, quæ longissimo intervallo temporum post eum extitit?

Item Alcoranus alibi: اليوم جعل لكم الطيبات

وطعام الذي اتوا الكتاب جعل لكم

Hodie liciti facti sunt vobis delicatiores quique cibi, & esculenta eorum, qui attulerunt librum licita sunt vobis;

quæ

que sic أبو جعفر الطبري *Abuziahphar altabari* exponit:
 قوله وطعام الذين اتوا الكتاب قبل لكم اي
 للمسلمين وذبايح اهل الكتاب من اليهود والنصارى
 وهم الذين اتوا الكتاب وهو التوراة والانجيل

*Dictum eius: & esculeta eorum, qui attulerunt librum
 licita sunt vobis, id est Moslemannis, & maçtata à
 Indais & Christianis; isti enim sunt qui attulerunt li-
 brum, qui est Lex, & Evangelium. Similia leguntur*

apud محمد بن اسماعيل البخاري

Mohammedem filium Ismaëlis Albochari Commenta-
 torem Alcorani tom. 30. super hæc eiusdem Alcorani

verba لا يجادلوا اهل الكتاب

Ne disputetis cum populo libri, Seu cum Scripturarijs.

Idem Albochari ibidem ex Pseudoprophetæ Iu-
 dæorum, & Christianorum Simiæ traditionibus, hanc
 detorquentis Domini similitudinem iflam, quæ ha-

betur Matth. 20. اوتي اهل التوريه التوريه فعملوا

بها حتى اذا انتصف النهار ثم عجزوا فاعطوا قيراطًا

قيراطًا. ثم اوتي اهل الانجيل الانجيل فعملوا به

حتى صلاة العصر ثم عجزوا فاعطوا قيراطًا ثم

اوتيتهم القران فعملتم به حتى غربت الشمس فاعطيتهم

قيراطين. فقال اهل الكتاب هؤلاء اقل منا عملًا واكثر

اجرا

أجرأ قال الله هل ظلمتكم من حقكم شيأ قالوا لا قال فهو

فضلى أوتيه من أشأ *Data est Lex cultoribus*

Legis, qui operati sunt in ea usq; ad meridiem, dein defecerunt,

& acceperunt singulos denarios. Tum datum est

cultoribus Euangelij Euangelium, qui operati sunt in eo

usq; ad nonam, dein defecerunt, & acceperunt singulos de-

narios. Tandem datus est vobis Alcoranus, & operati estis

in eo usque ad occasum Solis, & accepistis duos denarios.

Quamobrem dixit populus libri (seu Scripturarij): Isti mi-

nus operati sunt, quàm nos, & plus acceperunt mercedis:

ait Deus: Num iniuriam feci vobis aliquid detrahens de

mercede vestra? dixerant non. Dixit: hæc est gratia mea,

quam dabo, cui volo. عز الدوله بن كـ و نه

Hazzadaula Ben Camuna in Traët. de tribus Legibus,

& Legillatoribus lib. 4. de Mohammede, eiusq; lege

loquens de itineribus Mohammedis, hæc habet de

itinere Syriaco: وقد سافر للشام قبل دعواه النبوه

مرتين وهي مملكة أهل الكـ

اب

Bis antequàm prophetiam profiteretur, iter fecit in Sy-

riam, & est regnum populi libri.

Ex his omnibus videtnr Hottingère, nomen hoc

Mohammedanis neque *Generale* esse, neque *Spe-*

ciale?. Imò ita impositum ab ipso Alcorani Auctore,

eiusque Commentatoribus, & accommodatum, vt

eo contradistinguantur Iudæi, & Christiani à Mo-

hamme-

hammedanis, tanquàm nomine opposito. Nec sanè tantus es, vt, ex ipso Alcorano, vel Commentatoribus, aut Scriptoribus alijs, vel vnicum asserre possis testimonium, quo euincas eo nomine appellatos, aut insignitos vnquàm fuisse Mohammedanos. Dicunt quidem, se habere librum cælitùs demissum, nempe Alcoranum, sed nunquàm *أهل الكتاب* Populum libri, se appellant. Ostende, si tantus es, euolue Alcoranum, consule Commentatores, intende vocem, para tuis Tigurinis Consulibus, Quæstoribus, Pastoribus, & Professoribus, & miseræ reliquæ plebi offam, sed caue, quæso te, & iterùm, ne sit eius generis, quam Daniel in os Draconis Babyloniorum iniiecit.

2. Item pag. 2. num. 3. hoc aliud inter generalia Mohammedanorum nomina enumerat. *أهل الجماعة* Populus Congregationis. Huius nomenclationis rationem sic addit: Ratio nomenclationis, vel quòd turmatim, vt plurimum, preces suas concipiant, vel, quòd nullius gentis alterius exemplo, instituto Muhammedis diem Veneris *الجمعة* dictum, sacrum habeant.

O præclaram Rerum, & Sacrorum Orientalium gentium intelligentiam! O singularem, ac vnicam linguæ Arabicæ peritiam, ne dicam miseram orthographiam! Adeste, adeste, quotquot estis, qui vtrumque arcanum vobis referari vultis, ad Hottingeri cathedram, de qua, vel ipse Regius Psalter psal. 1. & mi-

ra audietis. At interim dic Hottingere, sed ingenuè, nonne te pudet, hæc tot præmissis vociferationibus in mortalium proferre auram, & lucem? dormiens hæc scripsisti, an vigilans? Ebrius, an sobrius? seriò, an iocose? Vbi legisti, nomen hoc *ا-ل-ع-ل-ا* significare *Diem Veneris*, vt indè eas conijcias ineptias? Nescis diem Veneris Arabibus scribi *ا-ل-ع-ل-ا* non *ا-ل-ع-ل-ا* quod idem sanè est, ac si quis apud Latinos diceret, *Vannus* pro *Venus*. Sic enim vocum affinitate deceptus Thrafo noster Cælo minitatur, & terræ, luctaturque cum umbris. Hinc autem suam sententiam proferre volens balbutit, hæsitat, ambiguisque pronunciat verbis dicens: *Vel quòd turmatim, Vel quòd nullius gentis alterius exemplo &c.* Sed melius sanè dixisset: fateor, me nec rem, nec vim vocis intelligere, nec gentis, de qua scribo, aut sacra, aut historias.

Quamobrem sciendum est, amplissimi Consules, & Quæstores, Pastores reuerendi, & clarissimi Professores, nomen *ا-ل-ع-ل-ا* *Giamaab*, nec diem Veneris significare, nec generale esse nomen omnibus Mohammedanis æquè conueniens, vt vobis imponit vester Hottingerus; sed duo denotare apud Mohammedanos; primum *Consensum Scriptorum antiquorum* præsertim qui tempore ipsius Mohammedis, & proximè vixerunt, quem nos Patrum, & Doctorum consensum dicimus; alterum gentis Præfulum congregationem, qualem nos Concilia vocamus; estque ipsorum in Religio.

Religionis rebus conuenientia, & vnanimis conspi-
ratio.

Quæ vt meliùs intelligantur: sciendum est, Mo-
hammedanos statim à morte, & obitu Mohammedis
in duas dissectos fuisse sectas, quarum vna Aali conso-
brini Mohammedis sequebatur partes; altera verò
Abubacri, Homari, & Hothmani Mohammedis
Successorum. Harum prima asserit, Aali esse verum,
ac legitimum Mohammedis successorem, & nullum
in ea dignitate succedere posse, nisi ex huius sit pro-
genie. Quamobrem illi tres tyranni, impij, iniqui, &
intrusi habendi sunt; & per consequens omnia eorum
acta, gesta, & decreta irrita esse. Et cum isti multa
statuerint ex consensu Doctorum, ac præsertim eo-
rum, qui cum ipso Mohammede conuersati sunt, &
illius focij vocati, horum consensus, & in doctrina
concordia *الاجماع* dictus est, & illi, ac eorum se-
quaces *اهل الجماعة* *Populus congregationis*. Præte-
reà alium compilarunt isti librum, quem *السنن* *Al-*
sonna, seu Legem, & statuta vocarunt, qui continet
varias traditiones, quas varij ab ipso Mohammede
prolatas se audiuisse testati sunt, easque in vnum, sub
eo titulo digesserunt volumen. Illi autem, qui Aali se-
quuntur partes, vtrumq; reiiciunt, atq; improbant,
nempè tam *illum consensum*, quàm librum *السنن* *Alson-*
na, inscriptum; proindeq; dicti sunt *روافض* *رافضيه*
siue *رافضيه*, scilicet *reiicientes, reprobantes*, eò quod

& consensum Doctorum, & statuta illorum trium Mohammedis successorum, & librum Traditionum Mohammedis reiecerint, & reprobant. Isti autem sunt Persæ omnes, alijque non pauci per Othomanicum dispersi imperium. Contra verò ij, qui vtrumq; amplectuntur, ab illo consensu dicti sunt *اهل الجماعة* *Populus congregationis*, seu potius *consentientes*, *conuenientes*, *concordes*, & eiusmodi, & hoc nomine intelligendi veniunt tam Doctores, & Auctores consensus, quàm qui consensum illum admittunt. Et à libro *اهل السنة* *Alsonna*, appellati quoque sunt *اهل السنة* *Populus Alsonna*, siue Legis, nec non *الرافضية* *Alrafadhiti*, siue *reijcientibus*, & *reprobantibus*. Qui autem consensum Doctorum, & traditionum librum admittunt, sic procedunt in iudicijs ferendis, & causis decidendis. Si enim quæstionem pro aliqua re nata definire possunt ex Alcorani auctoritate, in hac acquiescunt, sin minùs, ad librum recurrunt traditionum, & si in hoc nulla occurrit auctoritas, id petunt ex Doctorum consensu, quòd si nequit etiam inde dirimi difficultas, id præstant ex ratione, & ratiocinatione, siue argumentatione. De qua re, ne nudam mentionem, quasi offam aliquam tibi iniicere videamur, Hottingere, quemadmodùm ipse tuis Consulibus, quæstoribus, Pastoribus, & Professoribus fecisti, vnus Gregorius Barhebræus vir eruditissimus audiendus est.

Is lib. 9. Chronicorum. in Mohammede postquam
 pluribus egit de varijs Mohammedanorum Sectis, in
 ipsis dissentientibus religionis fundamentis, sic subdit

لما مذاهبت الفروع بين المختلفين في الاحكام
 الشرعية والمسائل الاجتهادية فالمشهوره منها اربعة
 مذهب مالك بن انس ومذهب محمد بن ادريس
 الشافعي ومذهب احمد بن حنبل ومذهب ابي
 حنيفة النعمان بن ثابت. واركان الاجتهاد ايضا
 اربعة الكتاب والسننه والاجماع والقياس. وذلك
 لانه اذا وقعت لهم حادثة شرعية من حلال وحرام
 فرغوا الى الاجتهاد وابتدوا بكتاب الله تعالى فان
 وجدوا فيه نصا تسكوا به والا فرغوا الى سنة
 النبي فان روي لهم في ذلك خبر نزلوا على حكمه
 والا فرغوا الى اجتماع العمامة لانهم راشدون لا
 يمتعون على ضلال فان عثروا بما يناسب مطلوبهم
 اجروا حكم الحادثة على مقتضاها والا فرغوا الى
 القياس لان الموادق والوقايع غير متناهية
 والنصوص متناهية فلا يتطابقان

*At Secta eorum, qui dissident in ramis, siue expositioni-
 bus in iudicibus legalibus, & questionibus iudicialibus,
 celebriores quatuor sunt. Secta Malechi filij Anesi;
 Secta Mohammedis filij Adrifi Sciaphai; Secta Ahmedii
 filij*

filij Hanbali ; & Secta Akhanipha. Alnabman filij Thabeti . Bases quoque questionum iudicialium quatuor sunt, 1. Liber (id est Alcoranus) 2. Alsonna, 3. Consensus, 4. Ratiocinatio . Nam si qua incidit illis questio legalis, an res aliqua licita sit, vel illicita, se accingunt ad perquisitionem, initiumque sumunt à libro Dei Altissimi ; in quo si respererint auctoritatem aliquam, hanc amplectuntur, sin minus, se conferunt ad Sonnam Prophetæ, (id est traditiones Mohammedis) in qua si quid illis pro re nata elucescit, iuxta illud ferunt iudicium, sin Verò minus, se conferunt ad Consensum Sactorum ; qui cum directores sint, non possunt convenire in errorem ; si autem aliquid offenderint ipsorum questionis consentaneum, pronunciant iudicium rei nate iuxta eius prescriptum, sin minus, se conferunt ad ratiocinationem, quoniam contingentia, & accidentia infinita sunt, auctoritates Verò finita, ideò sibi non congruunt.

Quænam autem sit horum, nempe اهل السنة
والجماعة Populi Alsonna, & Congregationis Reli-
gio, 81. articulis declaratur in Congregatione, seu
Concilio Samarkendæ habito, quos refert محمد
الدين ابو حفص عمر بن محمد بن احمد النيسابى
Nagemaddinus Abu-haffi Hamrus filius Mohamme-
dis, filij Ahmedis Alnassî, hac præmissa præfatione :
هذا كتاب بيان الاعتقاد على مذهب اهل السنة
والجماعة

والجماعة وقد اجتمع ائمة علماء اهل نهر قنده على هذا
 الاعتقاد وهو مذهب اهل اليمن والجماعة يقولون ان
 مشايخهم ومشايخ بنارا وجملة المشايخ ما ورا النهر وولد
 الترك من اهل السنة والجماعة نقلوا عن مشايخهم
 انهم على هذا الاعتقاد الى ان بلغوا العجابه رضوان
 الله عليهم اجمعين وهو السواد الاعظم وكتبوا كتابا
 الى الشام ومدينة دمشق وسائر بلاد المسلمين وقد بينوا
 فيه هذا الاعتقاد بالعربية

*Hic est liber demonstrationis professionis Fidei secundum
 Sectam, seu Religionem populi Alsonna, & Congregationis;
 & iam conuenerunt Prasules doctorum Samarkenda
 in hac Fidei professione, & est Secta, seu Religio populi
 Alsonna, & Congregationis. Afferunt, suas seniores, & se-
 niores Bochara, & reliquos seniores, qui sunt post Flumi-
 & in regione Timaarum, ex Secta Alsonna, & Congrega-
 tionis, traditione accepisse à suis maioribus, quòd huic ad-
 dicti fuerint Fidei professioni, usque quòd peruenierint ad
 Socios (quibus omnibus placetur Deus) & est multitudo
 maior. Et scripserunt librum ad Syriam, & Damascum,
 reliquasque Moslemannorum regiones, in quo hanc expo-
 suerunt Fidei professionem Arabica lingua.*

In quo autem Concilio, seu Confessu Doctorum
 huius Sectæ artic. 5 8. contra Perfes, eorumque sequa-
 ces, qui tres primos Mohammedis Successores repro-
 bant.

bant, ac damnant, ita decernitur : وافضل البشر
 بعد نبيها ابو بكر الصديق ثم عمر الفاروق ثم عثمان
*Mortalium præstantissimi post nostrum Prophetam ,
 sunt Abubacrus iustus , deinde Homarus Alfaruk , tan-
 dem Hothmanus.*

Ex quibus omnibus luculentissime patet , Hot-
 tingere , *اهل الجماعة* , quod ipse interpretaris ,
Populus congregationis, & nos pluries in tuam gratiam,
 nihil aliud significare, nisi consensum Doctorum, seu
 Sociorum Mohammedis in doctrina & religione,
 quem confectantur illi, qui partibus Aabubacri, Ho-
 mari, & Hothmani fauent. Considera ergo, & ra-
 tione, animoque lustra, quam tuis in os, & guttur
 injicis offam, dum scribis, ac nomenclationis ratio-
 nem ineptissimam, & ex singularis impudentiæ per a-
 erutam ita reddis: *Ratio nomenclationis, Vel quod
 turmatim, Ut plurimum, preces suas concipiant, Vel
 quod nullius gentis alterius exemplo, instituto Muham-
 medis diem Veneris *يوم الجمعة* dictum, sacrum habeant.*
 Inprimis enim nomen, quod speciale est, generale
 esse, & omnibus conueniens Mohammedanis asseris;
 secundò rationem reddis, quam nemo præter te som-
 niavit; tertio diem Veneris *يوم الجمعة* dici asseueras,
 quod neque Afini, neque Arabum Cameli tibi conce-
 dent. Tamen audiamus quid ad te ex eodem græcè
 feripfit eximius ille vir, Theologus *πατριάρχης, κωνσταντινου*

D. Henricus Alting, vt ipse refert in Dedicacione: *Præcipue*, inquit *linguarum studium persequi Te velim, ad quod diuinitus factus, fidesque mihi videris*. Præclare quidem, & appositè dixit, te ad linguarum studium fectum fuisse, at Diabolicè potiùs quàm Diuinitus; quia eos vocabulis fingis, & excogitas sensus, qui numquam Auctorum linguarum subierunt mentes, eamque appingis illis interpretationem, & expositionem, quam tibi suggerunt pessimè excogitata, & falsò supposita principia, ex quo nihil indè inferri, aut deduci potest, quàm mendacia solemnissima, ineptissima nugæ, ridiculæ narrationes.

3 Quod autem asseris pag. 3. num. 4. de nomine *اهل السنة*, atque *Populus Legis, siue Sunæ* interpretaris, iam in superiori nota explosum est; vbi ostendimus, id nominis minimè tribui illis, qui partes Aali contra Abubacrum, Homarum, & Hothmanum sectantur, adeoque non esse generale, & commune omnibus Mohammedanis, vt ineptissimè ibi garris, Hottingere, quamuis tam in hoc, quàm in antecedente numero laudes pro te auctorem *fundam, fidei*, quem scimus, te in hoc ineptiorem esse, quia ambo nullis adductis Mohammedanorum Scriptorum testimonijs, nudam mentionem, quasi offam vestris, non nobis injicitis. Iam dictis addo, duas scilicet alias Mohammedanorum Sectas ab hoc excludi nomine, nimirum Sectam *الجبريه Giabraitarum*, & Sectam

القدرية *Kadraitarum*. Harum prima asserit, hominem nullum opus liberè edere, nec potentiam habere ullam ad id, bonum sit illud, vel malum, sed ea omnia esse opera Dei. Altera primæ directè opposita affirmat, hominem ita liberum agere, vt nihil Deo, vel gratiæ tribuatur, sed omnia libero arbitrio. Vide Gregorium Barhebræum lib. 9. Chronicorum in Mohammede, Ismaelem Sciahinschiah in Historia Gentium, & alios, quorum testimonia hic referre longum, & molestum esset. His autem duabus Sectis minimè conuenire nomen أهل السنة *Populi Legis, siue*

Alsonna testatur Mohammedes filius Iosephi Sanusij in libro de *Mohammedanorum Theologia, S. de Potentia Dei*, hisce verbis:

وبهذا يعرف بطلان مذهب الجبرية
القايلين باستوا الافعال كلها وانه لا قدرة تقارن
شيئا منها عموما ولا شك انهم في هذه مبتدعه بل
يكذبهم الشرع والعقل: وبطلان مذهب القدرية
مجوس هذه الامه القايلين بتاثير القدرة للحادثه في
الافعال على حسب ارادة العبد ولا شك انهم
مبتدعه اشركوا مع الله تعالى غيره فتحقق ان
مذهب أهل السنة بين هذين المذهبين الفاسدين

Hinc dignoscitur Vanitas Sectæ Giabraitarum asserentium equalitatem omnium operum, & quòd nulla sit potentia

tenia, quæ possit aliquid per se præstare penitus operum. Nec dubium est, hos huius rei esse innovatores; sed mendacij illos arguit Lex, & intellectus. Præterea Vanitas (dignoscitur) Sectæ Kadraitarum, Magorum huius gentis (Mohammedanæ) afferentium impressonem potentia provenientem in operibus iuxta voluntatem hominis. Nec dubium est, hos huius rei esse innovatores, alium Deo associantes. Quocirca comprobatum est, Sectam, populi Alsonna, sitam esse inter has duas falsas Sectas.

Nota. Mohammedis vulgatum dictum est: Kadraitas esse Magos suæ gentis, qui Solem, & ignem colentes omnia concedebant libero arbitrio. Nota adhuc. Si Secta Populi Alsonna, siue Suna, vt scribis Hottingere, sita est inter duas has Sectas, certè his duabus id nomen adaptari non potest, nec conuenit, sed Sectæ istæ sunt Mohammedanæ; ergo nomen illud *أهل السنة* Populus Alsonna, non est generale, & omnibus Mohammedanis commune. Ergo thrafonticè te iactas de rerum Orientalium cognitione, & nudam mentionem, quasi offam tuis iniicis Tigurinis, ac laudatoribus. Meliùs ergo tibi erat, silere, tecumque habitare, quàm Pontificios, vt spurium illum Philisthæum ad singulare hoc certamen prouocare.

Prætereo lubenter quæ dicis sequentibus numeris tam de generalibus, quàm de specialibus alijs nomi-

nibus ex eodem productis Choragio, & putido cerebro tam putida effutiente. Et sanè Pseudopropheta ille, & impostor, ac nugator Mohammedes, nullum suis nugis magis accommodum te, Hottingere, nancisci poterat narratorem, qui nugas nugis, mendacia mendacijs, imposturas imposturis exornare ita idoneus erat. Et quemadmodùm ille gloriosa prædicatione suâ Alcorani elegantiam ita efferebat, vt homines, Angelosque simul prouocare ausus sit ad vnum similem tantùm versum afferendum, componendumque; ita ipse eandem de te existimationem habes, dum ita de tua peritia, aliorumque ignorantia, & inciticia prædicas: *Vndè non Verentur, in cause sua patrocinium, eorum etiam abuti nomine, quorum nec res intelligunt, nec sacra, quasi verò ipse solus res, & sacra Orientalium gentium intelligis, cum tamen non solum res, & sacra eorum ignores, sed & ipsa nomina, in quibus, & Mohammedes passim impingit tam quoad orthographiam, quàm quoad significationem. Mohammedi ergo impostori, haud iniuria in his comparandus es.*

4 Pag. 72. citans testimonium nescio quod, auctoris prætermisso nomine, fortè cōsultò, & vt suam tegetet ignorantiam sanè pudendam, nomen proprium viri inter Arabes celeberrimi, appellatiuè interpretatus est eruditus Hottingerus. Testimonium illud sic incipit قال كعب الجبار *Dixit Caabus Alahbari,*
quod

quod sic Hottingerus : *Dicunt eruditi* . O Crassam Thrasonis Tigurini ignorantiam ! Dic gloriose miles : ubi legisti , & apud quem *عربي الاحبار* significare *Eruditos* ? In Dictionario fortè D. Iacobi Golij, quod ad astra supra Mediolanense extollis ? mentiris . In Thesauro doctissimi , & eruditissimi Antonij Giggæi linguæ Arabicæ vnici instauratoris inter Europæos ? mentiris . Vndè ergo id habuisti ? non aliundè sanè , nisi ex cerebro illo turpissimo , ac plenissimo temeritatis , quæ omnia impudenter audet . Dic ingenuè : legitime in fontibus Kessæum , quem non semel laudas in vitis Patrum ? Si legisti , obseruasti ne Hottingere , apud eum passim hunc citari auctorem ? si non legisti , neq; obseruasti , lege , & obserua in ipso libri limine titulo , *De descriptione creationis aquarum* , ac sequentibus titulis . *De descriptione serpentis circumdantis solium* . *De initio creationis terræ , & marium* . *De descriptione Gabrielis* . *De descriptione Angeli mortis* , ac reliquis per totum , videbisque an sit nomen proprium , nec ne . Certè qui id ignorat apud Arabes , inter eos collocandus est , qui inter Catholicos nescit , quis sit Augustinus , aut Hieronymus , aut Chrysostomus , aut huius notæ Patres alij ; ac inter Protestantes quis sit Lutherus , quis Calvinus , quis Zuinglius .

Caabus itaque iste , vt discas Hottingere , fuit inter Arabes vir doctissimus , ac celeberrimus Poëta , patrem habuit nomine *زهير بن أبي سلمى*

Zohairum filium Abisalmi, & fratrem بني

Bogairum, qui Mohammedis amplexus est superstitionem. Quod rescians Caabus Satyram quandam scripsit in Mohammedem, & fratrem, quam cum legisset Pseudopropheta, hanc protulit in eum sententiam,

vt scribit بسم الدين بن علي بن محمد بن

Nagemaddinus filius Aali, filij Mohammedis, filij Mohammedis Alanfari, in Prefatione Poëmatis eiusdem Caabi, de quo mox:

فاتصل الشعر برسول
الله فاهد رده وقال من لقي منكم كعب ابن
زهير فليقتله فكتب يهجر الى كعب الهمداني

Et perlatum est carmen ad Apostolum Dei (sic vocant suum Mohammedem) *qui sanguinem eius fundi permisit dicens: quicumque Vestrum inuenerit Caabum filium Zohairi interficiat illum. Scripsitque Bogairus ad Caabum: Fuga, fuga. qui fuga elapsus euasit. Sed tandem timore petcussus Pseudopropheta adijt, & recitato coram intemperantissimo mortalium poëmate de laudibus cuiusdam mulierculæ pulcherrimæ, sic eam placauit; & veniam consequutus est. Poëma sic incipit.*

بانت سعاد قلبي اليوم متبول

مقيم اثرها لم يقد مكبول

*Longè discessit Saad, hinc hodie car incerta mæ-
stum est,*

*Trahiturque post eius Vestigia, nec à compedibus
potest solui.*

Hic est Caabus, quem Hottingerus interpretatur
*Dicunt eruditi, & quia id concordare non poterat cum
sequentibus, vnam addidit literulam M, & sic
pro *حابل* Cui, scripsit, *مقابل* Quibus, vel etiam
illi coniunctum erat ibi aliquod aliud nomen, quod
ipse prætermisit. Proferat in medium, quem laudat
auctorem, & palam fit mendum illius, & ignoran-
tia.*

5 Pag. 94. Chadigię vxoris Pseudoprophetę Mo-
hammedis patris nomen, quod non Arabibus tantum
notum est, sed & ipsis barbaris notissimum, &
حوايل Chuailed dicitur, Hottingerus scribit,
حوالد, & Latinis characteribus, *Hubald*. Quod
puto, eum mutuatum esse à Symmysta Leuino war-
nero in *Compendio historico, eorum, quę Mohamme-
dani de Christo &c. tradiderunt*, eodem modo scriben-
te idem nomen. Non est mirum, in hoc imitatur suum
Mohammedem Hottingerus, cui nomina propria, vt
plurimum inuertere, atque peruertere solemne erat.

6 Pag. 96. Multa garrit de D. Ioanne Baptista,
& ex Arabibus confercit, & cōdensat tēstimoniam quę-
dam penitus corrupta, ac sibi etiam contraria, sed
potius contradictoria. Num. 3. hæc habet: *Scri-
bunt*

baat Arabes, Iohannem, & Christum fuisse patru-
 eles. Vide supra pag. 72. sic Beidani, & Zambacsha-

و-ان يحيى وعيسى ابني خاله من الاخ :

Erant autem Iahia (Ioannes) & Isa (Iesus) filij pa-
 trueles. In hisce duo cubant menda. Imprimis enim

خاله ابني sunt Sobrini, nempè filij duarum foro-

rum. malè ergo patruelles vertit Hottingerus. Præte-

reà duæ postremae dictiones, quas minimè vertit

Hottingerus videlicet من الاخ id est, ex fratre;

pugnant cum primis, quia filij Fratrum dicuntur Ara-

bibus بنو العمم filij patrum. Ex quo planum re-

linquitur postremas illas duas dictiones aut abundare,

aut aliquid in eo loco deesse, aut hoc dictum ex Hottin-

geri putido, ac huiusmodi grauido stultitiarū & teme-

ritatum enatum cerebro. Subindè tamen subdit: Ma-

truelles tamen, seu consobrinos fuisse Christiani probabili-

ter asserunt. Sed hoc idem eo dicto asseritur; quod au-

tem si non intelligis Hottingere, cur tot vociferatio-

nibus in protèstantico foro tam gloriosè te iactas? Di-

scè ergo te priùs corrigere. Quod verò statim sic ad-

dis بسمبر عليه السلام, & sic vertis: Propheta

super quo pax sit. Fateor me primam dictionem peni-

tùs ignorare, quemadmodum, & omnes Arabes; vt

ad

ad me recipio: *يحمبر* significare Arabibus *Prophe-
tam*, omninò inauditum est. Sed fortè est vox Ta-
tarea, aut alterius linguæ, quam intelligit Hottinge-
rus linguarum peritissimus.

6 Pag. 98. Narrans quandam fabulam de morte
D. Ioannis Baptistæ ei illata ab Achabò rege opera
vxoꝝ, & filia, hunc subdit locum de infortunijs,
quæ in dies post homicidium illud eis ingruerant.

فلم يزالوا يتعارفون بالتغيير والتقصير من عند
الله يوماً بعد يوم حتى إبادهم الله

Quæ sic Hottingerus: *Neque cessarunt Zelotypia
certare, & diuinitus de die in diem debilitari, usque
dum Deus eos perdidit.* Prima tamen verba sic sunt
reddenda: *Neque desierunt manifestè mutari, & di-
minui ex parte Dei* (nimirum ita Deo volente) *de die in
diem, donec perdidit eos Deus.* Quid, fodes, commune
habet *التغيير* *Mutatio* cum *الغيرة* *Zelotypia*?
nihil fanè. Sed Hottingero omnia cum Mohamme-
de licent.

7 Pag. 102. referens locum ex Elmacino de Mar-
tyrio D. Georgij, verba hæc *وكان من اولاد البطارقة*
sic vertit: *qui fuit filius Patriarchæ*; & intra parenthe-
sim (*Vel Chiliarcha, Utroque enim modo Arabica vox
sumitur.*) Sed meo iudicio hic meliùs dixisset Hottin-

gerus, se vtroque modo ignauissimum esse, Nam imprimis vox البطارقة est numeri pluralis, adeoque vertenda fuisset, *Filius Patriarcharum*. & non *Patriarcha*. Deindè vbinam gentium legit, vocem Arabicam vtroque modo sumi? & si ei hoc concedatur, vertendum tanè erat ad verbum: *Et erat ex filijs Patriarcharum*, vel, *Chiliarcharum*. At sciat Hottingerus, vocem illam esse Romanam, & Arabibus familiarissimam; بطردى quippè illis est Romanorum *Patricius*, & eius pluralis بطارقه *Patricij*, adeoque vertendum est ibi: *Et erat ex filijs Patriciorum*. Patriarchæ enim non creant filios, nec vxorati in Patriarchas assumebantur, vt par. 1. huius tract. notauimus ex Eutychio, qui & ipse بن بطردى

Filius Patricij dicitur, non tamen filius Patriarchæ, pater enim illius erat Medicus non Patriarcha. Notandum etiam est, lectionem Codicis Hottingeri (si tamen fideliter eam exhibuit) decennio integro differre à lectione mei Codicis. Nam eam sic nobis profert:

Anno وفي السنة التاسعة من ملكه
nono regni illius (Diocletiani) Codex verò meus habet:

وفي السنة التاسعة عشر من ملكه
Anno decimo nono regni illius.

8 Pag. 152. Hæc verba Beidau: اللات والعزى ومناك فان لكل حي منها يعبدونه
Sic

Sic vertit Hottingerus: *Alath*, & *alozza*, & *Me-nath*: erat enim omni viventi simulachrum, quod colebant. Vbi scias, لكل حي non notare ibi Omni viventi, ut vertit Hottingerus, sed singulis familijs, quia singulæ Arabum familiæ propria habebant Idola, quæ colebant, quemadmodum in nostra Arabum notauimus Historia. Deceptus est igitur perspicacissimus Hottingerus vocabuli affinitate. Quod sæpissimè ipsi accidit, & dum aliorum obseruat festucas, trabes non videt, & sanè ingentes.

9 Pag. 154: plura committit menda. Primùm, locus, quem ex Beidai affert, ita incipit ثلاثة الاصنام & sic interpretatur ille: *Tria illa Idola*, vbi tam textus, quàm interpretatio erronea est; quia ثلاثة الاصنام vertenda sunt iuxta Grammaticæ rudimenta, *Tria Idolorum*, cum sit in regimine, & sic vox ثلاثة *Tria*, substantiuè accipienda est. quod ad Grammaticæ magistri remitto ferulam. Cum verò oratio manca, & hiulca ibi videatur, puto aliquid deesse, vel in ipso textu, & codice, prætermissum, vel mutilatum. Et paulò inferiùs hæc alia affert de Idolo

لانه صورة رجل كان يذبح السودق: *Alath*: اللات
 ويطعم الحاج & ita interpretatur: *Propterea quod imago masculi fuerit, qui hordeum contusum, cum adipe miscuerit, spinasque ederit.* Postrema hæc verba

ويطعم اللجاج quæ vertit Hottingerus *Spinasque ederit*,
 hominem crassæ penitus arguunt ignorantia, illumq;
 nullius esse iudicij, & delectus ostendunt. Quid est
 hoc, sodes, edere spinas? Camelus fortè erat Arabs, qui
 huius cibi genere delectatur? Non sanè, sed Tiguri-
 nus professor, qui linguæ, quam profitetur, verum,
 sincerumque non habet gultum, ideoque *spinas pro*
sacris Arabum suis porrigit tamquàm offam. Existi-
 mauit enim is magister verbum يطعم præsentis for-
 mæ, esse ex præterito طعم Edit, cum sit ex اطعم
 Comedere præbuit, exhibuit, dedit; nomen verò اللجاج
 cum, quid significaret, nesciret, obuiam ex Dictiona-
 rijs sine delectu, & iudicio petijt significationem,
 cum tamen hoc loci denotet peregrinantem religionis
 ergo, ex radice ج, itaut verba illa inrerpretanda sint:
Quoniam erat imago (seu ad imaginem) hominis, qui
commiscebat hordeum contusum cum adipe, & comedere
exhibebat peregrinantibus religionis ergo. Quo enim
actu homines ad peregrinationem ad Templum Mec-
canum alliciebat, & inuitabat.

10 Pag. 164. profert testimonium ex Elmacino
 de origine Sabæorum adeò corruptum, & mutilatum,
 & mendis contra linguæ analogiam inspersum, vt in-
 dè facile arguere sit, cum similiter egisse cum ijs au-
 ctoribus, quos ad manus non habemus. Verba sunt:

وفي أيامه ظهرت نواصب الفارسي واطم-ردين
 الصابه

واليوناني هم اول من اظهر علم النجوم ووضعت
 في كتب وكانوا صابرين
 In diebus autem eius (Nachoris) prodijt Ionasib Perfa,
 & peruulgauit religionem Sabæorum . Erat autem in
 Perfide Rex, qui dicebatur Taburit, afferiturque, hunc
 promulgasse religionem Sabæorum . Dicitur quoque
 religionem promulgasse Sabæorum hominem quendam
 nomine Aliunan, filium Akerkelij Ionij, cuius domi-
 cilium erat Alfonso; Ionij Verò primi suere, qui scien-
 tiam Astrorum promulgauerunt, eamque libris consigna-
 runt, erantque Sabæi. Hæc ipsissima sunt Elmacini
 verba, & hæc eorum fidelissima ad verbum interpre-
 tatio; nunc ad Hottingerum.

Primo loco Hottingerus ponit verbum طهرت
 foemini generis loco masculini طهر
 id est *Prodijt*, ac si suum Nauazib Perfa esset foemina
 aliqua. Sed hoc illi condonamus, esse enim potest
 typographicum mendum. secundo loco postrema
 illa verba contra propriam conscientiam, & fortè
 scientiam, nec non contra Grammaticorum mentem,
 ac regulam, linguæ genium, & analogiam construit,
 numeris ipsis reluctantibus. Etenim verba singula-
 ria foem. gen. cum nominibus pluralibus masc. gen.
 coniungere Arabes, arqueddicere: كانت الناس
 Erat homines, pro Erant كتبوا الكتب
 Scripsit libri, pro Scripsit, & eiusmodi, passim ob-
 uium

uium est; at verba pluralia construere cum nominibus singularibus, inauditū est apud illos. Quod ergo cum ita sit, quomodo concordare potest hæc: *Qui primo Astronomiam scientiā inuenit, cum his alijs, de qua libros posuerunt* (scripserunt) atq; *hi sunt Sabæi*? Patet itaq; mendosam esse Hottingeri lectionem vel defectu eius Codicis, vel eiusdem culpa, & incuria sed neutro modo à culpa, & incuria; eximitur iactator. Quia, nemo, vel pauper in ea lingua versatus, & adeo rudis esse potest, qui Codicis, & lectionis defectum non animaduertat; quantò ergo magis id obseruare debuerat ille, qui omnes alios, præsertimque Pontificios præ se in hoc genere contemnit? Porro condonemus hoc bono Hottingero, culpamque in codicem mendosum rei, ciamus; Sed hæc verba interpretationis: *Atque hi sunt Sabæi* cum hac adiuncta expositione: *Id est, hi libri sunt Zabæi isti, quorum meminit Muh. in Alkor. Sur. 2.* qua excusationis nebula tegi, aut verborum tergiversatione excusari poterunt? Satiùs dixisset, *Hi libri sunt Zabæorum*; sed Zabæos esse libros, nemo dixit unquam, nisi Hottingerus. Homines esse libros, audistisne unquam antehac amplissimi Consules, Quæstores, Pastores, & Professores Tigurini? nunquam, puto. Videte ergo, quam vobis iniicit offam vester Hottingerus! At quaritis fortassis, quid in hunc sensum, & mentem induxit Hottingerum? Sanè nihil aliud, nisi ipsissima linguæ crassa ignorantia, atque

inscitia summa adiuncta arrogantia. Ex inscitia enim non intellexit orationis veram Syntaxim, & verborum connexionem, quia illa verba, *Et erant Sabæi* coniunxit cum libris, ubi coniungenda sunt cum ijs, qui libros composuerunt, itaut sensus sit: Atque hi, qui libros composuerunt, religione sunt Sabæi, vel Zabæi, ut ille, qui autem sensus clarissime ex nostri Codicis lectione liquet, ut supra videre est.

Porro suam hanc inscitiam pag. 176. corroborare, & confirmare nititur Hottingerus auctoritate, & testimonio Kessæi in vitis Patrum dicens: *Quid Verū est, quod Elmacinus supra scripsit, Zabæos esse libros? Muhammedicum satis obscure inuenit fragmentum, cuius Kessæus in Vitis Patrum p. 44. his Verbis meminit. Sed quid ibi meminit, quæso, Kessæus, quod ad tuam rem facit Hottingere? Dicit ne aliquid aliud, quam Abrahamum profectum ex Chaldæa in Syriam inuenisse ibi populum Sabæorum, qui libros Sethi & Edrisi legebant; proindeque miratum fuisse? An per te Libros legere idem sit, ac Libros esse. quod si ita esset, non soli Sabæi, sed & Hebræi, & Christiani essent libri. Imò artifices omnes essent ipsius artis materia, & sic faber lignarius esset lignum, ferrarius ferrum, & sic de cæteris. At dices: te haudquaquam id asserere, sed verba referre Elmacini, & Kessæi. Elmacinum iam vindicauimus ab hac iniuria, Kessæus nec toto vitæ curriculo inter tot insomnia id somniauit; sed ipse*

ipſe deliras, cùm exiſtimes **كتبا** eſſe plurale fra-
ctum à ſingulari rationali **كاتب** formæ **نص-ي-ر**
quia **كاتب** eſſet potiùs diminutiuum, adeoq; ſin-
gulariter irrationalis ipſe es, ſi putas, nomen illud eam
admittere formam, aut tuis inſomnijs fingendam ſem-
per eſſe formam aliquam ad tuas nugas reforman-
das, qua & ipſam prorsùs reformatam religionem.
Scias itaque hæc verba Keſſæي **والصابيون وهم الكتبا**
quæ ita interpretaris: *Sunt autem Sabæi Scribæ.* &
in ipſa parentheſi ambigis, ais, negaſque, corrupta,
atque mutila eſſe, quia verò lectio Keſſæi ſic ſe habet:
والصابيون هم كتبة ذلك الرمى
ideſt, *Sabæi autem ſunt Scribæ illius temporis*, ubi, vt
vides, nulla eſt in voce **كتبة** Scribæ amphibolo-
gia, quemadmodùm in illa tui, Hottingere, Codicis,
tibi tamen tantùm, ob aliquam affinitatem vocum.
Aduerte quoque literam **و** abundare in ſecunda voce
tui codicis, vel cerebri, nempè **وهم**. Sed de ſin-
gulis huiusmodi mendis, & cacographia te aduertere,
longè fanè faciliùs eſſet, centies totius libri recensere
ipſa elementa, quàm id præſtare. Cacographiam
quod attinet, in ipſo principio teſtimonij Keſſæi bis
ſcribis **صبيون**, deindè **صابيون** Sabæi, quod no-
men in Alcorano nunquàm occurrit ſine litera **ا** *Aleph*,
niſi ſit manifeſtum mendum, quia eſt radicalis in pri-
mitiuo. Genus verò, numerum, & perſonam quod
ſpectat, ibidem, & in eadem linea in vnica hac voce

كبرها dilaceras. Nam Edris ibi loquitur ad filios suos dicens: *Discite igitur legere in Vestra iuuentute*, ut illud vsui vobis sit, in senectute eius, vbi aduerte: pronomen *Eius*, est fem. gen. num. singularis, personæ 3. quomodò igitur concordat cum filijs Edris, qui sunt masc. gen. num. plur. 2. personæ? sic enim se habet lectio Hottingeri, licet ipse verterit, in *Senectute*, prætermisso pronomine *Eius*, Deindè في صغركموا id est *Discite*, Arabicè est pluralis numeri, في صغركموا verò, hoc est, *In iuuentute Vestra*, est num. dualis, adeoque hæc discordant etiam in numero, quemadmodum & hæc *In iuuentute Vestra*, & *In senectute eius*, quæ sunt hic correlatiua, & ad idem referuntur, nempe ad filios Edrisi, quos verbum plurale notat fuisse plures, pronomen verò duale duostantum, pronomen fem. gen. in secunda voce, nescio quos, mares, an feminas, vel neutros, quia pronomen singulare fem. gen. ponitur aliquandò pro neutro. Huiusmodi offas Arabicas suis iniiciat Hottingerus tanquam Camelis per inculta iter facientibus deserta! Procul recedant puerilia.

Scimus, Hottingere, te magnum virum minutiora hæc, & puerilia non multùm curare; magnos magna decent. Doce ergo nos maiora, quinam scilicet sint isti Sabæi, vel Zabæi, vt ipse aliquandò scribis, de quibus Alcoranus, & Auctores, quos laudas, & de quorum religione, & crassa superstitione cap. 8. lib. 1.

te scripturum prœmittis. Hoc est, res, & sacra scire,
 & intelligere. Sed siste gradum, vir grauiſſime ne
 labores, ecce sunt verba, quibus non nos quidem,
 sed tuos hoc doces pag. 170. *Sed quorsùm* (inquis)
ad has ineptias (loquor de Etymologia Arabica, reliqua
enim non malè Sabæis tribui possunt) labamur? Sabæi,
sunt posteri Sabæ filij Chusi, Chami nepotis, Arabiæ fe-
licis incola, de quibus iam supra pag. 142. (quibus adde
notas Vadia. in Mel. pag. 208.) actum est. Horum
oppidum Saba est, Ptolomæo thurifera frequenter cogno-
minata; Strabo tamen Mariabum eorum vocat Metro-
polin. Quòd Verò aliter de hac voce sentire fuerint Ara-
bes coacti, ex Muhammedis contigit ignorantia, qui ubi
Sabæorum in Alkorano meminit, pro س Vel ش scri-
bit س, ut ita nuspiam non mendax, & Vanus Ety-
mologus deprehenderetur.

Egrediè, atque præclare, Hottingere, sed tuis
 offam, & satis putidam iniicis, dum Sabæos, (de
 quorum religione, & superstitione te scripturum pol-
 liceris initio cap. 8. lib. 1.) esse posteros Sabæ filij
 Chusi, Chami Nepotis, Arabiæ felicis incolas, nul-
 la auctoritate probas, sed nuda mentione asseris.
 Mohammedi prætereà mortaliū omnium nequissi-
 mo, atque impostori improbissimo turpiter impo-
 nis, (sed impostor impostori) ut ita nuspiam non
 mendax, & vanus Etymologus deprehenderis, dum
 asseueras, eum pro س Sin, vel ش Scin scripsisse س

Sad. Quandoquidem nomine الصابيه vel الصابيون per. ص *Sad*, intelligit Mohammedes, ac notat eam gentem, quæ peculiari cuidam religioni, ritibus, & superstitionibus addicta est; per س *Sin* verò incolas Arabiæ felicis, quæ & Saba dicitur. De primis mentionem facit in سورة البقرة cap. *De Vacca*, nec non in سورة المائدة cap. *De mensa*. De secundis peculiare instituit caput ex eodem nomine inscriptum سورة مجا cap. *Saba*. Ex quibus patet Hottingere, Mohammedem non scripsisse ص *Sad* pro س *Sin* vel ش *Scin*, sed illa diuersitate scripturæ distinxisse inter vtramque gentem, quas tu sub vno nomine confundis. Quoniam autem hæc duo nomina apud Latinos literarum hac diuersitate haud commodè distingui possunt, nos imposterum, distinctionis gratia, incolas Arabiæ felicis *Sabeos* vocabimus, illos verò alios Sabaitas. Nunc videamus, quod Arabes de vtrisque scribunt, & sentiunt, & ad quos horum referunt origines, & quænam probabilior, & verior sententia habenda sit.

Sabaitarum originem, & nomenclationem deduci à صابى *Sabi* filio Adrifi, non autem à Saba filio Chusi, testis est Ismaël Sciahinsciâh in *Hist. Gentium* cap. 3. sect. 1. *De Syris*, & Sabaitis scribens ولهم بظاهر حران مكان يذرونه ويعظمون اهرام مصر ويزعون ان واحدها قبر شيت بن ادم والاخر قبر ادريس

أدريس والاخر قبر صابي بن ادريس الذين ينسبون اليه
Habent extra Harran locum quendam, ad quem peregrin-
nantur; Venerantur quoq; Pyramides Aegypti, arbitran-
tes Unam esse sepulchrum Seth filij Adami, alteram vero
Adrifi sepulchrum, tertiam sepulchrum Sabi filij Adrifi, ad
quem referuntur. Eadem hæc verba occurrunt apud ابا
ربى سعيد المصنف Abasahidum Almograbî.

محمد ابن الشيخة
Mohammedes filius Alsciahna in Chronico scribens:
 يعظمون اهرام مصر ويحجون مكانها بظاهـرحـران
 واعيادهم خمسة عند نزول زحل والمشتري والمريخ
 والزهرة وعطارد بيوت شرفها واعظم اعيادهم عند
 ذـزول الشمس للملـ ونسبتهم الى صابي ابن ادريس
 المدفون بالهرم الثالث من اهرام مصر
Venerantur Pyramides Aegypti, & peregrinantur ad
quendam locum extra Harran. Eorum solemnitates sunt
quinque, scilicet cum ingrediuntur Saturnus, Iupiter,
Mars, Venus, & Mercurius mansiones sua exaltatio-
nis. At præcipua ipsorum solemnitas est, cum Sol ingre-
ditur Arietem. Referuntur autem ad Sabi filium Adri-
fi, qui sepultus est in tertia Pyramide ex Pyramidibus
Aegypti. Ex his ergo patet, Sabaitas, nequaquam
esse posteros Sabæ, filij Chusi, Chami nepotis, sed
posteros Sabi, filij Adrifi.

Longè quoque hallucinatur Hottingerus asserens Arabes Arabiæ felicis incolas posteros esse Sabæ filij Chusi, & ab eius nomine dictos fuisse Sabæos, cum ipsi suam originem referant ad Cahtanum, seu ut alij Tactanum, filium Heberi, auctore Ismaele Sciahin- sciah in Historia gentium, cap. في ذكر العرب العاربة. *De commemoratione Arabum Indigenarum* وهم بنو

قطان ابن عابر ابن صالح ابن ارفخشاد ابن سام ابن نوح. *Et sunt filij Cahtani, filij Heberi, filij Sale, filij Arphaxad, filij Sem, filij Noë. Vide nostram Arabum historiam par. 1. cap. 3. & par. 2. cap. 1. De Cahtani autem successoribus vsque ad Saba, qui nomen dedit incolis Arabiæ felicis, ita idem Ismael cap. في ذكر العرب قبل الاسلام. De commemoratione regum Arabum ante Eslamismum, seu Mohammedismum, اول من نزل اليمن قطان بن عابر بن صالح,*

وقطان المذكور اول من ملك ارض اليمن وليس التاج ثم مات قطان وملك بعده ابنه يعرب بن قطان وهو اول من نطق بالعربية ثم ملك بعده ابنه يثعب بن يعرب ثم ملك بعده ابنه عيد شمس ولما ملك اكثر الغزوي اقطار الارض فسمى سبأ

Primus, qui incoluit Iamam, (Arabiam felicem) fuit Cahtanus, filius Heberi, filij Sale. Memoratus autem Cahtanus primus omnium regnum obtinuit terra Iamam,

Et diadema induit; deinde mortuo Cabtano, regnavit post illum filius eius Iaarab filius Cabtani, Et est primus, qui Arabicè locutus est, deinde regnavit post illum filius eius Iasci hab filius Iaarab, deinde regnavit post illum filius eius Habschams, Et cum obtinuisset regnum multa bella intulit finibus terræ, idcirco Saba nominatus est. Item محمد ابن الحسنه Mohammedes filius Alsciahna in sua historia inscripta روضة المناظر في اخبار

الواو اواخر Hortus spectaculorum de rebus gestis priorum, Et nouissimorum, cap. de regibus Iaman.

ثم ابنه عبد شمس فاكتر العزوفى اقطار البلاد قسبى سبى او بنى مدينه سبىت باسمه

Deinde filius eius Habschams, qui multa intulit bella finitimis regionibus, ideoque Saba nuncupatus est, edificauitque e suo nomine Urbem. Auctor Camusi, seu Thesauri linguæ Arabicæ in hac voce: سبى بلدة

يلقيس ولقب بن يشجب بن يعرب واسمه عبد شمس يجمع قبائل اليمن عامه

Saba est Urbs Belkai si, Et cognomentum Iasci hab filij Iaarab, cuius nomen Habschams, comprehendens cognationes Arabiae felicitis Uniuersas: جلال الدين

محمد بن احمد المحلى Gelaladdinus Mohammedes filius Ahmed i Almohalli, Alcorani commentator

tor, in *سورة سبأ* Capite de Saba, sic scribit:

سبأ قبيلة سميت باسم جد لهم من العرب
*Saba est cognatio sic nominata de nomine cuiusdam sui
 Avi ex Arabibus.*

Ex quibus omnibus planè liquet, Arabiae felicitis incolas nequaquam Sabæos dictos fuisse à Saba filio Chusi, & Chami nepote, vt falsò autumat Hottingerus noster, sed à Habdsciams, qui Saba cognominatus est, nempè *Spolians, captivum ducens, diripiens, depredator*, à verbo *سبأ* *Spoliansit, captivum duxit, diripuit, depredatus est*, ob bella illata finitimis gentibus, & spolia, ac prædas indè reportatas, & captivos ductos. Urbem præterea de suo cognomine, quò plus nimio gloriabatur, condidit Sabam, nomenque vniuersæ Arabiae felicitis regioni, & genti indidit.

Constat præterea *الصابيون Sabæos*, feu *Sabaitas*, originem duxisse à *صابي Sabi* filio Adrifi, & cum nomine religione quadam imbutos fuisse, & cæremonijs. Horum autem religionem, & instituta eadem fuisse, ac antiquorum Chaldæorum, præter alios scribit Gregorius Barhebræus lib. 9. Chronicorum in Almohtadhedo, loquens de Thabeto Benkorra Sabaita, Astronomo sui temporis celeberrimo, nec non de Operibus, quæ conscripsit, dicens:

ولده تصانيف
 بالسريانية فيها يتعلّق بمذهب الصابية من
 الرسوم

الرسوم والغروض والسمن وتكفين الموتى ودفنهم -
 وفي الطهارة والنجاسة وما يصلح من الحيوان
 للخيايه وما لا يصلح وفي اوقات العبادات وترتيب
 القراءة في الصلوة والذي تحققنا من مذهب
 الصابيه ان دعوتهم دعوة الكلدانيين القديما بعينها

*Extant etiam eiusdem compositiones quaedam Syriaca
 lingua de ijs , quae attinent ad Sabaitarum religionem ; Uti
 sunt caeremonie , praecepta , ritus , nec non de mortuorum
 inuoluendis cadaueribus , ijsque sepeliendis ; de munditia ,
 & immunditia ; quae animalia sunt immolanda , &
 quae non . De praestitutis cultui temporibus . De ordine
 lectionum in oratione . Summum quod pro certo nobis
 constat , est , horum institutum idem esse , ac ipsum institu-
 tum antiquorum Chaldaeorum .*

Rem autem ita se habere , planissimè deprehen-
 ditur ex odio incredibile , quo Patriarcham Abraha-
 mum prosequuntur Sabaitæ , & in quanto apud illos
 adhuc sunt eius posteri . Quod , vt ab ipsa eruamus
 origine ; sciendum est . Baptismum ab ipso orbe
 condito , & primo mortalium procreato parente , ne-
 cessarium semper fuisse necessitate salutis affirmant ,
 sed neminem eo tingendum esse volunt , aut ad illud
 admittendum , nisi toto integer sit corpore . Cùm
 ergo Abraham adijisset Secerdotem , atque efflagita-
 set ab eo , vt illum aqua Baptismi lustraret ; interro-

gavit ipsum Sacerdos ille, vtrum integris esset membris, vtrum vlcere aliquo, vulnere, pustula, aut alio eiusmodi incommodo laboraret? cui ille: se integris esse membris, tamen paruula quadam in præputio affectum esse pustula. Tunc ei Sacerdos: nemini fas est, Baptismi aqua ablui, nisi integris sit membris, ac integra corporis habitudine; quamobrem sanitatem prius, vt recuperes, cura, deindè voti compos eris. Abraham autem cum diù pustulæ varia adhibuisset remedia, nihilque profecisset, impatientior factus, securi, quæ ad manum erat (nam faber lignarius fuisse asseritur) præputium abscindit, & breui curatur. Quod quidem resciscens Sacerdos ille non solùm Chaldæorum interdixit eum sacris, sed etiam seuerè, ac publicè, eum neque in hoc, neque in futuro seculo amplius cum fidelibus partem habiturum pronunciauit. Quod ægerrimè ferens Abraham, ac proindè maxima percitus ira, illicò repetit domum, ac totam circumcidit familiam. Pro quo autem scelere, vt ajunt, igni comburendus destinatur Abraham à Chaldæis, & condemnatur. Quam quidem pœnam, & supplicium euitare volens fugam in terram Chanaan arripuit cum suis. Hinc Sabaitæ nihil abominabilius, aut execrabilius habent ipsa circumcissione. Vide, quæso, qua verborum versura sacra Narratio peruertitur. Hæc non ex eorum excerptimus libris, aut monumentis, quæ nobis non extant, sed ore tenus à
quam.

quampluribus illorum, quibuscum familiarissimè conuersati sumus, ac sæpissimè disputauimus. Isti autem magis in Christianam propendent religionem & inclinant, quàm in vllam aliam, & id duplici de causa. Primò, quia Christiani Baptismi vtuntur Sacramento, illudque necessarium necessitate salutis firmiter credunt; secundò, quia diem Dominicum magna habent in veneratione Christiani, licet ratio illis alia omninò est, ac toto cælo diuersa, hoc quod attinet. Etenim duo illi rerum creatarum principia tenent, non quidem independentia, sed à primo, & vnico dependentia principio, & quasi creationis, & productionis rerum instrumenta. Vnum vocatur illis *Abrahahil*, id est *Pater lucis*, & est Angelus bonorum omnium creator; Alterum *Hesirucha*, nempe *tenebra*, & est omnium malorum conditor. Et quoniam Angelus ille, *Pater lucis* bonorum creationem, die *Dominico*, seu *Vnico*, quemadmodum ipsi vocant, exorsus est; hinc dies iste in huius honorem sacer illis est, putantque, Christianos diem illum venerari, sacrumque eandem ob causam habere. Quamobrem cum Chalifa Almanun internecionem illis minatus esset, nisi aliquam religionem earum, quarum meminit Alcoranus, amplexi fuissent, potius nomen dederunt Christianæ, quàm Mohammedanæ, & se Christianos Sancti Ioannis vocarunt. Sed profectò præter nomen nihil commune habent cum Christia-

nis. Nam eorum Baptismus est potiùs quædam profana superstitio, quàm Sacramentum aliquod. Formæ quippe nec vestigium quidem apparet; materia illis est sola aqua fluens, hinc maluerunt Christianos S. Ioannis dici, quàm absolute Christianos, quia ille in fluente Iordanis baptizabat. Ratione autem huius adscitæ denominationis scriptum reliquit Beidavi in Alcorani Commentarijs, Sabaitas esse قوم بـين النصارى والمجوس *Gentem mediam inter Christianos, & Mauseos*. Hi sunt asseclæ Zoroastri, cultores Solis, & ignis. & id, quia Sabaitæ instar Samaritarum, ut ita dicam, Deum, & Idola sua colunt, nimirum se Christianos vocant antiquis Chaldæorum retentis cæremonijs, & superstitionibus. Sacrosancta reprobant Euangelia, quæ mentionem faciunt Abrahami, & circumcisionis, nihilq; aliud approbant, nisi ea capita, in quibus mentio fit Ioannis Baptismi. Ex quo planissimè liquet, hos nequaquam esse posteros Sabæ filij Chusi, & Chami nepotis, quia isti Abrahami maxima habent in veneratione. Garrit ergo, & blaterat Hottingerus id asserens.

Sed conuincamus adhuc Hottingerum ignorantia, & vanæ gloriationis. Nomen سبأ *Saba* est gentis, & regionis; صابى verò religionis, licet patronymicum. Illud intra Arabiae felicis intercluditur fines; istud ad varias diffusum est gentes, & omnibus gentilibus tributum, licet primò solis Chaldæis, seu poste-

فيس *Sabi filij Adrifi* proprium , eodem planè modo , ac nomen hoc , *Græcus* , primò Incolis Græciæ proprium , deindè omnibus gentilibus commune factum , vt ex sacris paginis plgnum est . Quod autem nomen *Sabaitarum* alijs tributum fuerit gentibus , omnes Arabum tradunt Scriptores . De Græcis sic *Ismaël Sciahinschia* Hist. cit. cap. *De gentibus, que Christianam amplexa sunt religionem* . الروم كانت تدين

بدين الصابيه ويعبدون اصنامًا على اسم الكواكب *Romai (seu Graci) religione erant Sabaita , adorabantque Idola nominibus Planetarum dicata* . De Romanis idem ibidem scribit : كان مقر ملوكهم

رومية الكبرى قبل علمتهم على اليونان وكان الروم يدينون بدين الصابيه ولهم اصنام على اسم الكواكب السبعة يعبدونها

Erat autem Sedes ipsorum Regum Roma magna antequàm subiugassent Græcos . Erant autem Romani religione Sabaita , habebantque Idola septem Planetarum nominibus dicata, qua adorabant . De Ægyptijs sic idè

Auctor eodem loco وكان القبط في سالف الدهر صابيه يعبدون الهياكل والاصنام

Erant autem Ægyptij præterito tempore Sabaita colentes templa, & Idola . De Syrisidem : أمّة السريانيان

هي اقدم الامم وكان كالم آدم وبنيه بالسرياني وملتهم هي ملّة الصابيين

Genus Syrorum est gentium antiquissima: Erat autem sermo Adami, & filiorum eius Syriacus; religio Verò, religio Sabaitarum.

Sabaitarum Chaldæorum non contemnenda multitudo etiamnum superest, & incolit vrbes quamplures ad sinum Persicum, & Arabicum sitas, qui quatuor sese nuncupant nominibus: nimirum *سبائين Sabaitas* *كلدان Chaldaeos* *ماندائي Mandaij*, & *نصارا نصارى Christianos Iahia*, seu *Ioannis Baptista*. Tres præcipuos, & magnæ auctoritatis habent libros. Primus inscribitur *سدر لادم Sedra Ladam*, id est *Ordo*, siue *Liber Adami*, lingua, & characteribus exaratus Chaldaicis. Characteres tamen à nostris tribus generibus, quibus utimur, aut nostri vsi sunt maiores ab ipsis Christianæ Religionis incunabulis, aut multò etiam antè (si historicis credendū est, & fides habenda antiquissimis monumentis) toto differunt cælo. Imò cum nullis aliarum gentium, quarum characteres, & elementa nota hisce sæculis sunt, habent similitudinem. Lingua tametsi Chaldaica sit, habet tamen vocabula quædam nobis penitus ignota, quemadmodum & nostrorum Dictionariorum, & Lexicorum antiquis auctoribus. Pari ratione quædam sunt in eò libro voces, quæ nobis familiarissimæ sunt, ipsis verò Sabaitis ignotæ penitus. Vndè ad perfectam eius libri intelligentiam à peritis vtriusque gentis viris Lexicon confici oporteret. Inscribitur autem liber ille
Chal-

Chaldaicè *هبة لادام Sedra Ladam*, scilicet, *Ordo Adamo*, quia autumant non esse Adami, sed Adamo à Deo traditum, quo se posterosque instrueret, ad benè, beateque viuendum. Continet enim, vt aiunt, præcepta, leges, constitutiones, ritus, cæremonias, documenta, promissiones, comminationes, præstitutas describit preces quasdam, ieiunia, sacrificia, purificationes, ac eiusmodi alia infinita.

Liber iste Adami in 21. partem, seu tomos est tributus, vt ex præcipuorum Arabum Chronologorum testimonijs affirmat *احمد التيفاشى Ahmedus Altiphasi*

in Tract. inscripto *في فضائل النبيل De præstantijs*

Nili, nec non *ابو الحسن محمد ابن عبد الله الكساي*

Abul-hasan Mohammedes Abu-abdallah Alcaffai, quem Hottingerus *Kessaum* passim vocat, in *Vitis Prophetarum*, seu vt mauult Hottingerus, *Patrum*, ita scribès:

تم انزل الله عليه أحد وعشرين صحيفة في أول ليلة من شهر رمضان وكان فيها سور متقطعة الاحرق وهو أول كتاب انزله الله وهو أول لغة فيه من الفرائض والشرائع والسنن وتفسير الحروف والوعيد والوعيد واخبار الدنيا وكان الله تعالى قد بين في ذلك اهل كل زمان وصورهم وسيرهم مع ملوكهم وما يحدثون في الارض حتى الماكول والمشروب قال

فيا

فلما نظر آدم عم الى ذلك كله عرف ما يكون في اولاده بكى بيـكاً شديداً رحمة لهم ثم امره الله ان يكتبها بالقلم قال فاخذ جلود الضان فدبغها حتى صارت بيضا وكتب فيها الاحرف تسعة وعشرين حرفاً

*Deindè demisit Deus super illum (Adamum) 21. lami-
nam , seu libros primæ nocte mensis Ramdhani , erantq;
in eis capita literis concisis, & est primus liber, quem demi-
sit Deus, & est primum Idioma , continens præcepta , le-
ges , caeremonias , & literarum explicationes , promissio-
nes , comminationes , & Orbis terrarum res gestas .
Et iam manifestauerat Deus in eo gentes singulorum
temporum , earumque imagines , conuersationes , seu mo-
res , nec non eorum Reges , & quid patraturi sunt in
terra ; usque ad cibum , & potum . Dicitur , quòd cum
vidisset totum hoc , cognouissetque Adam , cui pax , quid de
filijs suis futurum erat , fleuit uehementissimo fletu ipso-
rum misertus . Subindè præcepit ei Deus , ut ea calamo ex-
scriberet . Dicitur , eum accepisse pelles ouium ; easq; concin-
nasse , donec albe factæ sunt , in eisq; conscripsisse caracte-
res viginti & nouem . Hoc idem tradit جلال الدين الاسيوطي
Gelalladdinus Asirensis in Histo-
ria Egypti*

At grauitèr falluntur hi Scriptores , cum toti dem Sabaitè numerent , & scribant characteribus , ac hodierni Chaldæi , nimirum 22. elementis , non quidem

conciſis, & ſeparatis, vt iſti affirmare videntur, ſed
 coniunctis, ac ſimul connexis, ſi quædam excipias,
 quæ cum ſequentibus connecti non patiuntur, vt ſunt
 etiam nonnulla apud Syros, & Arabes. Præterea li-
 teram *Et* ſive Arabum *ع* non agnoſcunt,
 ſed loco eius in ordine, atq; ferie Alphabeti collocant
 aliam huius figuræ *ع*, quam *و*. I. Latinorum
 vocalẽ efferunt. In computo annorum ab Orbẽ
 condito impenſum quantum differunt, ac diſtant à
 receptoriſ ſacrarum Literarum Chronologia, nam à
 creatiõne primi Adami vique ad præſentem annum
 Domini 1660. numerantur centia ſeptuaginta duo
 annorum millia. Duo enim conſinguntur eo in li-
 bro Adami; primus ex nihilo creatus, à quo creatio-
 nis exordium eſt Aferam; alter ex Eva, & primo Adamo
 procreatus, quem vocant *آدم بن آدم* Adam bar
 Adam, nimirum Adam filium Adam, de quo intelli-
 gendus eſt Maimonides de Religione Nabattæa.
 Et patet hinc, Moysen Maimonidem lib. 3. cap. 29.
 his Sabatis impoſuiſſe, dum ſcribit, eos cum Aristo-
 tele Mundum facere æternum. Primum Adamum
 peccaſſe, aiunt, quia exacto vitæ anno milleſimo,
 quem terminum præſcripſerat illi Deus, noluit euoca-
 tus ad meliorem vitam, feliciorẽque patriam Ange-
 lo mortis parere, ſed plures pertextis excuſationes,
 eum remiſit ad ſuam filium primogenitum. Quam-
 obrem indignatus illi Deus alijs mille auxit eum vitæ

ahnis, sed infinitis miserijs obnoxijis, quę in posteros etiam sunt deriuatę. Secundus autem Adam cumulatius ijs auxit nos miserijs ex vetite arboris comedens fructu.

Rabbinorum quoq; sententia est in opere Zohar ad ea cap. 5. Genes. verba **וזה ספר תולדות אדם** *Hic est liber generationum Adam*, ibi sermonem esse de libro proprię dicto, quęm Deus Adamo demisit per manum Angeli Razaëlis, verba ipsa sunt:

**וזה ספר: ספר ודאי: והא אקימנא דכר
הוה אדם כגנתא דעדן נחית ליה הקכה
ספרא על ידא דרויאל מלאכא קדישא
ממנא על רוי עלאין קדישין וכה גליפין
גליפי עלאין וחכמא קדישא ושבעין ותריין
זינו דחכמתא הוו מתפרשין מניה לשית
מאה ושבעין גליפודרוי עלאין:**

Hi: liber . est liber proprię . Et ecce statuimus, quod cum esset Adam in Horto Voluptatis, descendere fecit ipsi Sanctus Benedictus librum per manum Razaëlis Angeli sancti presidis mysterijs excelsis sãctis, in quo celata erant celatura excelsa: & sapientia sancta: & septuaginta duo modi sapientię, qui distinguebantur in sexcentas septuaginta celaturas excelsorum mysteriorum. Huiusmodi celaturę obuię sunt in libro illo Adami . Vide adhuc plura alia in libro Zohar loco indicato fol. 58. pag. 2. Editionis Mantuanę. Quamob-

rem aut liber iste Zohar ab illo libro hæc mutuatus est, aut contrâ. Solùm indicare superest, nos huius libri Adami habere primum caput ipsorum Sabaitarũ characteribus exaratum, quemadmodùm & Alphabetum.

Post librum Adami magna in veneratione habent Sabaitæ librum illum, qui inscribitur Chaldaicè *למחשבה* *למחשבה* *Drascia Diabia* hoc est *Meditatio*, siue *Disputatio Ioannis*, nempè Baptistæ. Inscribitur *Meditatio*, quia eius prima pars ab hisce incipit verbis, iuxta Sabaitarum scribendi, & legendi modum *למחשבה* *למחשבה* *למחשבה* *למחשבה* *למחשבה* *למחשבה*

Iahia meditabatur noctu; & Ihana vespere noctis. Explicatur præterea illa vox *Disputatio*, quia pars altera incipit à disputatione, quam cum Christo habuisse ipsum Ioannem, comminiscuntur, cùm illum Dominus adiuit Baptismum ab eo exposcens. Primò enim interrogat Christum Ioannes, uti fabulantur, de suo horoscopo, & nomine Astrologico, quod ipsis sacrum est, & in sacris tantùm vtuntur functionibus, ut paulò inferiùs dicemus. Ad quæ respondit Dominus: se neque astris, neque astrorum impressionibus obnoxium esse, adeoque nullum huiusmodi habere nomen. Quæ audiens Ioannes ait: parvus quidem es (volunt Christum tunc agere 14. annum ætatis) sed magna, ac mira loqueris. Quamobrem, quæso te, mihi indices: quis es? Tandem interrogando, & respondendo didicit Ioannes, quis erat Christus.

Quo etiam in libro describitur vita S. Ioannis ab utroque usque ad tumulum, sed tot fabulis incrustata, atque fœdata, ut nihil sit simile inuenire in tota Poëtarum, & fabulantium suppellectili, siue tempus, siue conceptionis, & nascendi modum, siue educationem, siue viuendi regulam, & normam, siue statum, & conditionem, siue locum, & patriam, siue Baptismum, & Iordanem, siue mortis genus, siue ipsum monumentum, ac tumulum, siue quascunque spectes circumstantias. Quæ omnia sanè, ac alia eiusmodi furfuris ritè si enarranda susciperemus, ingenti opere opus esset. Et profectò si Ioannis nomen, & Baptismatis aliquod vestigium, adiunctamque Christianitatis, & leuem quidem, nomenclationem excipias, cætera omnia longissimè ab sacrosancta Euangelica Historia ita absistere comperies, ut affirmare tutò queas, ipsorum Ioannem, & Christum alios omninò à nostris esse. Quamobrem venerabilis viri P. F. Ignatij à Iesu scribentis in sua Relatione de Sabaitis cap. 2. hos originem trahere ab illis, qui in Iordane à Ioanne baptizabantur, pace dixerim, id omninò improbable esse. Quandoquidem illi Iudæi erant, & licet baptizarentur à Ioanne in Iordane, à Iudæicis tamen legibus, cæremonijs, ritibus, & sacris non recedebant: at isti, qui Christiani S. Ioannis nunc vocantur, & Sabaitæ, maximè ab his omnibus abhorrent. Moy-
sis etiam Pentateuchus, qui omnibus gentibus sum-

ma in veneratione habetur, his omnino abominabilis est. Mosaica Circumcisio abominationum omnium summa, & compendium illis est. Nec S. Ioan- nem Baptismi faciunt auctorem, sed restauratorem. Aiunt quippè, Iudæos inaudita perfidia Baptismum, qui cum ipso mortalium genere originem habuit, à Iudæis reiectum fuisse, & loco eius Circumcisionem 70. annorum interuallo introductam, donec illum Io- annes cum prisca, & vera restituit religione. Hæc illi.

Librum autem quod attinet, confictus fuisse vide- tur post Mohammedismum, vt nomen ipsum *سفر* *Iahia*, planè indicat, quod nusquam legitur antè Al- coranum. Huius quoq; libri caput primū extat nobis.

Alius circumfertur inter Sabaitas Chaldaicè inscri- ptus *سفر ماله* *Sphar Malnasce* id est,

*Liber signorum Zodiaci, siue De Sphæra, & est de Chaldæorum perantiqua illa, & tam decantata Astro- logia. In viginti quatuor signa ex huius libri regulis tota diuiditur Sphæra, scilicet in 12. signa mascula, ac totidem fœminina. Hinc natorum diligentissime horoscopos obseruant, & fausta, vel infaula illis præ- nunciant. Prætereà mari signi masculini, sub quo nascitur, inditur nomen, matris semper addito no- mine; exemp. gratia, qui nascitur sub signo *بهرام* *Bahrâm*, eo nomine nuncupatur, & si mater appel- latur *مدالله* *Modallalab*, puer vocabitur *بهرام مدالله**

د. Bahram filius Modallah. Similiter fœminæ fœmininum imponitur nomen. Si verò contingat, vt mas nascatur sub signo fœminino, & fœmina sub masculino, tunc proximioris signi nati generis rationem habent. Nomen autem eiusmodi Astrologicum vocant, ac sacrum illis est, & in rebus tantum vtuntur sacris. Præter quod nomen aliud habent ciuile, seu profanum, quo in rebus ciuilibus, & profanis vtuntur. Et hæc de Sabaitis.

11 Pag. 181. ex quodam Auctore Arabe hæc refert verba Hotting. *يدع الصبي ثم يصلق حتى يتهرى*

& sic vertit: *Mactatur infans, qui Verberibus contunditur vsque dum fuerit comminutus. Vbi sic vertenda sunt: Ingulatur infans, dein elixatur, donec diffotatur caro eius. hæc ad verbum. Postrema dictio scribenda quoque est cum ر, non autem cum ز, vt Hottingerus, sic enim significat, deridere, subsannare.*

12 Pag. 183. *قندان الصنوبر* vertit: *Bacillos, vel cannas palmarum, pro, bacillos pineos. ibidem scribit *يدعو* & vertit: Quo cetui eorum explicat subsistentiam, vbi scribendum est *يدعوا* & vertendum, & deprecabitur in ea (oratione) cetui eorum &c. quid plura? tot fere verba, tot mendæ.*

13 Pag. 186. *ولا صلاة عندهم الا على طهر*
 qua sic Hottingerus: *Nulla autem apud eos sunt preces nisi*

nisi publice. Vbi vox *على طهر* vertenda est: nisi *præ-
uia purificatione, seu mundatione*. Hoc enim vox illa
Arabica significat, & id ritus ipsis solemnis est. Eos
autem orare priuatim passim vidimus, at sine Iotione
nunquam, quod & Mohammedani religiosè obser-
uant. Ibidem hæc verba Auctoris Arabis loquentis
de Matrimonio, & repudio *وفردية*

الذكر والاذنى سوى interpretatur Hottingerus:
*Lege autem apud eos sancitum est, ut mas & femina
pariter consuescant*. Sed ea verba sic ad vnguem so-
nant: *Lex eadem est maris, & feminae*, nempe eidem
legi vterque obnoxius est. Quid autem sit illud *con-
suescant*, dicat Hottingerus, & vnde, Ibidem *ولا*

طلاق الا يحىه بينه على فاحشه طاهرة

Hottingerus: *Repudium non concedunt, nisi ob mani-
festum adulterium*. Ad verbum: *Non datur repudium
nisi ob causam manifestam aperta turpitudinis*: *فاحشه*
enim est turpitudò quæcunque, & non solùm adulte-
rium, sed extenditur ad verba, ad gestus, imò & ad
morbos aliquos, quorum causa non semel suas dimit-
tunt vxores.

16 Pag. 192. & 193. quandam narrat Hottingerus
fabulam ex historia *Ibn Chalican*, vt ipse scribit, pro
Abn Chalcan, natam ex coniugio filix cuiusdam Regis
Andalusiorum, quam ambibant ob elegantiam cor-
poris, & formositatem Reguli aliquot. At illa con-
stituit

stituit nulli nubere, nisi sapientiæ laude clarissimo. Quo ad eos per scripto spem abijciunt, procareque desinunt, duobus sibi sapientiam vindicantibus exceptis. Vtrique eorum ingeniosum assignavit puella opus, & ei, qui prior illi colophonem imposuerit, coniugij promittit fœdus, & fidem. Vnum opus erat, vt ex continenti Africæ opposita ad Andalusie Insulam aqua deduceretur dulcis, qua voluatur mola; alterum, vt Tallasma condatur, quo Insula Andalusie ab hostium irruptionibus muniatur. In qua autem historia, seu fabula referenda ex historico illo Arabe tot committit Hottingerus menda, & peccata, vt nesciam, an absolui possit ab ipso Mohammede, & Tigurinis Ministris. Imprimis enim hæc verba

واجابا الى ذلك وتقاسما على ما اختار وشرع
 sic vertit vanissimus noster Hottingerus. *Qui ipsi quoque in eo acquieverunt, iuramentum, vt in eo, quod elegit, persisteret, ab eo exigentes.* Quæ sic fideliter sunt vertenda, & ad verbum: *Et acquieverunt in eo, illudque* (nimirum opus) *inter se partiti sunt, prout elegit, & constituit, nempe Rex puellæ pater.* Dic nunc Hottingere apud quem Arabum verbum تقاسما legisti in hac significatione, nimirum, *Iuramentum exigere cum pronominæ affixo?* Nescis verbum huius formæ mutuum denotare actionem, quæ inter duos, vel duas partes intercedit? adeoque si hoc loco

in eo sensu accipiendum esset, verti deberet, *mutuè ex egerunt iuramentum*, nempe alter ab altero, non autè à tertio. Et sanè cùm animadvertisses, id nec aptum, nec commodum fundere sensum, ex Protestantico Choragio deprompsisti vnum verbulum, & versioni tuæ pro tua fide addidisti, nimirum, *Ut in eopersisteret*, cuius nec vola, nec vestigium apud Arabem extat Auctorem.

Tamen agminibus Israël exprobrare audes? Caute itaque, ne ferula, & fustete excipiat tuus magister. *تقتل اسراييل* *Iuramentum exigere!* at id nihil est; audiamus quæ sequuntur ibidem paulò post; vbi loquitur de illò Rege, qui molam construere, & aquam dulcem ad eam voluendam conducere debebat ex Africæ continenti ad Insulam Andalusia. verba Arabis

Auctoris sunt: *واما صاحب الرحا وانه عمد الى
خرب عظام اتخذها من الحجارة ونفذ بعضها الى
بعض في البحر المنالج الذي بين جزيرة الاندلس والمو
الكبير في الموضع المعروف بزقاق سبتة ونحو ذلك
الفرج التي بين الحجارة من البحر الى الجزيرة*

Hæc ita vertit Hottingerus: *Author mola, rudera quaesivit ossium, quæ in antris, aut fossis reperta, alia alijs superstruxit in mari salso (quod est inter Insulam Andalusiam, & desertum magnum, in loco cui nomen Zekak-Sobra, & Sald-alpergh, quæ est inter foueas; antra, aut*

terram lapidosam ; deserti.) ad *Insulam*. Quæ autem
 sic fideliter, & ad verbum vertenda sunt. At auctor
 mole ad magna accessit rudera, & acceptis lapidibus alios
 alijs, superstruxit in mari salso, quod iacet inter *Insulam*
Andalusia, & magnam continentem in loco, qui vulgè
Zekak (id est fretum) *Sabra* dicitur, & obstruxit
 intercapedines lapidum ab ipsa Contivente, usque ad
Insulam. Dic nunc gloriose miles, & Tigurine Thra-
 so: nonne te pudet vertere *عظام* hoc loco
Ossium rudera. Nescis *عظام* esse plurale fractum
 à *عظم* nempè *Magnus*? Quæ *Ossa*, Sodes, erant
 illa, dic Hottingere? exere ex lepido illo capite erudi-
 tionem aliquam te dignam. Res in Africa versatur non
 desunt monstra. Id maximopere optant illi, qui
 Orientalium nec Linguas callent, nec res, nec sacra
 intelligunt. Sed forte etiam & illi, quos in tua laudas
 præfatione, & ossam inijcis tam confidenter. At for-
 sitan dicit aliquis pro Hottingero, cui, vt video hæ-
 sit aqua, ipsum intelligere non *Ossa* ibi, sed *ossam*,
 qui est *Thessaliæ* mons. Non esset tam ineptus sen-
 sus, licet ineptissimus. Vellem scire; quo iudicio eo
 modo vertit Hottingerus. nam *عظام* significat
 Arabibus *Rudera*, seu *Ruine* antiquorum ædificio-
 rum, ædificia autem tam ingentia, & ex tam ingenti-
 bus ossibus constructa aliquandò fuisse, vt materiam
 fabricandi pontem in Herculeo freto ex Africa vsque
 ad *Insulam Andalusia*, seu *Hispaniam* præbere po-
 tuif-

tuisset, neminem audiuisse puto, aut legisse, præter
 vnum Hottingerum nouarum fabularum inuento-
 rem. Dic magne Hottingere, magnorum offiura
 repertor, dictionem *Reperta*, vbi reperisti apud tuum
 auctorem? extat ne velligium vllum, aut vola? men-
 dacia sanè reperis, vt mendacia mendacijs consuas,
 ac linguarum repares summam illam, qua laboras
 ignorantiam. Præterea ita cæcutis, & palpas Ara-
 bica vocabula, & ita obstruxisti ob inauditam arro-
 gantiam mentis aciem, vt non videas, te malè, imò
 pessimè legisse *أبدا* pro *أبدا* id est *Obstruxit, abdu-
 xit*, & cum illo monstro coniunxisti *الفرج*, hoc est
intercapedines, rimas, spatia, interualla, & ex vtroque
 monstro hanc reformasti Chimæram *Sald, Alpergh* tuis
 Tigurinis, & reformatis admirandam, & tamquàm
 nomen proprium loci alicuius in Africa obtruxisti.
 Quamobrem scias Thraso Tigurine, *أبدا الفرج*
 nihil aliud esse, quàm *obstruxit, & obduxit rimas, ac
 interualla*, seu *intercapedines*, quæ intercipiuntur in
 illo ædificio inter lapides, quemadmodum calce,
 aut cemento aliquo fieri solet ad ædificiorum solidita-
 tem. Quoniam verò vno dato absurdo, multa sequi
 necesse est, vocabulum *الجب* *Lapides*, vertisti *fo-
 uoas, antra, aut ternam lapidosam*; & benè quidem,
 quia foueæ, & antra quærenda tibi sunt, vbite ab-
 das hæc ita interpretantem, si tamen vllus superest
 pudor, non quidem, quòd tot commiseris mendas, &

peccata, absit, (humanum est peccare, & errare) sed ob insolentem illam tuam, & intolerabilem factationem, & bullata verba, quibus insultas alijs, imponis addis, diminuis, ac taces. Porro vide adhuc, quam mirandam tuis proponis metamorphosim, ac tanquam offam illis injicis. Superiùs vertisti: authorem molæ rudera quæsiuisse ossium; & alia alijs superflurisse in mari falso ad pontem extruendum, & ex Africa in Andalusiam aquam dulcem deriuandam, inferiùs verò ita de eodem ædificio absoluto: *Lapidibus autem sic ritè à Rege sapiente dispositis, derivabatur ad eos aqua dulcis ex loco elato in monte deserti magni.* Dic Hottingere, quæ paulò antè ossa tibi erant, quomodo tam citò conuersa sunt in lapides? sed sanè haud mirum est, nam & Propætides puellæ Cypriæ in saxa conuersæ sunt olim Quidio scribente.

*Sunt tamen obscæna Venerem Propætides ausa.
Esse negare Deam: pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma primo vulgasse feruntur:
Vtque cessit pudor, sanguisque induruit oris,
In rigidum paruo siliicem discrimine Verse.*

Non est mirandum ergo; quia si puellæ in saxa conuerti poterant, multò magis, ac faciliùs ossa Hottingeri, quæ iamdudùm in illis induruerunt antris, & fossis Tigurinis, vbi & auita religio in blasphemias horrendas conuersa est, & adhuc in dies in varia conuertitur monstra. Ea est illius cæli vis, & natura.

Hic

Hic prætereo innumera menda, & peccata, quæ in eodem Arabis auctoris testimonio vertendo committis Hottingere turpissimè, nec nostra animadversione dignanda sunt. Quid ad nos si البر id est *Continentem*, vertas *Desertum*, si جزيرة الخضرة *Insulam viridem*, nempe *Andalufiam* sic ab Arabibus ob suam viriditatem dictam, ita barbarè scribas *Gezirat-alchoder*, & eiusmodi alia? Rumina intereà hoc

Arabum من نزل نفسه بمنزلة العاقل تركه الله والناس بمنزلة الجاهل

Qui se ipsum habet pro sapiente; habent eum Deus, homines pro ignaro, siue stulto.

15 Pag. 215. Scribis Hottingere السلامان *Salomonem* cum articulo, quamobrem consule Arabes, an propria nomina admittant articulum? quid, inquam, Arabes? linguæ Arabicæ tyrones. Ibidem scribis الجزية pro الجزية, & vertis *Tributum*, eum primo scriptum modò significet *Confusionem* potiùs, vel te ipso iudice, Error typographicus. benè quidem maiora ignoscimus.

16 Pag. 220. Hæc refers Hottingere ex Kessao de reuersione Christi, & parentum ex Aegypto in Iudæam. فلم يزل عيسى وامه بارض مصر حتى مات ملك بنى اسرائيل فبعثت زكريا الى مريم وامرها بالرجوع الى بيت المقدس وعيسى يوردهم العجايب

العجايب حتى انهم نزلوا على قريه يقال لها ناصره

Quæ verba sic Hottingere vertis pro tua sapientia.
*Nec cessarunt Isa & mater eius subsistere in terra
 Aegypti, usque dum mortuus fuit Rex filiorum Israël.
 Tunc misit Zacharias ad Mariam, eamque ad domum
 Sanctam (Hierosolymam) iussit reuerti. Isa autem
 miracula ab ijs abscondidit, usque dum pedem fixerunt
 in Urbe, quæ Nazareth dicitur.*

Dic infidelissime Hottingere, hæc asseris ex propria
 mente, & marte, an verò ex mente auctoris? si primum
 tibi ignosco tanquam rerum, & verborum ignarissimo;
 si secundum, impostor, & adulterator habebis. Quòd
 sis ignarissimus rerum, & verborum, ipsa imprimis te
 ignorantie arguit. vocum affinitas, cum nescias discernere
 inter *أرى* *Ostendere*, & *أرى* *Abscondere*; nec etiam
 inter vtriusq; verbi constructionem; & syntaxim. Quia
 verbum *أرى* *Abscondere*, nequaquam construitur cū du-
 plici casu accusandi, vt apud Kessum tuum hic legitur,
 sed cum accusatiuo rei, & ablatiui personarum cum
 particula, seu præpositione *عن* *Ab sic* *أرى*

أرى *Abscondidit miracula ab eis*, eodem prorsus modo ac apud Latinos. Contra verò
 verbum *أرى* *Ostendere*, cum duplici construitur ac-
 cusatiuo, nempè rerum, & personarum, sic *أرى*
Ostendit eis miracula, vbi accusatiui casus
 Arabum, *Eos* exprimitur casu datiui, *Eis*, Latinorum.

Quòd

ET EIVSDEM PRIMATV! 345

Quòd cùm ita sit , verba illa Kessæi *وعيسى يورثهم* *ويعيسى* *العجايب* vertenda sunt : *Et Isa ostendebat eis miracula*, non quidem , *Miracula ab ijs abscondidit* . Et quomodo , quæso te Hottingere , id asseri potest ex mente tui auctoris Kessæi , qui multa ibi narrat miracula ab ipso Isa , siue Iesu publicè edita , vti est illud de furto cæci & Paralytici, quod omnibus apertum fecit; de aibus ex limo formatis , & in volucres conuersis ; de furdorum , & leproforum curatione; de mortuorum exsuscitatione , & eiusmodi ? ergo non potest intelligi Kessæus de absconsiione miraculorum , sed contra potius de illorum ostensione . Verba præterea Kessæi infidelissimè protulisti , ac mutilasti , sic enim in meo leguntur Codice : *وعيسى ع . م . يورثهم العجايب* *ويعيسى* *العجايب* *في الطريق* *Et Isa , cui pax , ostendebat eis miracula , id est miracula sue Prophetie in Via* . Dic adhuc Hottingere , *Miracula ad quid eduntur , nisi vt conspiciantur ab ijs , quorum gratia fiunt ?* Proinde ibi sermo est de Isa , seu Iesu Parentibus ; sed infinita coram his patrauit Iesus miracula auctore eodem Kessæo ibidem ; qui ergo fieri potest , vt idem dicat auctor , Iesum miracula ab ijs abscondidisse ? Igitur siue orthographiam , siue syntaxim , siue res ibi narratas , & miracula inspiciamus , siue quæ sint ipsa ibi auctoris verba , te & ignarissimum , & infidelissimum ad miraculum vsque comperiemus , non quidem ab-

fcon-

secundum, sed apertissimum, & omnibus patens.

17 Pag. 248. (quæ à pagina 221. ad pag. 248. usque; licet infinita sint propemodum, ignosco illi menda ad finem properans) inter præcipua, & suprema Alcorani capita, ut ais, ex Elmacino hoc profert:

وان المسيح ابن مريم روح الله وكلمته ورسوله

& sic vertis: *Item* 11 *Christum filium Mariae, filium Dei esse, Verbum eius & Apostolum eius.* Igitur capite 11. statuit Mohammedes ex tua interpretatione, *Christum esse filium Dei.* An ita habet Elmacinus? ita ais, quia ita interpretaris. Splendide mentiris Hottingere, ac Elmacino, ipsique Mohammedi impostorum Principi egregie imponis. Elmacinus enim habet: وان المسيح ابن مريم روح الله وكلمته ورسوله

quæ sic fideliter non ego, sed Thomas Erpenius eiusdem ac ipse persuasionis homo, interpretatus est; *Item Christum filium Mariae Spiritum Dei esse, & Verbum eius, atque Apostolum.* Igitur Elmacinus non retulit, Mohammedem asseruisse, *Christum esse filium Dei, sed Spiritum Dei;* ergo impudenter imponis Elmacino Hottingere, Quod verò imponas Mohammedi principi impostorum, probatur ex Alcorano, ubi non seniel negat Deum habere filium. In سورة بديع الانعام cap. *De Animalibus,* sic dicit: السوات والارض انى يكون له ولد ولم يكن له صاحبه
Crea-

Creator Calorum, & terra, Unde habet filium, cum non sit ei socius? Item in سورة البقرة cap. De Vacca

قالوا اتخذ الله ولدا سبحانه بل له ما في السموات والارض

Dixerunt: habuit Deus filium, illi laus, (hoc est, absit) sed illius sunt quae in Caelis, & quae in terra. Et in

سورة يونس cap. De Iona قالوا اتخذ الله ولدا سبحانه هو الغنى له ما في السموات وما في الارض

Dixerunt: Deus habuit filium: absit, non est enim egens: illius sunt, quae in Caelis, & quae in terra. Item

in سورة الفرقان cap. De Alforcano, id est Alcorano,

الذى له ملك السموات والارض ولم يتخذ ولدا ولم يكن له شريك في الملك

Cuius est regnum Calorum, & terra: & non habuit filium, nec est illi socius in regno. Ex his euidentissime patescit, Mohammedem semper, & constantissime negasse, Deum habere filium. Et si Christus est filius Dei ex Mohammedis sententia, tuaque interpretatione, Hottingere, quomodo idem Mohammedes asserit

لقد كفر الذين قالوا ان الله قد كفر الذين

قالوا ان الله هو المسيح ابن مريم

Utique infideles sunt, qui dicunt: Deum esse Christum filium Mariae? Et cur infideles habuit ibidem dicentes

لقد كفر الذين قالوا ان الله ثالث ثلاثة

وما منى الا الا اله واحد *Vtique infideles sunt qui dixerunt, Deum Trinum esse, cum non sit nisi Unus Deus? Constat ergo ex dictis, te & Elmacino, & ipsi Mohammedi imposuisse. Consequentiam inferant tui Tigurini, tui Symmystæ. Et quæ fides tibi sit imposteriorum habenda, vel ab hoc discant ij, apud quos sic gloriaris in ipso præfationis tuæ limine: *Observavi hætenus, neminem facile tam ex Theologis, quam ex Historicis reperiri, qui Urgente sic ordine, & rerum, quas explicat, necessitate, suas quoque Vires, vel in referendis, vel in refutandis Orientalium quorundam, Muhammedanorum maximè, superstitionibus, periclitari non voluerit, methodo non tantum diversa, sed & successu multum variante. Adeste, adeste igitur Protestantium Theologi; adeste Historici, & Orientalium, maximè Mohammedanorum, alacriter aggredimini castra, Hottingero præstantissimo duce; & cum laruis, & spectris vtrique luctamini fortiter; illi arguentes, & disputantes contra Mohammedanos negantes, Deum habere filium, cum verò habeat ex decreto Mohammedis, interprete magno Hottingero; isti verò id Annalibus tradentes, & suis posteris. Sed vbinam sum? quid de spectris deliravi, & laruis, ac bello ab Hottingeri sodalibus inferendo Mohammedanis? cum dexteræ, & fœdera iungenda ambobus potius sint, & gratiæ quam maximæ à Mohammedis asseculis habendæ Hottingero, qui solus ex abditis, tar-**

tareisque Alcorani antris iamdudum latentem, ac penitus illis deperditum Mohammedis eruit filium, & in mortalium eduxit lucem. Quamobrem gaudete, iterumque gaudete Tigurini ciues, triumphumque agite, quod talem, tantumque vestra produxerit virum patria, cui impofterum à Mohammedanis dicitur *عليه السلام Pax super eum*; cæterisque decorari poterit ipsius Mohammedis titulis.

18 Pag. 248. refert quædam Pseudoprophetae apophtegmata ex Muhammed Ben Abibecer, vbi tot verba, tot menda sunt, ex quibus pauca hic delibanda tantum duximus. Num. 6. sic interpretatur: *Providentiam circa bona, & mala*. Auctor Arabs sic habet: *وَالْقَدْرُ خَيْرٌ وَشَرٌّ مِنْ اللَّهِ*

Et providentiam, cuius bona, & mala à Deo sunt. Omisit vltima verba Hottingerus, nempe *à Deo sunt*, ne videatur Deus esse auctor mali ex Mohammedis sententia, cuius quidem partibus post inuentum ipsi filium illum patrocinauit. Num. 17. vertit: *Ne precipitanter iudicaueris*. Arabs habet *لَا تَحْكُم بِالرَّهْوِيِّ*

Ne iudicaueris secundum inclinationem, seu concupiscentiam. Num. 19. vertit: *Neque mulierem castam abegeris, aut repudiauveris*. Arabs habet: *وَلَا تَقْدِفِ*

عَمَلًا: id est, *ne accusaueris; ne criminatus fueris mulierem nuptam, & pudicam*. Quod autem is sit sensus illorum verborum, & non eum quem affers, eru-

ditissime rerum Orientalium Hottingere, ex eo plane patet, quod non solum adulterium, vt causam repudij statuit Mohammedes, sed innumeras prope modum, vt ex gentis Iurisperitorum opusculis videre est cap. في الطلاق *De repudio*. Si ergo alia dantur repudij causæ, præter adulterium ex Mohammedis præscripto, casta mulier potest repudiari alias ob causas. Ergo malè, ac pessimè locum illum vertisti: *Neque mulierem castam abegeris, aut repudiaueris*. Sed hoc ignoscendum tibi est, quia verborum vim, & energiam non comprehendis, & cum ipsas res Orientalium, de quibus te iactas, non intelligas, obuias quasque verborum significationes, quæ occurrunt in Lexicis passim sine delectu, ne dicam iudicio, arripis, & confarcinas. Satis enim tibi est, eam reperiri in Lexicis significationem. Num. 32. vertis: *Neque iuraueris*. Auctor Arabs habet: ولا تـسـوـدـتـكـمـا *Et ne mentiaris*, quamobrem splendide mentiris Hottingere, dum iuras, nec alium præter te appello iudicem, sed caue, ne iterum mentiaris. Num. 40. vertis, *Si non deserueris septa cætus*. Arabs auctor habet: ولا تـهـجـرـنـا *Et ne prætermittas adesse* (precibus) *die Veneris*. Quid autem sint *septa cætus*, aut quid ad rem faciunt Mohammedis, ego ingenuè ignoro: nisi tamen ad belluam aliquam immanem, & impuram continendam, ne amplius in Pontificios debaccharetur.

ET EIVSDEM PRIMATV. 351

19 Pag. 250. profert quædam ex كتاب الرسالة
 & sic vertit: *Quod Deus sit Deus Unicus, extra quem
 nullus alius: qui nec similem habeat, nec parem, nec
 filium, nec socium.* Ipsa Arabica verba sunt: ان
 الله الاله واحد لا الله غيره ولا شبيه له
 ولا نظير ولا ولد له ولا صاحبه
 Quæ sic fideliter sunt vertenda: *Quod Deus sit Deus
 Unicus, nec sit Deus præter illum, nec similem habeat,
 nec parem, nec filium, nec sociam.* In his tria notan-
 da sunt: primum nomen الله tertio loco positum,
 non debet scribi cum articulo, sed الاله, & hoc ex
 analogia linguæ, quia articulus præponitur nomini
 Dei antonomasticè, ac tanquàm illi, quod est omni-
 bus notissimum; tertio autè loco non est sermo de ipso
 Deo, sed de aliquo incerto, ideò articulus ibi est su-
 perfluus, & mendosus. Secundò, aliqua hic animad-
 uersione notandus erat Arabs ille auctor Mohammed-
 danus ab Hottingero, tanquàm suo Mohammedi
 aduersissimo, vt qui Deum habere filium inficiatus
 sit contra Mohammedis præscriptum ex Hottingeria-
 na interpretatione, quemadmodum paulò ante in
 annotatione ad pag. 248. vidimus. Tertiò dictio-
 nem صاحبه vertit Hottingerus *Socium*, vbi duplex
 committit mendum; primò quia nomen hoc est foe-
 minini generis, non autem masculini, adeoq; Gram-
 maticorum ferula castigandus est Hottingerus. Sec-
 cun-

cundò peccat contra eorum res, & sacra, quorum tanta iactantia scribit Historias. Nam eo vocabulo alludit auctor ille Arabs ad verba Alcorani, quibus Mohammedes negat, Deum non habere filium, & hoc ideò, quia non habet *Sociam*, seu *Consortem*, vel *Vxorem*, vt ex allatis superiùs ex Alcorano videre est. Heus igitur Hottingere vigilas, an dormis? aut neutrù agis? quia tuæ gloriolæ torus es intentus. Cætera in tua versione contenta nauseam, & grauem quidem legentibus pariunt, ideò missa illa facimus.

20 Pag. 252. Hæc vertit ex Patricide, seu Eutychio Alexandrino. *Scrispsit autem Vathecus ad omnes Aegypti prouincias, vt cogerentur Muslemanni credere, Alcoranum esse creatum.* Arabica auctoris verba sunt:

وكتب الـوائـق الى جميع الـامـصار ان تؤخذ
المسلمين بان يقولوا بخلق القرآن

quæ sic fideliter vertenda sunt: *Scrispsit autem Vathecus ad omnes prouincias, (& non Aegypti) vt cogerentur Moslemanni dicere, Alcoranum esse creatum.* Dic nunc Hottingere, nec te pudeat, tuam fateri ingenuè ignorantiam, vt ego meam: nonne arbitratus es plurale *الامصار* formari à singulari *مصر* quæ *Aegyptum* significat, ac proindè vertisti *Aegypti prouincias*? ita sanè esse oportet. Sed, an nescias, nomina propria regulariter non formare plurale? Certè hoc tu scire optimè puto; sed vim linguæ Arabicæ & gustum haud

benè habes, propterea, in *Aegyptijs* palpas tenebris, & affinitate vocum, vt passim tibi accidit, deceptus sepissimè distinguere nescis inter *equum*, & *equum*, & multoties inter *Ebrium*, & *Sobrium*, quod & ex ipso tui libri limine benè animaduerti, ac diligenter obseruauit. Quamobrem disce, nomen *مصر* cum format plurale, tunc non significare *Aegyptum*, sed *regionem*, *prouinciam*, & eius plurale *regiones*, *prouincias*, vt hoc loco apud tuum auctorem. De qua autem re cum aliquid suboleuisses, non transtulisti *Aegyptos*, vt par erat, sed *prouincias Aegypti*, quia *Aegyptos* durum tibi videbatur. At verò ita vertendo *مصر* mihi esse videris, tum ob allatas causas, tum quòd Vathecus non solùm scripsit ad *prouincias Aegypti*, sed ad omnes sui imperij *prouincias*, cum omnes Mostemannos ad suam amplectendam sententiam coegerit, quemadmodùm testatur Ismaël Sciahinsciah in calce 1. partis Historiæ Gentium, & alij, & clarissimè liquet ex ipsis Patricidis verbis.

Prætereo infinita propemodùm huius generis menda, quæ legenti occurrunt à pag. 252. vsque ad pag. 282. quæ non solùm mihi nauseam, & fastidium, sed & Lectoribus nostris creabunt. Hoc tamen vnum quod hac pag. 282 committis Hottingere sine crassæ ignorantia nota haud præteriri potest. Ibi enim ver-

ba hæc Beidau *نزالت في الخبثاتي واحسابه*

ita vertis: *Delapsa*, est hæc pars propter Regem Assyrio-
 ram, & socios eius. Nihil profectò ab homine, vel
 mediocriter docto scribi potuisset ineptius pag. 276.
 affirmavit eruditissimus hic Hottingerus de magno,
 atque eximio illo Chronologo Genebrardo, quod li-
 bro 4. pag. 517. asseruerit, vocabulum Arabum *Mi-
 ramolinum* esse corruptum conuersione R in L, adeoq;
 scribendum esse *Mirmiran*, & significare *Dominum
 dominorum*. Grande piaculum! Deindè Hottingerus:
*Nec Mirmiran Arabibus dominum dominorum signifi-
 cat*: Statimque Tigurinus iste magister è tripode
 pronunciat: *Corrupta est vox Usu Barbarorum Mira-
 molinum pro Amiralumunin*. Si in viuis esset adhuc
 Genebrardus, nec mussitare ausus esses Hottingerus,
 aut similia pronunciaesses. Nam quamuis vox illa sit
 corrupta, non est corrupta tamen ex *Amir & Almu-
 unin*, vt hic effutis, & garris tanquàm vnicus linguæ
 Arabicæ doctor, quia hæc ratione nõ significaret *Domi-
 num dominorum*, sed *Dominum fidelium*, quod non di-
 xit Genebrardus. Ergo iuxta notionem à Genebrardo
 allatam aliundè deducitur, nempe ab *أمير الامارة*
Amiralamara, quo titulo passim Arabum decorantur
 summi Principes, & significat *Principem Principum*,
Dominum Dominorum, licet id vocabuli sit corruptum
 aliquantulum. Et sanè condonandum summo illi vi-
 ro erat, quia Arabicam linguam minimè profiteba-
 tur. Sed ipse ventosissime, & vanissime non solùm

linguarum Orientalium, verum & rerum, & sacrorum, & Historiarum ad stomachum vsq; iactator, aliorumque contemptor impudentissime, ex qua Arabum Historia, ex quibus Scriptoribus, ex quibus monumentis habes, النجاشي *Alnagiasci* esse *Regem Assyriorum*? Dic, loquere, profer, quid ambigis? Legistine Arabum Historias? An legeris? imò ipsum Moham. medem doces Alcoranum, cum asseras, vt supra vidimus, eum nomen *Sabsorum* scripsisse cum من proس vel ش, & eiusmodi alia notas. Legistine apud Arabum Historicos, Moham. medem prima vice fugam arripuisse in Æthiopiam, & eius regis النجاشي *Alnagiasci* implorasse auxilium, ac patrociniū contra suos hostes? non?

Audi ergo Ismaëlem Sciabinfciah in sua Historia par. 1. cap. de ذكر الهجرة الاولى *Commemoratione primæ Hægira*, seu fugæ:

فكان جميع من هاجر من المسلمين إلى أرض الحبشة ثلاثه وثلاثون رجلا وثمانية عشر نسوة سوى الصغار ومن ولد بها فأرسلت قريش في طلبهم عبد الله ابن أبي ربيعة وعمر ابن العاصي وأرسلوا معها هديته من الأذم إلى النجاشي فوصلوا وطلبنا من النجاشي المهاجرين فلم يجيبهما النجاشي إلى ذلك ورد عليهما هديتهما

Erant omnes, qui fugam arripuerant in terram Æthiopia octoginta tres Viri, & duodecimginti mulieres, prater

parvulos, & qui ibi nati sunt. Miseruntque Coraiscira post eos Abdallah filium Abirabiba, & Amrum filium Alhafi, miseruntque cum eis manus ex pellibus ad Alnagiasci. Qui eò peruenientes peierunt ab Alnagiasci fugitivos, & non acquieuit eis Alnagiasci hac in re, restituitque illis ipsorum munus. Idem inferias cap. de

ذکر رسول النبی الی الملوک Legatis Propheta
ad Reges. وأرسل عمرو ابن أمیه النعمری الی النجاشی
Et misit Amrum filium Omiaia Dhamari ad
Alnagiasci Regem Aethiopia. Legationes ad varios
Reges instituit anno septimo post Hegiram. Hoc
idem scribit Mohammedes filius Alsciahna in کتاب

روضة المناظر فی اخبار الاوائل والاواخر
Libro Horti spectaculorum de rebus gestis priorum, &
posteriorum. Hoc tradunt omnes, quotquot sunt, qui
de Mohammedis Pseudoprophetae rebus gestis scri-
pserunt. Hoc nemo ignorat Arabizantium, nisi Thra-
so Tigurinus. Videtisne Protestantium Historici,
quò vos compellit vester Hottingerus? in quas altas
pratipites agit foueas? Aethiopia cum Assyria con-
fundit, maria cum terra miscet, omniaque susque
deque habet, & vestri simul rationem. Quid D. Sa-
muel Buchartus ad hanc Chorographiam tam infu-
gnem? quid? Thraasonem hunc remittet ad prima hu-
ius artis principia, & non sine multa, quae decepto-
ribus

ribus infligi solet. Decipit enim suos Sodales Assyriam venditans eis pro Æthiopia, & album pro nigro. Similia prorsus, imò multo peiora veltris insinuat Theologis, cum non vereatur eorum abuti nomine, quorum nec res, nec sacra intelligit. Putat nempe impudentissimus, facile se, illis imposturum, si Orientalium longissimis spatijs distitorum, aut nudam mentionem, quasi offam illis iniecerit; aut falsa & mendacia eorum nomine proposuerit, & propinauerit. Vnum quidem superesset Hottingeri crassæ ignorantie subterfugium, ac præsidium, nisi sibi met ipse illud ademisset. Hanc enim interpretationem ex Lexico, seu Thesauro linguæ Arabicæ Mediolanensi hausit miser Hottingerus, cui tamen multis parasangis in dedicatione prætulit Lexicon D. Iacobi Golij, quod vocem *النجاشي* *Alnagiasci*, rectè interpretatur *Rex Habbassinorum, seu Æthiopum*. Ne igitur quicquam ritè proferat Hottingerus, sequitur quem improbat, & improbat quem laudat. Infelix iactator! qui ex Lexicis suas contexit Historias, easque tot theatricis venditat vociferationibus.

21 Pag. 290. Hæc refert ex Elmacino, vt ait, de

Muctafa, quòd fuerit scilicet *شجاعا كريما محبا للخير واهله معتنيا بالعلم كثير الاكرام لاهله* qua sic vertit: *Strenuus, honoratus*

tus, diligens boni, populum suum in scientia exercens, multum honorans populum suum, & omnes bonos. Quæ autem sic fideliter vertenda erant: Magnanimus, liberalis, diligens bonum, & bono incumbentes, deditus scientia studio, & multum honorans operam ei dantes, nec non virtutibus præditos. In ea autem tua, Hottingere mi, duo animaduertenda sunt, verborum nimirum notiones, & eorundem constructionem. Primum quod attinet, satis tibi esse videtur, quamcunque obuiam ferè ex Lexicis haurire dictionum significationem, ad rem illa sit, vel non, quod hominis nullius iudicij est. Hinc quia *مدي* legeris in Lexicis Honoratus, hic tibi honoratus est; & *اهل* Populus, hic tibi Populus est. At verò si vllius esses iudicij, & in Arabum versatus Historijs, & moribus, quemadmodum te iactas, benè animaduertisses, horum Principes notari vt plurimum vel avaritia, vel liberalitate, de qua præ cæteris gentibus glorientur Arabes, proindeque infinita propemodum ediderunt de hoc argumento opuscula tam soluta quàm ligata oratione. Dictio autem *اهل* plures quidem habet significationes, & vt plurimum assumit eorum verborum vim, quibuscum constructur, quamquàm contraria sint, aut contradictoria, eodem modo prorsus ac dictio isthæc latina, Præditus; dicimus enim, Præditus liberalitate, & Præditus avaritia, item præditus virtutibus, & præditus vitijs, ac eiusmodi. Ita sanè hoc Arabum *اهل*

vtimur vocabulo, & dicimus *أهل خير Praditi bono*, *أهل شر Praditi malo*, & *Populus bonus*, vel *Populus malus*, quia vox illa in hac reperitur etiam significatione in Lexicis. Oportet igitur rationem habere totius orationis, rei, qua de agitur, constructionis verborum, ceterarumque circumstantiarum. Alioquin ridicula sapissimè nostra esset oratio, si indifferenter, & sine delectu verborum vteremur significationibus. Tandem ipsa participij intransitiui constructio cum casu accusandi te, *Hottingere*, summè arguit ignorantiae. Nam dic, sed seriò, vbinam legisti *معتني Exercens* actiue? aut què te docuit Grammatica preponendum esse accusatiui casum suo verbo, aut participio sine aliquo pronomine affixo, quod verbum illud, siue participium sequatur? Vbinam legisti & apud quem *أنا الكتاب قرئت Ego librum legi*, aut aliquid simile apud Scriptores Arabes? Benè Arabes dicerent, *أنا الكتاب قرئته Ego librum legi illum*. Itaque dictio *وأهله* referenda est ad antecedens participium actiuum *مجا Diligens*, legendumque est *مجا للخير وأهله Diligens bonum*, & *بono praditos*. Hoc autem ipsum te docet participium actiuum antecedens, & consequens intransitiuum te cohibere debuerat, ne iungeres illi eum casum, quem sua natura reijcit, linguæ genio reclamante, & analogia. Vno verbo, verbum *اعتني* semper post se asciiscit casum cum particula *ب De*, & sic dicitur *اعتني*.

بالامر

بالامير Solicitus fuit de re , اعنتى بالله
 Solicitus fuit de scientia , اعنتى بالله Solicitus fuit de
 suis, & eiusmodi. De his (si minus mihi credas) consule
 D. Golium, consule D. Pokok, consule Vvarnerum,
 consule quosuis alios ex Symmystis. Ego hæc, & innumera
 huius generis, quæ in tua hæc occurrunt historia,
 tibi ignosco libentissimè, quæ homo es, at quæ iactator
 Hottingerus, neq; possum, neq; debeo, ita insolenter
 à te prouocatus, non proprio nomine, sed Pontifi-
 ciorum.

22 Pag. 305. (Ea autem quæ occurrunt à pag. 209.
 ad hanc usque paginam, licet innumera, & fatis enor-
 mia sint, libenter missa facio, quia singula notare iam
 tædet) dictionem hanc الحوابل vertit Hottingerus
 noster *Ollas*, Arabibus significatione inaudita, quia
 ipsis significat *Condimenta*. Non credis Hottingere,
 pete illam à coquis, teque docebunt, nisi dices, pa-
 rum interesse inter *Ollas*, & *Condimenta*, ac te figura-
 tè loqui, & accipere continens pro contento; vel di-
 ces etiam, te sequi in hoc Erpenium ita interpretan-
 tem. At Erpenius quæ, & quanta commisit in ea hi-
 storia menda, imò in ea pagina, vix dici potest. Nec
 par est, ut Doctorem tam insignis, ac tam gloriosus ia-
 ctator aliorum se defendat lapsu. Ostende hoc igitur
 ex Arabum scriptis.

23 Pag. 360. (ut capiti huic finem imponam, &
 ad maioris momenti me conferam menda, infinita
 prope-

propemodum alia missa facio, ne amplius & mihi, & lectoribus meis tardio sim, vnamque tantum noto, quod summam Hottingeri nostri nobis exhibet ignorantiam, & inscitiam) refert ex Mohammede filio Isaac, Mamunum Arabum principem, seu Chaliphara quendam ad se accersuisse Zindikæum, nimirum hominem atheistam, eumque in carcerem traxisse, illi custodes præfecisse, id autem, inquit auctor ille Arabs,

خوفا عليه من النوعا id est, *Metu seditionis adversus illum*,

quæ verba sic vertit Hottingerus linguarum, & rerum Orientalium ad stomachum vsque iactator, *metu locustarum*. Ex qua interpretatione cuique dispicere procliuè licet, quo iudicio, & qua linguarum peritia pollet Hottingerus. Princeps Mamunus hominem illum Zindikæum in carceres detrusit, & custodes præfecit ei *metu locustarum*! volebatenim eum servare ex eodem auctore, quia كان

فصحا لسانا. *Erat facundus, eloquens.* Iure ergo præfecit ei custodes Mamunus, ne discerperetur à malis illis bestijs. Sed quæso te, doctissime Hottingere, & rerum Orientalium peritissime, cuius magnitudinis, & ferocitatis erant istæ locustæ tuæ? vt Egyptiæ, quas induxit Dominus Deus super vniuersam terram Egypti? ita oportet, quia illæ mortem hominibus inferebant, vnde Pharaõ ad Moysen, & Aaron.

Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate

gate Dominum Deum Vestrum, Ut auferat à me mortem istam. An verò sint ex eorum genere, quæ in India monstruosæ magnitudinis nasci perhibentur, vt interdum trium pedum longitudinem excedant, quemadmodùm apud Plin. lib. 2. cap. 29. legitur? At quicquid sit ignoscamus nos Hottingero, quia vocem *الغوغا* *Algauga* in hac forsitan sola significatione in suo legit Lexico, vltra enim non tenetur, adhuc enim puer est, & ex eo patet, quòd nec ipsas *Ollas* distinguere sciat à *Condimentis*. Sapiet. aliquandò, discet bonus minister. Se iactat, non est mirandum, stultorum enim est hoc proprium, & ignauorum militum. Ad alia igitur, ad maiora.

C A P V T X X V I I I.

Iohannes Henricus Hottingerus plura S. Ephrem Syri, ac Theodosij Patriarchæ Antiocheni dicta, monita, & apophthegmata referens sub nomine Mohammedanorum Scriptorum, eaque impie, & ineptè in Pontificios retorquens, euidentissimè conuincitur falsitatis, infidelitatis, & ignorantie.

E Ruditissimus, si Zuinglio placet, Hottingerus, vt ostenderet, Mohammedanos maius sæpè &

virtutis studium, & vitiorum odium præ se ferre, quàm Pontificiorum plerosq; Religiosos, multa affert dicta, seu monita, Apophtegmata, & parcœmias ex Arabum monumentis, vt asserit ipse pag. 314. ac in ipsos retorquet Pontificios, & quidem non sine impudentissima ex more præfatione. At nos maiorem partem istorum apophtegmatum esse S. Ephrem Syri, nec non Theodosij Patriarchæ Antiocheni planè demonstrabimus, citatis locis, & ipsissimis allatis Syriacis verbis, vt indè vniuerso constet Christiano Orbi, cuius Hottingerus eruditionis sit, & fidelitatis, & qua in reliquis sit fide dignus, cùm Christianorum Patrum ipso Mohammede multò antiquiora dicta, & apophtegmata sub recentiorum Mohammedanorum nomine referat, eaque illis adscribat ferreo ore, & virulenta lingua. Sed ad rem ipsam.

1 Pag. 316. hoc affert **كن في طفوليتك متضعا** *Est in pueritia tua humilis, vt sis in senectute tua exaltatus.* Hoc est S. Ephrem in Carmine de amore scientiæ. **هو دوحه مار** vide apud Vosium.

2 Ibidem num. 3. **لا تصعد لقله الجبل واننت مزين ليل تقبع. اى تذر من الافتخار والكبريا لان عاجل الماشى يسقط** *Ne ascendas cacumen montis, cùm fueris ornatus, id est*

est, Cave à typho, & fastu: nam qui *Velociter ambulat, cadit*. Hoc est Theodosij Patriarchæ Antiocheni in Epistola ad Gregorium, dum is interpretabatur mytica verba Philosophorum, in qua etiam sunt quædam ex Epistola Pythagoræ. Verba sunt apud laudatum auctorem num. 4.

لا ايهما حزمه و بؤه ا
 في مخرجك ولا اهللا و اوبه من عجبك هذا
 و موه الا موهلا و موهينه دانه زوكه مدهته

Nota, pro hisce Arabicæ versionis: *Nam qui Velociter ambulat, cadit*, Syrus habet: *Quoniam Velociter cadunt his præditi, nimirum fastu, & superbia*. Sic leuia aliqua occurrunt in quibusdam alijs discrimina, quæ notare leuis esset momenti.

3 Ibidem num. 4. سد الاطواق الخمسة ليعنى
 البيت والساكن فيه اعنى سد خمسة حواس
 الجسد لتبصر نفسك في ضوء الحواس

Obstrue quinque fenestras, ut luceat domus, & habitantem, id est, Obstrue quinque sensus corporis, ut luceat anima tua in luce Vita. Hoc est Theodosij Patriarchæ num. 9.

موجه ذقنا مدهته و بؤه
 حده مدهته . و موهه
 من حده . و اوبه من عجبك هذا و مته

4 Ibidem eodem num. لا تسبح في الماء الباردة
 فتهلك

فتوكل اعني لا تسلّم نفسك للشهوات
ليلا تموت في خطيتك دائما بعد ان اب

*Ne nata in aqua frigida , ut pereas , id est , ne tradas
animam tuam cupiditatibus , ne moriaris in peccatis tuis
in aeternum in cruciatu.* Est laudati Theodosij num. 11.

لا اهربا دعتنا منمتا ههنا ولا اجدى . ولا اجدى
نفسى حتى لا اجدى . ولا اجدى .

اجرد الشوك بالمبرد اعني . Pag. 317. num. 4.
اغلب الم اللسد والشهوات الرديه لتجيا
*Lima spinas lima , id est , vince affectum carnis , & cu-
piditates malas , ut viuas .* Est Theodosij num. 66.

هنا حوقها حوقها . ههنا حوقها وحوقها
حوقها حوقها .

6 Ibidem eodem numero اغلق بابك بوجه

الغاطفين اى اغلق حواسك بوجه الخطية ليلا
يظفوك الاعدا *Occlude ostium tuum aduersus ra-
ptores , id est , claudesensus tuos contra peccatum , ne
capiant te hostes .* Est Theodosij num. 73.

اذ حارقت شهواتك ولا تدرك حواسك حوقها . ههنا
نفسى ههنا لا اجدى حوقها ولا اجدى حوقها .

7 Ibidem & eodem numero لا ترسل بهيمتك
 للترح الذى ليس فيها سياج اعنى لا تطلق مشيتك
 ورا الشهوات بلا لجام الفاموس بل الجـم مشيتك
Ne immittas pecus tuum in pratum, in quo non est sepes,
id est, ne emittas Voluntatem tuam post cupiditates,
sine freno legis, sed cohibe freno Voluntatem tuam.

8 Item num. 5. pag. 319. العالم يزول
 كالمكة وب والحكم ثابت كالمهروم
Mundus transit Vt scriptura (delebilis) Sapientia
stabilis Vt sculptura. Est S. Ephrem in Carmine de
 amore Sapientia litera, و, verba sunt Syriaca
 خـنـ امر وحبـه هـ وبيـل هـنـ امر وذهـبـه
 Horum verborum, seu huius dicti non bene percepit
 Hottingerus sensus, nam vertenda sunt iuxta vtriusq;
 linguæ vim, & energiam: *Mundus transit, Vti scri-*
ptum est, seu, secundum Scripturam, & iudicium in-
stat, quemadmodum decretum est.

9 Ibidem: افتكر فى دخولك الى هذا العالم
 وفى خروجك منه لانك من لا شى صرت انسانا وعن
 بغته تصير كانك ما كنت وافكر فى من كان
 قبلك من الملوك والروسا والاشراف انظبر كيف
 رحلوا من هذا العالم وانست مثلهم ترحل

Cogita ingressum tuum in hunc mundum, & egressum tuum ex ipso, quia tu de nihilo factus es homo; & momento fies, tamquam non fueris. Item considera, qui fuerint ante te Reges, perfecti, & nobiles, considera quomodo migrarint ex isto mundo: tu vero quemadmodum illi, migrabis. Sunt octo versus eiusdem S. Ephrem in

laudato iam Carmine . .
 ذب حلالا و حلالا :
 و حلالا و حلالا : و حلالا و حلالا :
 و حلالا و حلالا :
 ذب حلالا و حلالا :
 و حلالا و حلالا :
 و حلالا و حلالا :
 و حلالا و حلالا :

10 Pag. 323. num. 10. کن لکل احد

میزانیا یعنی کن صادقاً ولا تجز عن الحق
 ولا تظلم احدا فتترك المظلم

Esto unicuique libra, id est, esto iustus, neque declina ab aequo & nemini iniuriam facias, neque abijcias iustitiam.

Est Theodosij num. 14. و حلالا

و حلالا . و لا حلالا و حلالا

11 Num. 14. pag. 323. لا تقرب مع اسد ذی

اربعه قوایم ای نخدر واجتنب کل انسان خبیث

Ne conuersare cum Leone, quodam pede, id est caue, & declina omnem hominem nequam.

num.

num. 21. لا يربو من هذا وادته في القوم
 لا يربو من هذا وادته في القوم

Mendosa est Hottingeri lectionis prima pars, & ad Syriacam sic corrigenda: *Cave à Leone, at non quadrupède* &c. nempè ab homine cauendum nobis est, qui Leo est, at non quadrupes.

12 Pag. 326. num. 15. لا يربو من هذا وادته في القوم
 لا يربو من هذا وادته في القوم
 Est Theodosij num. 23. لا يربو من هذا وادته في القوم

Hanc parcemiam tam Scaliger, quàm Erpenius contrario interpretati sunt sensu, nempè affirmatiuè, cum sit negatiua. Quod quidem patet non solùm ex præmissa particula لا La, quæ est negatiua, verùm etiam ex ipsa ipsius parcemiam explanatione, quæ est eiusmodi. لا يربو من هذا وادته في القوم
 لا يربو من هذا وادته في القوم

id est dùm fueris senex, ne auidè inbies rebus mundanis cumulandis. Hottingerus autem noster laudatos sequens auctores, à quibus & parcemiam hanc, & interpretationem desumpsit, pro sua insigni, & solita eruditione putat, hic particulam لا La non esse negatiuam, adeoq; redundare. Sed hoc magis Hottingerice, quàm verè, vt liquidò ex eius explanatione patet.

13 Ibidem num. 17. لا تسلك عريانا في الشواق
 اعني لا تكشف سرك قدام الناس
 لئلا يستهزؤوا بك في الاجتماع
*Ne deambula nudus per plateas. id est, ne aperias secre-
 tum tuum coram hominibus, ne subsannent te in conuentu.*
 Est Theodosij num. 7. لا اهلجوا حذوهم
 ولا يفتنوا ذوارهم من حيث لا يحسرون
 حذوهم

14 Ibidem eodem numero. فكلمهم بالليل
 حيث ليس لهم طهر الليل اعني اخف سر
 وكرمك من مجمع المهازل والجهال
*Verba fac nocte, ubi non est avis nocturna, id est occulta
 arcanum tuum, & dignitatem tuam à turba idiotarum,
 & stultorum.* Est Theodosij num. 8. لا
 اهلجوا ولا اهلجوا ذوارهم ولا
 ذوارهم من حيث لا يحسرون

15 Eadem pag. & num. لا تكشف سر
 للقرود اعني لا تكشف سرك للاستهزؤون
*Ne aperis secretum tuum Sinijs, id est ne detege arcanum
 tuum derisoribus.* Est eiusdem Theodosij num. 35.
 لا اهلجوا ذوارهم حذوهم ولا
 ذوارهم

19 Pag. 330. lit. B. نور جميع اعمالك لتكن
Lumen omnium factorum tuorum
 لسهذا : في Est S. Ephrem in litera
 وقله : وهو حتم عدلكا حتمنا لا هو .

20 Ibidem litera C. قسط لا تغلف كاذبا
Nunquam peiera, ne in
hominem quidem, qui tibi noavit. Est S. Ephrem litera
 ولا هو الا اجابا وحبلا : على حذرها واهجلا حو .

21 Eadem pagina; & litera او لا
Esto sermo tuus Etiā,
Vel Non, ut sis Verax apud omnes homines, Est S. Ephrē
 واهج واهج عدلكا : وقله لجهل فخذ حو : في lit.

22 Pag. 332. lit. F. ابعده عن الكسل فانه
Recede à pigritia; quia ipsa plena
est vituperio, vel damno. Est S. Ephrem litera :
 اذيف قد عدله : او روا وقله سمعنا :

23 Pag. 333. lit. H. لا تلبس ابيض غير بالليك
No indue album nocte obscura,
id est, ne sis extrinsecus decorus, & intrinsecus plenus ini-
quiritatis, & nequitia. Est Theodosij numero 5.

لا الخمر سوا حلالا معدا . ٥١ . لا لاهل محص
 احد اهل محصا . ٥٢ . لا لاهل محصا
 معدا سوا محصا .

24 Ibidem lit. I. في كاس البعد لا تشرب الخمر اعني
 لا تلتذ مع الزناة لا بالقول ولا بالفعل ايدا
*In patera carnis ne bibe merum, id est, ne delitieris cum
 scortatoribus, neque verbo neque facto in atornum. Est
 Theodosij num. 17.* ححصا وححصا لا احصا سوا
 ٥١ . لا لاهل محصا سوا لا ححصا اولا
 ححصا ححصا

25 Eadem pag. & lit. لا تفتح الأطواق قبيل
 قوس الملائكة اى لا تفتح حوامك قبيل نظير
 الزانيات لئلا تقع في احد الوان
*Ne aperias fenestras ante Unum Angelorum, id est, ne
 aperias fenestras tuas in conspectu meretricum, ne cadas in
 rechnas earum. Est Theodosij num. 43.* لا اولا
 قوا ححصا معدا وملاقا . ٥١ . لا لاهل محص
 ححصا سوا اولا .

Hic malè vertit Hottingerus, ante *Unum Angelorum*
 quia tam Arabs, quàm Syrus habet, ante *arcum An-
 gelorum*, quibus innuitur verbis Deus ille amorum,
 & libidinis, alatus, & arcu, ac pharetra armatus.

26 Pag. 335. num. 23. *اسبح في المواقيل المسماة*
اعنى تظهر بتوبة قبل الارتحال وقبل ان ياتيك الموت
Nata in aqua ante vesperam, id est purificare paenitentia ante migrationem, ac priusquam superueniat tibi mors. Est Theodosij num: 110. *عقب دفتا حبر*
وعدا . ٥٠ . كما وجا دعدا مع حبر حديتلا

27 Eadē pag. & num. *اقبى سراجك قبل الظلمة*
اي تور نفسك بالاعمال الصالحة قبل ان ياتيك الموت
Accende lucernam tuam ante tenebras, id est, illuminare operibus bonis antequam superueniat tibi mors. Est Theodosij num. 48. *ابعد حنجر مبر معدا*
. ٥٠ . ابعد دحبر ككذبا متدا مبر معدا معدا

28 Eadem pag. & num. *اشفق ديا فتى على*
طفوليةتك اميتا تصير ماك ولا للمبار
Commiseratione mouetor (dole) o puer super pueritia tua (peccatis pueritiae) ne fias cibus igni. Est S: Ephrem in lit. *سبعا حلا لا حلا ولا لول : م*
كعدلا حعدا

29 Eadem pag. & num. *لا تخفى يا فتى اعجل*
وعدب ان اخطايت
Ne pecca o puer, festina, & peniteto, si peccaueris. Est S: Ephrem lit. *كايون*

كلا

Bellarmini simul temeritate arguent, qui ex nimis aggressi, fera, & barbara Muhammedanorum religio ne Sanctimoniam Papisticam opposita, superstitioni suae patrocinium quarit, ipsi iudicent aduersarij ex illis, quae ex Arabum nunc monumentis afferemus, nonne maius sapere, & Virorum studium, & Vitiorem odium praeseferant Muhammedani, quam Pontificiorum plerique religiosi.

Tria hic ex Hottingeri hisce verbis graui & prisca animaduersione digna sunt. Primum, summa eius notanda est ignorantia, & rerum Orientalium vel miserabilis incitia, vel incredibilis impudentia, impia, fraus, & intolerabilis audacia, cum Patrum, & Scriptorum Christianorum dicta, & monita Mohammedanis attribuerit auctoribus, & in Christianos subinde retorferit Protestantico sensu, nempe fraudulenter, & sine sensu.

Secundum, temere effutit, & iuxta morem, nempe Hottingericè, Pontificios asserere, externam aliquam Sanctitatem sufficere ad vitam aeternam consequendam, & proprijs meritis standum esse. Cum Catholici, seu Pontificij plenis buccis asserant, opera bona homini iusto esse necessaria ad salutem, non solum ratione praesentiae, sed etiam ratione efficientiae, quoniam efficiunt salutem, & sine ipsis sola fides non efficit salutem. Ergo non requirunt externam tantum aliquam sanctitatem ad vitam aeternam consequendam, sed & opera, & fidem, iuxta illud

Apo-

Apostoli Iacobi: *Quid proderit fratres mei, si fides quis dicas se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Et illud Pauli: Cum metu, & tremore salutem Vestram operamini.*

Demum quam Bellarmini, mortalium mendacissime, & impudentissime impostor, arguis temeritatem? Et quodnam ex nimis agresti, fera, & barbara Mohammedanorum religione sanctimoniam Papisticam opposita, superstitioni suæ patrocinium querit, Chami progenies, & soboles Ieroboami? Romanam fidem, de qua gloriatur Apostolus ad ipsos scribens Romanos, gratiasq; Deo agit, vnde D. Cyprianus Romanos esse, inquit, *ad quos perfidia habere non possit accessum*, ipse superstitionem appellare sacrilego audes ore? Sed ostende quæ, & vbi. Ex ijs forsan, quæ hactenùs attulisti, paræmijs, apophtegmatibus, & dictis? itane? nonne te pudet? adhuc bonorum sustines aspectum? Sanctorum Patrum, & Christianorum Antistitum dicta, & monita pro Mohammedanorum dictis venditas, & in Christianos quasi Mohammedana retorques? & quis posthac tibi credet, nisi tui sit similis? Deindè, quando his usus est Bellarminus, & vbi? Certè ille de ea tantùm loquitur sanctimoniam, de qua sic Apostolus ad Hebr. 12. 14. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.* Sed & fac, ea omnia dicta esse Mohammedanorum. Quid proindè? An homines desinunt esse homines, quia

CAPVT XXIX:

*In quo ad oculum ostenditur, quanta Hottin-
gerus laborat ignorantia, & imperitia in
recensendis Mohammedanorum Se-
ctis, earumque sententijs
referendis.*

IOannes Henricus Hottingerus, gloriosus nimi-
rùm ille miles Tigurinus lib. 2. cap. 6. suæ Ori-
entalis Historiæ insolenti quadam ex more ostentatio-
ne, & multo, superboque inanium verborum appara-
tu ad varias Mohammedanorum sectas recensendas,
earundemque sententias multiplices referendas se se
accingit. At verò in ipsissimo cespitat miser limine,
& dum gloriosè altum transfretare pelagus aggredi-
tur, in ipso submergitur littore, quò de simili alludit
illud Arabis Distichon.

يشترج على عن ساقه =
ويغمره الموج في الساحل:

*Sese accingit ad traiciendum pelagus,
In ipso Verò littore obruitur Undis.*

Nam in titulo ipso, & inscriptione capitis, vt inde
exordium sumam, recenset primo loco Hanifæos,
Melkitas, Schafæos, & Henbelitas tanquàm sectas,

& Mohammedanorum hæreticos . Quod quidem maximam Hottingeri imperitiam arguit , & rerum de quibus seriò agit, ignorantiam . Quandoquidem istæ quatuor inter Mohammedanos non habentur vt Sectæ , siue hæreses , sed vt Scholæ , & Doctorum classes, eodem prorsùs modo, ac apud nos Thomistæ, Scotistæ, & alij huius generis . Quia & istæ quatuor Scholæ non differunt inter se , aut dissentiunt in *أصول* id est *Principijs*, siue *fundamentis*, & *articulis* suæ religionis , sed solùm in *الفروع* id est *Ramis*, nempe principiorum quibusdam expositionibus , nec non ritibus , & adiaphorìs ; adeoque non propterea inuicem se habent pro hæreticis . Vide quæ de his suprâ attulimus cap. 27 . num. 2. ex Gregorio Barhebræo . Ea propter etiam in vna eademque Vniuersitate , imò in vno eodemque Collegio , siue Gymnasio sæpissimè harum omnium quatuor Scholarum Professores & legunt & docent . In iudicijs quoque ferendis, & decidendis litibus datur appellatio à sententia vnus istorum ad alium . Quin & Aduocati in defendendis Clientum causis modò scribunt iuxtà vnus istorum quatuor Doctorum sententiã, & opinionem; modò iuxtà alterius , eo prorsùs modo ac nostri Aduocati, & Doctores . Quòd tandem istæ quatuor non reputentur , nec habeantur pro hæreticis apud Mohammedanos , ex eo planè claret , quòd in horum hæreticorum catalogum nunquàm referantur . Super-

rest ergo, vt dicamus, Hottingerum, vti in alijs, ita in istis hallucinatum fuisse. Nam si discernere nesciat *أهل الكتاب* nempè *Iudeos, & Christianos* à Mohammedanis, quemadmodum initio cap. 27. vidimus, quid mirum erit, si discernere Sectas Mohammedanorum ab ipsorum scholis nesciat? Diem *Veneris*, cum *Consensu Doctorum* confundit, vt ibidem videre est, & hoc miramur? non discernit *Ollas* à *Condimentis*, nec *Locustas*, à *Seditione*, & *tumultu*, & maiora requirimus?

Eadem quoque ignorantia inter Arabum hæreticos enumerat ibidem *loquentes*, cum isti sint *Metaphysici*, siue *Theologi*, cuiuscunque sint sententiæ, opinionis, siue religionis.

Confundit etiam ibidem, miscetque Christianorum nomina cum Mohammedanis. Nam communissimo, & vulgatissimo Melchitarum nomine intelligendi veniunt apud omnes Scriptores, Arabes, atq; Syri, & Ægyptij Christiani Græci ritus, ita dicti à nomine Regis, quasi dicas Regios, non sequaces Malechi filij Anes, non Ames, vt scribit Hottingerus pagina 341. Istis enim si à sui auctoris nomine nomen deriuandum sit, & imponendum, vti par est, Malechite sunt vocandi, iuxtà grammaticas regulas, ne cum Christianis illis nomine confunderentur. At confusionis auctor confusione gaudere solet.

Insuper loquitur de Mohtazlitis, Kadræis, & Giab

Giabreïs in genere, cùm isti in multas, variasq; sectas sint dissecti, quibus non vna eademque est sententia, sed multiplices, ac variæ.

Item Ascharitas, Schamrachæos, & Karmatæos, sub nulla constituit specie, cùm isti sint aliarum hæresum furculi, & alias addiderunt suorum Hæresiarcharum hæresibus hæreses.

Zindikæos Mohammedanorum hæreticorum, adscribit catalogo, cùm isti Arabibus sint propriè Atheistæ, vel sub nomine veniant Christianorum, vel Iudæorum, vel Mohammedanorum, vel quarumcunque aliarum gentium; quamquàm aliquandò pro Iudæorum accipiuntur Sadducæis, vti in sacrosancto legitur Evangelio; vel pro Manichæis.

Darazæos præterea scribit ibidem pro Darazæos. Hunc autem errorem ex Thomæ Erpenij hausit versione, quam in historiam Georgij Elmacini adornavit. Horum posteri hætenùs in quibusdam Syriæ degunt montibus Christianorum familiarissimi, & amicissimi, & Deruzi nuncupantur.

Tandem nec Sectarum, quis recenset, omnes refert sententias, imò quarundam nuda tantùm nomina propinat, nec fideliter, nec ordinem seruat vllum, & ex multis 8. tantummodò commemorat, nec indicat, quænam sint Sectæ primariæ, & quæ inde deriuatæ. Quamobrem operæ pretium visum est, has summatim Christiano referare Orbi, cùm, ne ex men-

dis menda impoſterum hauriant Chriſtiani Scriptores, & Mohammedanis ſint ludibrio; tùm vt quot, & quęnam hoſtium fidei ſint ſectę, ac theſes, & de varijs dogmatibus opiniones agnoſcant, & ſolidè refutent.

Quoniam autem harum omnium Sectarum origo, & ſcaturigo Alcoranus eſt, de illo aliquid breuiter diſſerere operę pretium fuit. Alcoranus itaque eſt omnium rerum obſcęnarum proſtibus, & cloaca, fabularum colluies, copioſiſſima mendaciorum bibliotheca, vno verbo impietatum omnium Epitome, & Breuiarium. Eum tamen cęlitùs ſibi à Deo demiffum eſſe iactat Pſeudopropheta fallaciſſimus, & id duplici argumento. Primo, quia nullam continet, vt falſò effutit, contradictionem; ſecundo, quòd tantę ſit elegantię, vt omnes Homines, Dęmoneſque ſimul, & coniuncta opera nec vnum quidem valeant imitari verſiculum.

Primum quod ſpectat, tanta ſe offert attentè legentibus contradictionum turba, vt nullus reperiri ſit ferè verſiculus, cui alius non poſſit opponi, vti notat *Hazzaddaula Ben Camuna* Mohammedanus ſcriptor Tract. de tribus Legibus, & Legiſlatoribus lib. 4. de Mohammedo, & Alcorano. Quam autem contradictionum illuuiem cum nullo modo conciliationibus eluere poſſint, ad hoc eiufdem Alcorani cap. *De familia Amrani*, recurring pronunciatum

الله. *Nemo scit eius (Alcorani) sensum , nisi Deus.*
 Inter Christianos Orientales non defuerunt, qui hæc
 Alcorani notarunt contradictiones, vt ابو نوح
Abunuh Nestorianus in suo Chaldaico Opere contra
 Alcoranum, & المطران يوحنا فهد الماروني
Archiepiscopus Ioannes Leopardus Maronita in Opere
 eruditissimo inscripto في اختلاف القرآن
De contradictionibus Alcorani, & alij.

Alterum argumentum, quod est de ipsius Alco-
 rani tam mirifica, totiesque prædicata insolentiùs ele-
 gantia, discussa aliquantulum primi illius ævi cæca
 ignorantia caligine, multi deriserunt ex posterioribus
 Arabibus. Inter hos principatum obtinet عيسى
 المرادار *Hisa Almerdar*, qui examinatis ijs omnibus,
 quæ ad accuratam spectant elegantiam, concludit,
 Alcoranum longè ab hac absistere, & quòd nisi gra-
 uis, & capitalis pœna constituta esset in id periclitantes,
 aut audentes, iam infinitos habuisset impugnatores.
 Ex quo, vt scelestissimus Hæreticus habitus fuit, &
 impius Hisa iste Almerdar ab alijs Mohammedanis.

Meritò sanè hanc derisit cum multis alijs Almer-
 dar siue Alcorani, siue illius Auctoris, quisquis ille
 fuit, inanem, ac futilem iactantiam. Quandoquidem
 si bullata quædam, & consonantiora excipias voca-
 bula, & quosdam versiculorum numeros, & symme-
 triam, quæ legentium aures, at non animum exple-
 re quodammodò, & mulcere videntur, cætera for-
 dent,

dent, putentq; adeò, vt si animum pro auribus applices, stomachum tibi moueant, & bilem, horroremque incutiant. Nam oratio, si eam à capite ad calcem percurras, tota est hiulca, luxata, aspera, vasta, & nulla est ferè sequentibus cum antecedentibus connexio, & vice versa; nulla relatio, ordo nullus, nullus sæptissimè sensus; hinc passim eius interpretes: *Nemo scit eius sensum nisi Deus*. Si autem petas, quid rerum contineat; totus est compactus, & confarcinatus Iudæorum, & Gentilium fabulis, additis ijs, quæ vel ad illius Auctoris explendam libidinem faciebant, vt illa de vxoribus; vel ad singulas gentes ad præmeditatam religionem alliciendas, eò enim totus animo collimabat. Si quid autem ex Christianorum mutuatus est monumentis, id fœdis illis manibus, & fœdiori mente ita pessimè tractauit, vt non minùs cæteris fabulosum, & absurdum illud reddiderit, & contaminauerit. Hic est fons, hæc origo, hæc scaturigo ex qua tot deriuatæ sunt sectæ, tot opinionum monstra, de quibus mox nobis dicendum est, licet non de omnibus.

Vt autem ritè, & ordine procedamus, sciendum est, Mohammedanos generalissima imprimis differentia inter se discrepare, nimirum vel in ipsis principijs, & religionis articulis; vel in ramis, vti loquuntur, & adiaphoris. Hi posteriores in quatuor partiuntur Classes, de quibus paulò superius satis actum est. Illi verò in sex primarias sectas discriminantur, & harum

fin-

ſingulæ in plures alias ſecantur . De his itaque diſſe-
rere nobis ſuperest iuxta inſtitutum noſtrum . Ea au-
tem , quæ hic recenſemus , eodem planè ordine , ac
iſſdem fermè verbis excerptimus ex Iſmaëlis Sciahin-

ſciah Tom. 1. *Historiæ Gentium* فصل في ذكر امة

المسلمين وهم امة محمد واختلاف مذاهبهم —

*Capite de commemoratione populi Moſlemannorum , &
ſunt populus Mohammedis , ac de ipſorum ſectarum diſ-*

ferentia . Has autem ſectas eſſe 73. ex Pſeudoprophe-

tæ Mohammedis pronunciata ſententiâ refert ibidem

tam laudatus Iſmaël , quam Sciahreſtanus apud ipſum

in كتاب الملل والنحل *Libro de Veris religioni-*

bus , & phantaſticis . verba ipſa ſunt: قال النبي

سأفترق امتي على ثلاث وسبعون فرقة الناجية منهم

واحدة والباقيون هلكا . قيل ومن الناجية يا رسول

الله قال اهل السنة والجماعة —

Dixit Propheta , fore ut populus meus diuidatur in 73. ſe-

ctas , quarum una ſaluabitur , reliquæ verò peribunt . Dictum

fuit , quem ſaluabitur à Apoſtolo Dei ? Reſpondit Ob-

ſeruatores Sonne , & conſenſus Doctorem . Quæ autem à

Mohammede ita prolata apertiffimè oſtendunt , eum

talem eſſe Prophetam , qualem ſenſati omnes , & probi

ſemper crediderunt , nimirum omnium mendacium

Prophetarum mendaciſſimum , cum plures multò ,

quàm 73. numerentur apud laudatos auctores , vt

mox ex ipsarum recensione patebit. Imò præter has plures aliæ occurrunt apud alios Scriptores. Ego sane numeravi aliàs 114. sed de his commodiùs in nostra Bibliotheca dicetur.

Quæstiones autem de religionis fundamentis, principijs, & articulis, in quibus discrepant harum Sectarum auctores, quadruplicis sunt generis, vti notant iidem laudati Scriptores.

Prima versatur circa Dei unitatem, eiusq; attributa, siue illa sint essentialia, & ab intra, siue accidentalia, & ad extra; nec non circa ea omnia, quæ de Deo vel affirmantur, vel negantur.

Secunda est circa ipsius Dei iustitiam, arbitrij libertatem, prædestinationem, ac id genus.

Tertia circa Fidem, eiusque substantiam, & definitionem, providentiam, pœnitentiam, promissiones, & comminationes, ac eiusmodi.

Quarta demum circa virtutes, vitia, bona opera, Prophetiam, Summum Sacerdotium, & his similia. Quibus omnibus ita notatis, ad ipsas recensendas Sectas accedamus, variasque earum referendas sententias et si breuiter & non omnes.

1. Prima est *فرقة المعتزلة* Secta *Mohtazli-
tarum*, quasi dicas, *Phariseos, seiunctos, segregatos*, quia primi fuerunt, qui opinionum nouitate se ab alijs segregarunt, & Philosophis adiunxerunt se. Horum hæc summa est Dogmatum, 1. in Deo nullum est
attri-

ET EIVSDEM PRIMATV. 387

attributum, quia si quid esset, idem esset ac ipse Deus. Id autem asseruerunt, vt perhibet Gregorius Bartholæus lib. 9. Chronicorum *فهرتا من افاديم النصارى*

ad effugiendas Christianorum personas, nimirum ne Trinitatem personarum in Deo admittere cogentur. 2. Verba Dei in tempore sunt creata, & characteribus in diuinis Scripturis expressa, & exarata leguntur. 3. Deus in patria à Beatis oculis corporeis conspici non potest. 4. Nulli rei Deus est similis. 5. Homo proprijs viribus, & propria natura suas producit actiones, & opera, bona illa sint, vel mala, quibus præmium meretur vel pœnam. 6. Deus est auctor boni duntaxat, non autem mali, quia malus esset, si mali esset auctor. 7. Fidelis si obierit, non acta pœnitentia, æternum damnabitur, quamuis leuior sit eius pœna, quàm pœna infidelis. Ex hac Secta duodecim sequentes subortæ sunt.

2. Prima dicitur *الوامدويه Aluassalijah*, ex eius auctoris cognomine *ابن حديفة وامدويه ابن عطاء الغزالي قديم الدستى البصرى*

*Abihadisa Vassel filij Hatra Algazali, Discipuli Hasani Basorensis. 1. Is Diuina omnia reijciebat attributa, vt Scientiam, potentiam, voluntatem, & vitam. 2. Prædestinationem quod spectat, sequebatur opinionem *معيد الجهنى Mahbedi Algiahni, &**

غيلاني الدمشقي *Ghilani Damasceni*. Is relicta Mohtazlitarum sententia, Medium quendam ordinem constituebat inter fidelem, & infidelem, nimirum mortalia perpetrantes crimina, nec fidelem esse dicendum absolute, nec infidelem.

3 Secunda vocatur الهديليه *Alhodailijah* ex sui auctoris nomine الهدييل حمداني
الهدييل العلاف شيخ المعتزله

Alhodaili Hamdani, filij Hodaili Hallasi magistri Mohtazlitarum.

1. Differt is à communi opinione Mohtazlitarum quoad libertatem; quia illi tantis beatos, quam viatores liberè agere, & independenter docebant, is verò viatores suas liberè edere actiones affirmabat, Beatos verò necessariò, nullaque vti libertate, sed Deum ipsorum actionum auctorem esse.
2. Beatitudinem, & felicitatem totam collocat in perpetua quiete, ac cessatione à motu, quemadmodum & damnatorum pœnam, & infelicitatem.

4 Tertia nuncupatur النظاميه *Alnadhamijah* à cognomine sui auctoris ابراهيم بن يعقوب بن هاني
ابراهيمى *Abrahami filij Isfari, filij Hani Nadhami*. In hoc vno differt iste ab alijs Mohtazlitjs, idest, Deus non potest patrare malum, aut iniquitatem, etiamsi velit, vbi illi docent: Deum posse facere malum, sed nolle.

5. Quarta à duorum auctorum cognominibus duo sortita est nomina, diciturque *Alhaitijah* اب حايطة

Ahmedo filio Haieti, nec non

Alhadthijah اب الـديـهـه

Alfadhalo filii Alhadathi, fueruntq; Nadhami superioris

sectæ auctoris auditores. Sex illis tribuuntur peculiaria

dogmata . 1. Christus est Deus, cum sit Dei Verbum;

& Verbum Dei sit increatum . 2. Christus iudex futurus

est vniuersalis in die Iudicij . 3. Animæ ex vno in

aliud migrant corpus . 4. Beatitudo nihil aliud est

ante vniuersale Iudicium, quàm ea, quæ obtingit ani-

mæ in corporibus, quæ sortitur . 5. Inferorum quoq;

supplicia nihil aliud sunt, nisi miseriæ, & calamita-

tes, quas item anima sustinet, & perfert in corpori-

bus . 6. Deus in die Iudicij nequaquam corporeis

conspicitur oculis, sed mentis .

6. Quinta nuncupatur *Albascirijah* االمشرديه

auctore *Basciaro filio Almohtamari*. In

multis discrepabat ille à Mohtazlitis . 1. Omnia

fiunt pura libertate, & liberi arbitrij virtute . 2. Nullus

omniò ad actus humanos eliciendos Dei adest con-

cursus nec particularis, nec vniuersalis . 3. Miracula

contingunt ex accidentium concursu . 4. Deus potest

Inferorum supplicio punire puerum; sed si id fe-

cerit, tyrannicè, & iniquè ageret . 5. Voluntas Dei

duplex est, alia ab intra, alia ad extra . 6. Voluntas

ab intra ea est, qua ab æterno voluit ea omnia, quæ facturus aliquando erat. 7. Voluntas ad extra illa est qua hoc, vel illud opus producit. 8. Voluntas, qua vult aliquid executioni mandari à creaturis, illa dicitur *Mandatum*, seu *Præceptum*. 9. Si quis tæthate aliquod admiserit crimen post actam iam pœnitentiam pro præteritis peccatis, nihil proderit ipsi pœnitentia illa, sed pro vtriusque supplicio mulctabitur.

7 Sexta appellatur *المعمريه Almohmarijah* à nomine sui auctoris *معمري بن عماد السلمي Mohmari filij Habadi Salami*. Is 1. negat attributa 2. omnem adimit prorsus ab actibus humanis libertatem. 3. nullus fidelis potest vlllo modo effici infidelis. Creditur doctius de is scripsisse, quam vllus alius.

8 Septima nuncupatur *المرداريه Almardarjah* à cognomine sui auctoris *عيسى بن صبيح الملقب بالمردار Hisz filij Sobaihi cognomento Almardar*. Is 1. publicis Scriptis docuit, vanum esse illud Alcorani pronuntiatum, ac futile de sui elegantia, cuius nec vnum quidem versiculum homines, & Angeli simul, & coniuncta opera imitari possint. 2. eorum acerrimè impugnauit sententiam, qui contendunt Alcoranum esse increatum.

9 Octaua vocatur *التماميه Altamamijah* à suo auctore *تمام بن يحيى بن بشير النخعي Tamam filij Ysij ben Bysij al Naxij*.

Tamamah filij Bascir Alnamairi; Huius hæc sunt dogmata . 1. Adulter æternas luiturus est pœnas . 2. Actiones , quæ non procedunt à voluntate , nullius sunt agentis , seu efficientis , sed ipsæ à semetipsis producuntur . 3. Infideles , Zindikæos , seu Athëistas , Iudæos , Christianos , Magos , & Dahritas , seu qui Mundum statuunt æternum , & fidelium pueros in pulverem post mortuorum resurrectionem redactum iri mordicus propugnabat .

10 Nona est *الرشاميه* *Alhasciamijah* à nomine auctoris *هشام بن عمرو القسرى*

Hasciamijah filij Hamri Alkarti , cuius hæc peculiarissima sunt dogmata . 1. Deus non est auctor consensus fidei in cordibus fidelium ; sed ipsimet ex electione sunt illius auctores . 2. Deus non largitur donum fidei hominibus ; sed ipsi eam proprijs acquirunt viribus . 3. Deus non excæcat corda hominum , neque visum , nec auditum obstruit , quemadmodum asseruerat Alcoranus . 4. Summum Sacerdotium non est iuris hæreditatis , & successionis , sed electionis . 5. Paradisus , & Infernus non sunt adhuc creati . 6. Deus non est auctor infidelitatis , quia productio infidelitatis infidelitas est .

11 Decima vocatur *الجاحظيه* *Algiahadijah* à cognomine auctoris *عروان بن جراح الجاحظ* *Hamri filij Babari Algiabedi* . Is celeberrimus inter Mohtazlitas habitus est ,

& de ipsorum sectæ dogmatibus plures conscripsit libros; sed sequentia illis adiecit. 1. Damnati hæud æternum in Inferis sunt permansuri, sed in ignis tandem conuertentur naturam. 2. Non ipsi damnati ingredientur in ignem Inferorum, aut in illum aliena detruduntur vi, sed ipse ignis ad se attrahit eos tanquam suos. 3. Homines ad nihil aliud tenentur, quam fateri, vnum esse Deum, & Mohammedem Apostolum Dei, cætera ad salutem minimè spectant. 4. Alcoranus est corpus, adeoque conuerti aliquandò potest in hominem, aliquandò in brutum, aliquandò in aliam, & aliam rem.

12 Vndecima dicitur *البياطية Alchaisijah* à cognomine propagatoris *ابى الحسن ابى عمرو* *Abilhosaini filij Abilhamri Alchaisi*. Hæc peculiaris adiecit ista dogmata. 1. substantia est substantia priuatiuè; & accidens, vt nigredo, albedo, & reliqua accidentia. Autumabat enim res non constitui per aliquod positiuum, sed per solam priuationem, adeoque albedo nihil aliud per illum est, quam priuatio omnium aliorum colorum, & sic de cæteris. 2. Humanæ omnia opera ex Dei beneplacito fiunt, nam si ei placitum id non esset, minimè illud permitteret.

13 Duodecima duos habuit Duceſ, nempe *محمد بن عبد الوهاب البجلي*
Mo

ET EIVSDEM PRIMATV.

Mohammedem filium Habdawahab Algiabah, unde *الجباه* *Algiabajah* quandoque dicitur, & *ابا* *Abahascem Abdalsalam*, à quo nuncupata fuit etiam aliquandò *المشاه* *Albahsciamijah*. Horum hæc peculiariora sunt dogmata.

1. Verba Dei sunt creata, & quidem pro re nata.
2. Verba sunt voces articulatae constantes ex literis, & syllabis.
3. Deus videri nequit à creaturis corporeis oculis.
4. Homo sua producit opera, & actiones quadam potentia viribus naturæ addita.
5. Qui mortalia admittit crimina, nec fidelis, nec infidelis est habendus, sed præuaricator, proteruus, & si moritur minimè acta poenitentia, æternas luet poenas.
6. Deus nihil suæ scientiæ subtrahit creaturis, sed totam ipsis communicat, at non omnibus. Hæc sunt Mohtazitarum Sectæ.

4 Sequitur secunda ex præcipuis sectis, quæ vocatur *الجرده* *Algiabrijah* à verbo, seu radice *جر* *Giàpera*, id est cogere, compellere, vim afferre, & eiusmodi. Hanc sortita est denominationem secta ista, quia autumant eius propugnatores, hominem nihil agere liberè, sed coactè, omnesque humanas actiones in ipsam refundunt Deum. Duplici nuncupantur nomine *الطاهر* *Alchalafah*, hoc est *Puri*, siue si manus, *Puritani*, qui non modò negant, hominem, nullum prorsùs edere actum, sed nec agendi, aut operandi potentiam esse præditum. Alij vocantur *الطاهر*

74 DE ORIGINE NOMINUM PABE,

التواضع *Almotuasata*, id est, *Intermissy*, qui etiam si concludant, hominem operari coacte, tamen fatentur, cum agendi præditum esse potentia, licet ea potentia nullum producat actum. Ex hæc secta tres alie subortæ sunt, uti sequitur.

15 Prima secta appellatur *Alghabijah* ab ipso auctoris nomine *جوام السلي صفوان* *Grahmi filij Safuani*. 1. Negabat non solum Dei attributa ab intra cum Mohtazlitis, sed etiam ad extra. 2. Nihil de Deo prædicandum est ex ijs, que prædicantur de creaturis, uti visus, auditus, odoratus, tactus, ambulatio, motus, quies, & id genus. quia hoc esset, facere Deum creaturis similem. 3. Homo omnino operatur coacte, ac præter voluntatem, & electionem, & eo prorsus modo operatur in illo Deus, ac in anima expertibus. 4. Deus elargitur hominibus præmium, & pœnas infligit illis non ratione meritum, aut eriminum, sed mera sua voluntate id præstat, quo modo in ipsis operatur. 5. Non minus sua fruuntur Beati felicitate in Paradiso, quam Damnati in Inferno, quorum pœna, & supplicium in solo consistit ad Inferos ingressu. 6. Qui fidem ore non corde negat, nequaquam infidelis est habendus.

16 Secunda Secta nuncupatur *Almagarijah* ab cognomine *دعيس ابن عيسى* *Ducis* *Alhofaini filij Mohammedis Almagiar*. 1. Divina reijciunt attributa. 2. Hominem non liberè,

sed

sed coacte agere. 3. Deus auctor est tam boni, quam mali, commodi, & incommodi. 4. Deus in patria nequaquam corporeis comprehenditur oculis, sed ex corde ad oculos quaedam transmittitur potentia, qua comprehenditur, qua est visio beatifica. Ex hac Secta aliae quoque tres exorta sunt, nimirum ea

17. Quae dicitur *Albargunijah*; unde autem sic dicta fuit, nostri retinent auctores. In hoc vno differt haec ab alijs dogmate. Verba Dei qua in Scripturis leguntur, sunt accidens, qua vero scribuntur, sunt corpus.

18. Dicitur *Alzahfranijah*; non notatur, unde derivatur & ista. Hoc peculiare illius dogma est. Verba Dei sunt creata; quod ita probant: Quicquid aliud est à Deo, est creatum; sed verba Dei sunt aliud à Deo, ergo verba Dei sunt creata.

19. Postrema nuncupatur *Almosba drach*. Huius auctores concedunt, verba Dei aliud esse à Deo, & quicquid aliud est à Deo, esse creatum, sed simul fatentur, id repugnare Alcorano, qui asserit, verba Dei esse increata, adeoque in proprio harent.

20. Tertia demum, Gibritarum Secta duos habuit duces, duoque item nomina, dicitur aliquando *Althararjah* à *Dhatharo filio Humri*, & aliquando *Alhaffijah* à *Hafso Alkerlo*. Haec eius sunt dogmata. 1. Deus potentissimus, & scientissimus inferiores nihil curat res:

2. Deus est quadam præditus qualitate, quam nemo nouit, nisi ipse. Dicitur hæc fuisse opinio quoque Abihanifæ. 3. Homo sexto quodam præditus est sensu, quo Deum in die Iudicij, & Resurrectionis uisurus est. 4. Summum Sacerdotium est iuris electionis, non autem successionis, & hæreditatis.

21 Ex Sex primarijs tertio sequitur loco Secta illa, quæ uocatur *المفاتيح* *Alsafatijah* ab attributis; *سفا* *Sefa* enim, à qua deriuatur, attributum denotat. Hæc directè, & ex diametro opponitur Sectæ Mohtazlitarum, cum attributa, unde dicta fuit, in Deo admittat, & acerrimè propugnat; illa uerò omnia reiiciat. Imò primi eius propugnatores minimè distinguunt inter attributa essentialia, & ab intra, & inter attributa operationum, & ad extra. Hinc acriter à multis reprehensi sunt, & asperius in crimen uocati impietatis, quia hoc asserendo Deum faciunt creaturis similem. Proindè factum est, ut inter se non consenserint asseclæ, sed in varias abierint opiniones, & Sectas.

22 Prima appellatur *الاشعريه* *Alascharijeb* à cognomine sui auctoris *ابى الحسن على بن اسماعيل* *Abilhasan Ali filij Ismaelis Alaschari*. Huius hæc sunt dogmata. 1. Quamuis in Deo sint utriusq; generis attributa admittenda, nihilo tamen minùs non sequitur, eum similem esse suis creaturis; imò

imò hoc vel animo concipere impium ducendum est. 2. Deus est cognitor tam vniuersalium, quam particularium, nec eum quicquam latet eorum, quæ in Cælis sunt, aut in terra. 3. Deus omnia potest, nihilq; eius excedit potentiam. 4. Quid sit Deus, nemo scit, nisi ipse Deus. 5. Verba Dei sunt reuelata, non creata. 6. Homo nullum producit opus, aut quicquam à se edit, aut ad producendum vllam habet potentiam, sed omnia ex illius procedunt motibus, aut quietibus, adeoque necessariis, & coacte operatur, & non libere.

23 Secunda vocatur *المشبهه* *Almoscibahab*, id est *Assimilans*, quia Deum suis similem facit creaturis, Huius hæc sunt Theses. 1. Deus potest sibi vnire creaturas, easq; assumere ad tempus. Quod exemplo confirmant Gabriëlis Archangeli, qui Mohammedi apparere solitus erat sub forma Arabis cuiusdam, quemadmodum & Virgini Mariæ sub humana apparuit forma. 2. Dei potentia liberum est, assumere aliquid totum, vel eius partem.

24 Tertia vocatur *الامرانيه* *Alcaramijah*, auctore *محمد ابني عبد الله الكراماني*

Mohammede Abiabdalla Alcarami. 1. Is non solum attributa in Deo cum Symonistis admittebat, sed ea omnia, quæ de Deo dicuntur, ad literam intelligenda esse volebat. Atque sic cum dicitur in Scripturis,

Deum ambulare, de vera ambulatione, quæ fit pedibus, id accipiebat, idem de visu, auditu, odoratu, ira, & eiusmodi. Proindè ex hac thesi inferebatur, hunc creaturis Deum similem facere, atque corporeum, ex quo illius doctrinæ sectatores dicti quoque sunt *المؤمنين* *Almogiassemeh*. quæ dictio denotat (si interpretari velis) *Incorporantes*, seu Deo corpus attribuantes. Ea autem propter hoc, consequenter addebat. 2. Deus in superiori, & conuexa Solij sedet parte, eamq; tantùm Solij tangit portionem, etsi inde in aliam, & aliam sese transferre possit, vt ipsi lubet. Secta hæc in duodecim alias secatur, quarum sex præcipuè sunt.

1. *البنوديه* *Alhabdijah*. 2. *البنوديه* *Albannijah*. 3. *الدوشيه* *Alduscijah*. 4. *الاساقيه* *Alashachijah*. 5. *الواحدويه* *Alahadijah*. 6. *الواحدويه* *Albaidhamijah*. Harum Sectarum sex quinam fuerint propugnatores, & quædam earum peculiaria sunt dogmata, non notatur à nostris auctoribus distinctè, sed indiscriminatim ita dicunt: Horum quidam afferunt. 1. Deus nequaquam sedet, vel in conuexa Solij parte, vel concaua, vel vlla alia determinatè, sed in aliqua, quæ assignari non potest. Alij. 2. Deus non partem aliquam, sed totum occupat Solium. Nonnulli. 3. Deus nequaquam sedet in Solio, sed è regione illius, itaut spatium aliquod interfit, quod secundùm aliquos finitum est, secundùm alios infinitum

tum. Alij : 4. Deus minimè fedet in loco aliquo circumscripto, aut vllam habet cum loco proportionem. Alij : 5. Deus cùm corporeus sit, necessariò proportionato indiget loco, & loco circumscribendus. Alij : 6. Deus in nullo existere potest loco nisi in semetipso. Alij : 7. Omnes res vnica existunt existentia. Alij : 8. Tot sunt existentia, quot rerum genera. Alij : 9. insurgant. Si tot sunt statuenda existentia, quot rerum genera, tantundem statuenda essent potentia, quod absurdum est. 10. Nequaquam, respondebant illi, id sequi, quia vnica potentia hæc omnia efficere potest, quamquam diuersa à diuersitate generum forrretur nomina. Sex alia Sectæ, quoniam ignobiliores, & obscuros fortitæ sunt auctores, qui nulla posteris suarum opinionum scripta opera reliquerunt, à Scriptoribus neglectæ sunt.

25 Quarta vocatur *الغمامية* *Alghamasiab*, quasi dicas *Nobilos*, quia asserbant illi, Deum singulis annis tempore Veris semel descendere per nubes, totamque circuire, atque inuisere terram, illique eius annu statuta, & leges præscribere.

26 Quarta ex sex præcipuis est Secta *الوارج* *Alchavaregi*, quos latine interpretari possumus *Desciscentes*, sive *Exeuntes*. Ratio appellationis est, quia exierunt, atque desciverunt à Summi sui Pontificis obedientia. Verùm hæc de re non est omnium eandem sententia. Etenim eorum quidam Summum Sa-

cerdotium ex sua religionis albo omninò esse abolen-
dum, contendunt. Alij non item; sed non esse iuris
succellionis, & hæreditatis volunt, verùm meræ, &
liberæ electionis. Illis directè, & ex Diametro op-
ponitur Secta الشيعية *Alschijah*, de qua infra suo
loco, qui acriter contendunt, Summum Sacerdotium
esse iuris familiæ, & Posterorum Aali filij Abitalebi,
nec ad alios vllò prorsùs modo transferri posse. Hæc
quoque Secta plures peperit alias, quorum

27. Prima nuncupatur الازرقه *Alazarakah*, à
suo auctore ابي راشد نافع ابن الازرق

Abirascedo Nafao filio Alazraki. Nafæus iste omnium
primus exercitum duodecim millium hominum
ex Vrbe Bassora conduxit contra Aali filium Abita-
lebi primum Mahomedanz gentis Pontificem
Proindeque الامام *Pontifex* antonomasticè,
illis dicitur. Peculiaria autem huius Sectæ hæc sunt
dogmata, ac theses, 1. Aali filius Abitalebi infidelis,
ac apostata est, quia primus contra fideles exitiosum
gessit bellum imperandi inductus cupiditate. 2. Om-
ni tempore bellum gerendum est. Hæc thesis est con-
tra communiorem Arabum institutionem, & discipli-
nam, qui certis anni temporibus à bello vacandum
esse illis erat in decretis etiam ante Mohammedis-
mum. 3. Hostium liberos, vxoresque interficere li-
citurum est. 4. Adulter haud lapidandus est, quia hu-
ius

ius rei nulla in Alcorano mentio est; secùs agendum est cum adultera. 5. Pueri infidelium vnà cum parentibus Inferorum punientur igne. 6. Deus potest mittere Prophetam aliquem, qui fidem post Prophetie donum abnegaturus sit, vel qui ante Prophetiam infidelis fuerit. 7. Tam maiora, quàm minora crimina sunt opus infidelitatis. 8. Quisquis crimen aliquod maius, & lethale admittit, infidelis habendus est, proindeque æternas luet pœnas.

28 Secundæ Sectæ propugnatores appellantur *الجناد* *Alnagidat*, ac si dicas *Auxiliarios*, quia auxilio fuerunt *لعاصم بن عمرو النسي*

Hafemo filio Hameri Hanfæo. Iste dogmatibus Azrakitarum hæc alia addebat. 1. Infidelis ille habendus est, qui leuissimi criminis reus est, si in illo persistat; contra, fidelis, qui non persistit. etsi grauissima admittat.

29 Tertia vocatur *البيهسية* *Albiahscijah* à suo auctore *البيهسيه* *Abi-Baihascio* filio *Giaberi*. Is præter suorum dogmata, Fidem hac definitione explicabat: *Fides est scientia cordis sine confessione oris, ac sine operibus*. At quidam, sic eam definiuisse, aiunt: *Fides est scientia cordis, & confessio oris*.

30 Quarta nuncupatur *العوتيه* *Alhanfiah*; qui-

quibus auctoribus nata mihi modo non constat, nec apud laudatos meos auctores legi. Bisariam eius diuiduntur assertores. Quidam aiunt, eum grauissime, & lethaliter peccare, qui ad indictum certis anni temporibus bellum non procedit, aut suorum sine legitima causa relictis castris domum reuertitur. Alij non item, nisi stipendio, & sacramento sit obstructus. In hoc tamen conueniunt, quod, si Summus Sacerdos omnium constitutus votis peccauerit, vniuersus grex præsens ille sit, vel absens, criminis illius reus agatur. Asserebant præterea nequaquam infidelem, aut apostatam esse eum, qui fidem abnegat, nisi fidei opus aliquod obmittat, vt ieiunium, preces, & eiusmodi.

31 Quinta appellatur *أهل التفسير* *Ahlo Altasfiri*, hoc est *Interpretantium*, quia docent, quod qui aliquem religionis credit articulum, teneatur scire omnes illius interpretationes, & qualitates.

32 Sexta *أهل السؤال* *Alsaualo*, id est *Interrogantium*. Isti ad salutem satis esse ducunt, si quis proferat: *Fateor*; *Unum esse Deum*, & *Mohammedem Apostolum Dei*; cætera à Deo tradita, ac imperata summantini, & implicite credere sufficit, & de obortis interrogare dubijs, quatenus opus est.

23 Septima dicitur *أهل الحائض* *Amohallalah*, quæ *Uicium habentes* denotat, si interpretari velis. Assere-

rebant enim eius auctores, nihil illicitum esse, nisi quod expresse in Alcorano, & nominatim interdictum fuit, uti est commestio, morticinij, sanguinis, suillæ, nulli litandum, aut immolandum nisi Deo.

34 Octava vocatur *المفوضه* *Almosauadhah*, quasi dicas, *libertati relictæ*, quia huius sectæ auctores asseuerabant, Deum omnia hominum indulgisse libertati, nec ullam ipsi curam esse rerum humanarum, aut humanis adesse operibus.

35 Nonæ auctores nominantur *العجاردة* *Albagiaradah* à *عبد الكريم بن عجرد* *Abdalcarrimo filio Hagiradi*, quorum hæc sunt peculiare Thefes.

1. Pueri si discretionis non attigerint annos, nequaquam ad religionem Mohammedanam sunt admittendi. 2. Pueri infidelium Inferorum cum parentibus luunt pœnas. 3. Præda non licet prædatori nisi interfecto domino. 4. Bellum aduersus Mohammedanæ religionis hostes non est præceptum obstringens, sed actus virtutis laudabilis. 5. Caput Iosephi ex Alcorano demendum est, quia non est demissum, & traditum, sed est simplex quædam historia. Isti autem in diuersas subdiuiduntur sectas, quarum.

36 Prima dicitur *الصليتيه* *Alsaltijah* à cognomine auctoris *عبدان ابن ابي الصلت*

Hotmani filij Abi-Isalt, qui has addiderunt præcedentium Thesibus. 1. Pueri infidelium ante annos discre-

tionis mimimè sunt cogendi ad fidem, etiamsi ad eam parentes conuersi sint. 2. Pueri fidelium ante annos discretionis nec fideles sunt, nec infideles.

37 Secunda nuncupatur *الميمونية Almaimunijah* à suo duce *الميمون Almaimun*, cuius hæc sunt Thefes. 1. In hominis libertate planè situm est, aut bonum operari, aut malum. 2. Deus nullo penitus modo concurrat ad humanos actus, tametsi solùm velit bonum, non autem malum. 3. Matrimonia contrahere licet cum filiabus filiarum, & filiorum, fratrum, ac sororum. 4. Caput Iosephi vt apocryphum ex Alcorano demendum est. 5. Licet occidere Regem tyrannum, & qui eius tyrannidi consentiunt. 6. Pueri infidelium beatitudine cum fidelibus in Paradiso fruuntur.

38 Tertia vocatur *المزجيه Alhamzjah* ab auctore *حمزة بن ادرك Hamza filio Adrachi*. Is à præcedentibus in hisce tantùm duabus discrepat thesibus. 1. Pueri infidelium æternis damnantur Inferorum pœnis. 2. Licet eodem tempore duos habere Summos Pontifices.

39 Quarta appellatur *الاطرافيه Alatrassjah*, quasi dicas, *in extremitate positos*. Ratio denominationis est, quia sectæ huius auctores asseuerant, eos, qui in extremitate Orbis positi sunt, seu longè distiti, ita ut ad illos legis, & religionis Mohammedanæ notitia peruenire facillè non possit, ad nihil aliud teneri, nisi ad ipsius intellectus dictamina.

32 40 Quinta vocatur **الألفية** *Alchalfijah* ab auctore **خلف الخارجى** *Chalfo Charigao*. Eius theses sunt.
 1. Omnium humanorum operum, & actionum tam bonarum, quàm malarum solus Deus est auctor, et si ab homine suam accipiant denominationem. 2. Deus iniustus est, quoties pœnam irrogat hominibus pro eorum operibus, cùm illorum ipse sit auctor.

41 Sexta dicitur **الأزمه** *Albazamijah* à **ازم** *Hazemo filio Folani*. Huius sunt peculiare theses. 1. Deus producit humanos actus, ideòq; non est in hominis potestate quicquam liberè efficere. 2. Deus nō potest facere nisi id, quod vult. 3. Deus perpetuò diligit suos electos, & odio habet hostes suos.

42 Septima nuncupatur **الشعبية** *Alschohaibijah* à **شعب** *Sciohaibo filio Mohammedis*. Is iuuenis eadem sentiebat cum Almaimun, at seni facto hoc peculiare fuit dogma: Deus est humanorum actuum auctor, homo verò eos sibi comparat, & rationem pro illis reddere tenetur, proindeq; pro iisdem aut remunerandus est, aut puniendus.

43 Octava appellatur **التعليمية** *Altabalabijah* auctore **تعلبه بنى فسلان** *Thablaba filio Folani*. erat iste ex schola **عبد الكريم بنى عرد** *Abdalchaximi filij Hagiardi*, in illiusq; iurauerat. verba, tandem in his ab illo dissensit. 1. Pueri haud emancipandi sunt, aut ad religionis obligantur præcepta; donec attigerint perfectam ætatem, & fidem vel ap-

probauerint præbendo consensum, vel reuocauerint, & improbauerint. 2. Pueri in statu pueritiæ nec fideles sunt habendi; nec infideles, neque Dei amici, neque hostes. 3. Decimæ à seruis, seu libertis, exigendæ sunt, si diuites euaserint, si verò pauperes ex illis subueniendi.

44 Nona nuncupatur *الأخندية* *Alachnasijah* à nomine auctoris *الأخندى بن قيس* *Alachnasô filio Kaisi*. Hic in hisce dissentit à Tahlaba Thefisibus. 1. Furari, & surripere impium, ac turpe est, rapere verò non item. 2. Bellum infidelibus inferendum nequaquàm est, aut indicendum, nisi propositam eis prius religionem amplecti recusauerint. 3. Matrimonia, & affinitatem cum infidelibus contrahere licitum omninò est.

45 Decima dicitur *المعبدية* *Almohbadijah* auctore *معبد بن فالان* *Mohbado filio Folani*. 1. Matrimonia nequaquàm cum infidelibus sunt contrahenda, nec vllò modo Moslemannæ mulieres infidelibus tradendæ. 2. Decimæ à libertis minimè exigendæ sunt.

46 Vndecima nominatur *الرشيدية* *Alrascidijah*, à suo auctore *رشيد الطوسي* *Rascido Atrusi*, nec non *العشيدية* *Alhascirijah*, quasi *Decimanam* dicas. Ratio denominationis est, quia isti censebant contra aliorum opinionem, integras decimas exigendas esse à prædijs, & agris, qui non pluuijs & imbribus irrigantur, sed fluminum, & fontium aquis. Cæterùm cum alijs sentiunt.

47 Duodecima dicitur الشيبانیه *Alscibanijah*, quia refertur ad مسامه الجارحى *Scibanum filium Moslemah Charigeum*. Is superiorum thesibus impias has addit duas. 1. Deus omnia ignoravit, donec sibi creavit scientiam, qua ea cognovit. 2. Deus rerum nequaquam assequitur scientiam, & cognitionem, nisi quando producuntur.

48 Tertia decima appellatur المكرميه *Almochrāmijah* ab eius auctore مكروم بن فلان العجمي *Macramo filio Folani Hagelita*. Iste dissensit ab alijs in hisce thesibus. 1. Omittens preces est infidelis, non quidem quòd preces omiserit; sed quia id præstans ostendit se ignorare Deum, illumque parvi facere. 2. Secus si maiora admiserit crimina, quia tunc ignoranter, putat Deum illius nescire arcana, nec etiam, quæ palàm committit, curare. 3. Deus non infligit homini supplicium, aut pœnas nisi pro delictis, quibus obnoxius deprehenditur in extremo vitæ termino.

49 Quarta decima vocatur المعلوميه *Almablumijah*, id est *Cognoscens*. Ratio denominationis est, quia eius auctores, & propugnatores asserunt, quòd qui Deum non *cognoscit* secundùm omnia eius nomina, & attributa, nequaquam fidelis sit habendus. Prætereà humanos actus à sola pendere hominis libertate.

50 Quinta decima dicitur الجهوليه *Almagibulijah* id est *ignorans* & antecedenti opponitur, quia asserit, hominem nequaquam infidelem esse, si aliqua Dei

igno-

ignoret nomina, & attributa. Horum insuper sententia de actibus humanis ex diametro pugnat cum antecedente, quia in solum Deum illos refundunt isti, ut illi in solum hominem.

5. Sexta decima nūcupatur *الإباضية* *Alabadhiyah* à suo duce *عبد الله ابن إباض* *Abdallah filio Abadhi*. Huius hæ sunt peculiæ theses. 1. Qui dissentiunt à nobis in assignatione plægæ, versùs quam in orando conuertenda sit faciès, non sunt recensendi inter associantes, (id est, qui plures colunt Deos), sed infideles habendi. Pro huius rei intelligentia sciendum est: Mohammedanis, præcipuè qui *أهل المدينة* *Sonnita* dicuntur, solemne est, ut orantes facièm Meccanum Templum versùs (conuertant, quemadmodum & Iudæis versùs Ierosolymitanum,) & Christianis Orientem Solem, ut Patres, & Scriptores nonnulli tradunt, & antiquarum Ecclesiarum nobis demonstrant formæ. Sed illi dogma hoc tanta superstitione obseruant, ut putent, eorum preces, qui aliò facièm orantes vertunt, non solum Deo non esse acceptas, verùm etiam infideles esse, licet non associantes, nimirùm Deorum non admittentes pluralitatem.

2. Cùm ijs, qui eiusmodi dogma non seruant, Matrimonia contrahere licitum est. 3. Horum bona, & facultates surripere, aut vi auferre nefas est, nisi indicto eis bello, & indicata causa. 4. Maiora perpetrantes crimina, seu lethalia, idololatræ non sunt, aut associantes

tes, sed infideles, & non credentes. 5. Actus humani à solo producuntur Deo, at ab homine acquiruntur, & comparantur, proindeque illi attribuuntur, non quidem methaphoricè, sed propriè, quapropter pro illis aut præmium, aut pœnam meretur. 6. Qui lethale admittit peccatum nequaquam fidem abnegat; sed infidelis dicitur, quia Dei abnegavit beneficia.

52 Decima septima vocatur *الفصيه* *Alhaffijah* auctore *حفص بن مقداد* *Hafso filio Makdadi*. Huius peculiare theses hæc sunt. 1. Fides, & associatio (nempe credere pluralitatem Deorum) sunt vnus, idemque habitus, qui est cognitio Dei. 2. Qui cognoscit Deum, & alia improbat, v. g. Scripturas, Apostolum, Resurrectionem, Paradisum, Infernum, & eiusmodi, infidelis est, non autem associans.

53 Decima octava dicitur *اليزيديه* *Aliazidijah* ab auctore *يزيد بن انيسه* *Iazido filio Anise*. Huius peculiare theses, sunt. 1. Deus alium Apostolum barbarum (id est non Arabem) missurus aliquando est, demittetque ad illum librum in Cælo exaratum, non quidem per partes, & capita, sed totum semel, & simul. 2. Qui maxima, vel minima admittit crimina associans censendus est.

54 Vndeigesima appellatur *الهارثيه* *Alharehijah*, ab auctore *الهارث* *Alharetho*. Is ex Abadhitarum schola, & secta est, sed quoad liberum arbitrium, & potentiam ante actum Mohtazlitarum secutus est opinionem.

55 Vigesima duplici vocatur nomine, modò enim dicitur الزباديه *Alziadijah* à nomine sui auctoris, modò المصفرية *Alfahrijah* ab eiusdem cognomine. Is partim conueniebat cum Azarakitis, partim cum Alnagidatis, partim Alabadhitis; differebat verò ab eis in sequentibus thesibus. 1. Bellum hostibus nequaquam, inferendum est ex diuino præcepto. 2. Adulter lapidandus est. 3. Infidelium, pueri minimè sunt occidendi. 4. Infidelium pueri non sunt infideles, nec æternas luunt pœnas. 5. Patrantes crimina seu delicta, quibus à lege statuta est nominatim pœna aliqua, nec infideles suat, nec associantes; secus verò, si nulla statuta est. 6. Nemo certò scit, an fidelis sit, vel infidelis, licet fidem profiteatur. 7. Duplex est associatio, vna obedientia, quæ præstatur Diabolo; altera Idolorum cultus. 8. Duplex est infidelitas, vna est abnegatio gratiæ, & accepti beneficiij; altera Diuinitatis.

56 Quinta ex præcipuis Secta dicitur المرجية *Almorgiah*, quasi dicas *Procrastinantes, differentes*, ita appellati, quia arbitrantur, præmium, & pœnam differri vsque ad diem Iudicij. In plures isti quoque subdiuiduntur Sectas, quarum

57 Prima vocatur المرجية الكالسة *Almorgijah Alekalsah*, quasi dicas *Morgitas puras, seu Puritanos*, auctore جونى المصري *Junes Anamaini*, ac propterea ab eius nomine dicitur etiam اليونانية

Alium-

ET EIVSDEM PRIMATV. 411

Aliunsiyah, Horum hæ sunt theses. 1. Cum fide nulla obest prævaricatio, quemadmodum cum infidelitate nullum prodest obsequium, aut obedientia. 2. Fides est Dei cognitio cum subiectione absq; nimis curiosa inquisitione, & cum dilectione cordis; cætera obedientialia opera ad Fidei non spectant essentiam, aut rationem, nec eorum ommissio Fidem lædit, nec refractarius pœnam vltam meretur.

58 Secunda vocatur *العبيدييه* *Alhobaidijah* ab auctore *عبد المکتب* *Hobaido Almoctabo*. Huius theses sunt. 1. Nulla crimina, aut delicta reputantur homini, aut obsunt, infidelitate excepta. 2. Qui suum obit diem confitens Dei vnitatem nullo prorsus afficitur damno, aut ratio pro patris criminibus ab illo exigitur. 3. Scientia Dei aliud est à Deo, quemadmodum, & eius verba. 4. Deus est ad imaginem, & similitudinem hominis.

59 Tertia nuncupatur *العسائيه* *Alhassanijah* ab auctore *عسان الكوفي* *Hassano Cufensi*, cuius hæ sunt peculiare theses. 1. Fides est cognitio Dei, & Apostoli eius, (Mohammedis) nec non confessio eorum, quæ Apostolo reuelata sunt, secundum summam, seu totum, non autem secundum partes, aut interpretationes. 2. Fides non suscipit magis, & minus. 3. Si quis dixerit: Scio, Deum prohibuisse suillam, sed nescio an ouis ista sit ille sus, vel aliud

animal; is fidelis est. 4. Si quis dixerit: Noui Deum instituisse peregrinationem ad Caabam, seu Templum Meccanum, sed nescio, an sit apud Indos, vel vbi terrarum, is fidelis est.

60 Quarta dicitur *المرجيه القدرية Almorgijah*
Alkadrijah, id est composita ex Morgæis, & Kad-
 ræis, auctoribus *صالح بن عمرو ومحمد شبيب وابي*
Saleho filio Hamri, Mohammede

Sciabibo, Abi-sciamro, & Ghilano. Isti omnes iungunt inter liberum arbitrium, & procrastinationem. Eorum verò peculiare theses sunt. 1. Qui asserit, Deum esse Trinum, non est infidelis, licet eiusmodi propositio non prodatur nisi ab infideli. 2. Fides est cognitio Dei, & subiectio ipsi. 3. Negatio Apostoli non tollit rationem, & essentiam Fidei. 4. Oratio non pertinet ad cultum Dei altissimi. 5. Sola Fides ad salutem requiritur, & diuinum cultum, & est vnicus habitus minimè suscipiens magis, & minus. 6. Infidelitas est etiam vnicus habitus, qui nec magis suscipit, nec minus. Abu-sciamrus autem Kadraeus autumat, quòd profiteri, & fateri ea, quæ à Deo reuelata sunt Prophetis, & Apostolis, non pertineat ad rationem fundamentalem Fidei, nec ad eius principiorum conceptum. Item, & quòd habitus Fidei particulares non sint Fides, neque pars Fidei, sed quòd hæc constet

ex pluribus habitibus particularibus. Rursus asserē-
bat, actus humanos siue bonos, siue malos ex homi-
nis pendere libertate, & nullo modo ad eos concur-
rere Deum. Porrò Ghilanus filius Meruani Kadraus
Fidem ita definiuit: *Fides est cognitio Dei, & illi subie-*
ctio, nec non dilectio in corde, & confessio eorum, qua re-
uelata sunt Prophetis. Cognitio autem per ipsum du-
plex est; vna, qua cognoscitur Deus, vt rerum om-
nium conditor; & hæc non pertinet ad habitum Fidei:
altera est acquisita, & permanens, & hæc pertinet
ad rationem Fidei.

61 Quinta vocatur **المرجية البدرية**
Almorgijah Algiabrijah, composita ex Morgæitarum,
& Giabræorum Sectis. Dicitur etiam **الثوبانية**
Altubanijah à nomine auctoris **أبي ثوبان**

Abi-thuban. Huius hæ sunt peculiæ theses. 1. Fi-
des est cognoscere, & credere in Deum, & fateri Pro-
phetas, ac Apostolos eius, atque ea omnia, quæ fa-
cienda, dicat intellectus; quæ verò omittenda, non
pertinent ad Fidem. 2. Remuneratio operum tota
pendet à Fide. 3. Si Deus crimina remittet alicui in
die Iudicij, & Resurrectionis, condonare quoque
tenebitur omnibus ijs, qui similibus sunt impliciti cri-
minibus. 4. Fideles secundùm peccatorum, & scele-
rum suorum grauitatem, aut leuitatem pœnas luent

die Resurrectionis in Transitu, seu via, quæ ducit ad Paradisum.

62 Sexta nuncupatur *المرجية الجوارح Almorgijah* *Alehenaregi*, ratio autem denominationis est, quod sit composita, & compacta ex Morgæitarum, & Cho-uaregæorum Sectis, & opinionibus. Vocatur etiam *التومانية Altumanijah* ab ipso auctore *أبى معادة التومانى Abi-Maada Altumani*. Huius theses sunt; 1. Fides est immunitas ab infidelitate. 2. Fides ex pluribus constat habitibus, quorum vnus seorsim non est Fides, nec pars Fidei; vno tamen deficiente, tota corrumpitur Fides. 3. Cuiuscunque criminis, maximum sit, vel minimum, patrator non est dicendus præuaricator. 4. Habitus illi fidei sunt cognitio, credere, nullatenus dubitare, amor, & confessio eorum quæ ex nomine Dei annunciat hominibus Propheta, aut Apostolus.

63 Septima ex antecedente enata est, auctoribus *بن الروندى وبشر المرسي Ben-rauandi*,

& *Basciaro Almorfi*, qui in his tantum discrepabant.

1. Fides est credere in corde, & simul profiteri lingua. 2. Infidelitas est abnegatio, & inficiatio. 3. Adorare Solem, Lunam, Idola, & eiusmodi ex se non est infidelitas, sed signum infidelitatis.

64 Sexta ex Moslemanorum præcipuis Sectis est *التشيحية Alschihjah*, quasi dicas *sequaces, affectas*,

seu

seu *Sectarios*, & est Persarum, ratio denominationis est, quia Aali factionem, & partes pertinaciter sectati sunt, afferueruntq; Summum Sacerdotiū ad solos Aali pertinere posteros tam auctoritate Textus, quā in ex testamento. Item Summos Sacerdotes legitime succedentes nec in Fide errare posse, nec maxima, vel minima crimina comittere asseuerarunt. Isti in quinq; præcipuas diuiduntur Sectas, nempè in الكيسانية *Alchisanijah*, in الميزيديه *Aliazidijah*, in الاماميه *Alamamijah*, in الاسماعيليه *Alasimabilijah*, & in العنلوة *Algolaco*. Horum nonnulli propendent in principijs, & fundamentis ad Sunnitās, quidam ad Mohtazilitas, alij tandem ad Assimilantes.

65 Prima ex quinq, est الكيسانية *Alchisanijah*, ita dicta ab auctore كيسان *Chisano*, quem nonnulli fuisse Aali libertus ferunt, alij vero discipulum, & auditorem Mohammedis filij Hanfijah. Is cum sodalibus persuadere nitebatur, Aali filium Abitalebi mortales omnes in omni scientiarum genere longissime superasse, ac immensum quantum, siue Theologia spectetur, siue Philosophia, siue Astrologia, siue quæcunque alia scientia, itaut ex illius dictis totam pendere fidem arbitrarentur. Horum quidam parum firmiter resurrectionem admittebant. Alij transmigrationem animarum docebant. Alij reuersionem in hunc Mundum post circulationem, quandam animarum fore credebant.

66 Secunda nuncupatur *المختار* *Almochari* *rijab* à cognomine auctoris *أبي عبيد المختار* *Abi-hobaid Almochari*. Iste initiò fuit Charagæus; deinde factus Magulus, tum Scihita, tandem Chifanæus, & non multò post novam hanc condidit è suo nomine sectam, pluribus excogitatis fabulis, & blasphemijs, inter quæ, 1. Deus potest aliquid decernere, deinde verò mutare consilium, & aliud efficere, quod rectius, & quàm antea decreuerat, ipsi videtur. Id autem assererat, ut viam sibi, & aditum ad Prophetiam sterneret. Etenim multa euentura prædicebat, quæ si casu aliquo contingebant, ea sibi à Deo reuelata fuisse gloriabatur; sin minùs, aliter post reuelationem Deo visum fuisse, effutiebatur. Hinc aliquandò cum hostibus conflicturus suis pollicitus est militibus, Angelos sub albarum columbarum specie ipsis affuturos. Quod cum casu accidisset, & fortuito ad suos conuersus. *En*, inquit, *adsunt nobis Angelorum pollicite calitis cohortes*. Quibus illi conspectis tantum sumpsērunt animi, & hostes terroris, ut nullo negotio insignem, ac peropportunam reportauerit victoriam. 2. Inter eius hoc refertur deliramenta; Habebat quandam sedem perantiquam, & veterem, quam varijs excultam ornamenti in medium produxit suorum dicens: *Hæc est Sedes Principis fidelium Aali, quæ ea ratione, & Veneratione colenda nobis est,*

ET EIVSDEM PRIMATV. 417

que habenda, ac Arca fœderis habebatur apud Iſraë-
litas, & colebatur. Poſt Aſi Ben-talebum Summum

Sacerdotium iure pertinuiſſe ad محمد بن اللفه

Mohammedem filium Alhanſjah mordicus contende-
bat, illamque ob cauſam diuinis eum colebat hono-
ribus; nec ipſum mortuum, aut morti obnoxium
eſſe dici patiebatur, ſed in monte quodam à Leoni-
bus, & Leopardis viuentem cuſtodiri fabulabatur.
Addebat prætereà duos eò in monte profluere fontes,
alterum ſaluberrimæ aquæ; alterum dulciſſimi mellis,
ex quorum hauſtu vitam illum producere perennem,
tandemque poſt præſtitutum tempus rediturum fore,
& repleturum terram iuſtitia, quemadmodum iniu-
ſtitia, & iniquitate repleta fuerat. Hanc fabulam
adeò tenaciter aliqui imbiberunt, vt eam inter præci-
puos ſuæ religionis articulos eſſe reponendam non
modò acerrimè contenderint, verùm etiam ipſo ſan-
guine, & vita deſenſitauerint. Duo adhuc iſti doce-
bant, tranſmigrationem nimirum animarum, & redi-
tum, ſeu reuerſionem. Putant enim homines eòſ-
dem numero poſt aliquos orbium Cæleſtium circula-
tiones iterùm in hunc reuerſuros mundum, ſuiſque
fruituros bonis. Hinc Egypti, & alij, apud quos hæc
erat opinio, ſua bona, & facultates, aut in proprijs
ſepulchris, aut alibi hæc ſpe recondabant, quos poſteri
theſauros vocarunt. Refert in ſuo Chronico الافراني

Asphahanæus, quendam adijisse Homairum, qui hanc plurimum probabat opinionem, atque illi dixisse: *Relatum mihi est, te docere reditum, & reuersionem in hunc Mundum post mortem, Verum ne hoc est? Cui, Veram, inquit, tibi rebarum est, quia hæc mea est fixa persuasio.* Tunc homo ille: *Lites ergo mihi Unum à te mutuari modò aureum, pro quo centum post reditum tibi reddam? Cui ipse: imò & multò plures, si quis probus spoponderit, te hominem, & non canem, aut porcum, uel asinum, aut bestiam quampiam aliam reuersurum.*

67 Tertia vocatur *أبو هاشم* *Alhascimijah* à suo auctore *أبي هاشم ابن محمد بن أبي النقيع*.

Abi-hascemo filio Mohammedi, filij Alhanfijah. Iste improbauit imprimis eorum sententiam, seu insaniam potius, qui prædicabant, Mohammedem filium Alhanfijah eius parentem nequaquam mortem obijisse, sed superstitem adhuc esse in quodam monte, vt mox supra vidimus, ac solemnè attestatone affirmauit, eum vita defunctum fuisse. Huius verò asseclæ uolunt, Summum Sacerdotium ad eum, mortuo parente, iure translatum fuisse, quemadmodum & scientias omnes, ac diuina arcana, & huiusmodi nœnias alias. Eo autem decedente in quinque Sectas eius asseclæ partiti sunt.

68 Prima harum asserit, Abi-hascemum diem obijisse suum iter agentem ex Syria in Idumæam, &

in Summum Sacerdotem ex testamento instituisse Mohamimedem filium Aali, filij Abdallah, filij Habasij, quod iure tum hæreditario ad eius posteros deductum est, donec Chaliphatus ad Habbasitas revolutum fuit.

69 Secunda vult, Summum Sacerdotium iure pertinuisse post Abi-hascemi obitum ad eius ex fratre nepotem Hafanum filium Aali, filij Mohammedis, filij Albanfijah.

70 Tertia, non, inquit, sed Abi-hascemum id ex testamento delegasse fratri suo Aali filio Mohammedis, & Aali illud delegasse suo filio Hafano; nec Summum Sacerdotium ad alios devolui potest, sed iure hæreditario ad posteros filij Albanfijah pertinere.

71 Quarta asserit, Abi-hascemum successorem instituisse ex testamento in summum Sacerdotium, Abdallah filium Hamri, filij Harbi Candæi, in quem etiam asseverant eius asseclæ animam Abi-hascemi transmigrasse. Sed tandem cum Abdallah iste Atheus, & nullius fidei, aut religionis deprehensus fuerit, à suis destitutus est.

72 Quinta demùm affirmat, verum ac legitimum Summum Sacerdotem esse post Abi-hascemum Abdallah, filium Moauix, filij Abdallahi, filij Giasari, filij Abi-talebi. Is in dogmate transmigrationis non solum asseverabat animas transire in humana corpora, verùm etiam in corpora animalium. Quoniam verò

humanorum operum præmium, aut pœnam in eiusmodi animarum reponebat transmigratiōe. Resurrectionem, aliamque vitam penitus inficiebatur cum suis. Siquidem, vnusquisque, aiebat, pro meritorum, aut criminum ratione melius, aut deterius sortitur in hoc Mundo corpus, felicioresque fortunas, & dignitates. Et sanè eo progressa est hominis impietas, atq; temeritas, vt asserere fuerit ausus, Dei animam per varia transfusam fuisse corpora, donec tandem ad ipsum peruenit, illiusq; animauit corpus. Ex quo diuinos contulerunt ei cultus suę Sectæ homines. Quid autem de ipso actum fuit, inter suos non conuenit. Nam eorum quidam contendunt, eum adhuc esse in viuis, & ad præstitutum rediturum tempus, ac terram impleturum iustitia, quemadmodum iniustitia, & iniquitate impleta fuit. Alij contra probare obnituntur, eum diem obijisse suum, illiusq; animam transmigrasse in corpus

اسحاق بن زيد بن الهارث الانصاري

Isaaci filij Zaidi, filij Hareta Ansarij. Is aliam de sui aui nomine instituit sectam الحارثيه *Alharthijah* dictam, cuius affectatores pecudum more ex ipso instituto viuebant, quia nullum flagitium illicitum esse ducebant. Hinc inter Hascenaitas, & hos maximæ ortæ sunt subindè simultates, & rixæ tam circa Summum Sacerdotium, quam alia dogmata.

73. Quarta dicitur البيانيه *Albaianijah* auctore

ctore

ctore *Baiano* *بيان ابن شمعان النهدي* *filiò Simonis Alnahdi*. Iste Summum Sacerdotium à posteris Hascemi ad se translatum fuisse cum suis contendebat. Aali filio Abi-talebi cum Algolatis, de quibus infra, diuinos deferebat honores, & cultus. Nam diuinitatis particulam eius corpori vnitam fuisse publicè docebat, cuius virtute absentia, & futura cognoscebat, multaque efficiebat mira. Asserebant etiam, Aali hunc inter Diuos relatum sese in nubibus ostentare identidem, ac tonitrua eius esse vocem, fulgura halitum, fulmina verò iacula. Assueverabat insuper Baianus iste, diuinam illam particulam ad se translata tandem fuisse iure transmigrationis, proindeque Summo Sacerdotio dignus factus est, quem admodùm eandem ob rationem meruit Adamus ab Angelis adorari. Multas alias eiusmodi nœniaseffuebat.

74 Quinta vocatur *الرزامية* *Alrazamijah* ab auctore *رام بن فولان* *Razamo filio Folani*. Summi Sacerdotij successionem deducunt huius sectatores ex testamento ab Aali ad filium eius Mohammedem, tùm ad filium huius Aba-hascemum, dein ad filium Abdallahi, filij Habbasi, ad Mohammedem filium Aali, ad Mohammedem filium Abrahami, ad Aba-mosallem, in quo Spiritum Dei inhabitasse affirmarunt, demum ad Aba-moknah, qui

se Deum esse deliravit , multasque excogitavit infan-
 dias , & delirationes .

75 Sexta appellatur الزيدية *Alzaidijah*, quæ
 suam deducit nomenclationem à زيد بن علي بن أبي طالب
 زيد بن علي بن أبي طالب *Zaido filio
 Aali, filij Alhofaini, filij Aali, filij Abi-talebi* . Sum-
 mum Sacerdotium nemini iure competere volunt isti
 nisi solis Fatemæ posteris . Fatema autem erat filia
 pseudoprophetae Mohammedis, & vxor Aali filij Abi-
 talebi; nam pseudopropheta nullum reliquit post se
 marem . Dissentiunt inter se tamen huius sectæ pro-
 pugnatores in ratione , & modo successione . Quia
 aliqui eorum sentiunt , primogenitos, illorumque po-
 steros eodem iure sibi succedere debere . Alij non
 item , sed eum, qui dignior sit , cæterosque doctrina,
 fortitudine , liberalitate , alijsque excellat virtutibus ,
 ad Sacerdotij summum apicem euehendum esse , vo-
 lunt . Nonnulli eorum tandem non vnum , sed duos
 etiam constitui posse decernebant Summos Sacerdo-
 tes ex Fatemæ posteris , si eiusmodi præditi virtutibus,
 & conditionibus comperti fuerint , in diuersis tamen
 Orbis partibus , ac regionibus . Ex quo ratum , ac le-
 gitimum habuerunt Summum Sacerdotium Moham-
 medis , & Abrahami filiorum Abdallahi Alhafani ,
 filij Alhofaini , qui ambo sub Almanfuro id sibi ad-
 sciuerunt .

76 Septima nuncupatur الجاروديه *Algiarudijah* auctore الجارود *Abil-giarudo*. Existimant huius Sectæ homines, Mohammedem pseudopphetam destinasse sibi Successorem Aali filium Abi-talebi, at non nominatim hanc expressisse designationem successionis, sed ita illum descripsisse, vt de nullo alio intelligi potuisset descriptio illa. Hinc factum est, vt qui illo, posterisque posthabitis, Abubacrum, Homarum, & Hothmanum suffecerunt, grauiter peccauerint. At nec conueniunt etiam inter se Sectæ huius propugnatores de persona & eiusdem Aali posteris, à qua deducenda sit Summorum Sacerdotum series, aut per quos continuanda. Nam eorum quidam illam deducunt ab ipso Aali filio Abi-talebi ad Hassanum, tum ad Hofainum, & ab hoc ad Aali filium Hofaini Zainal-habedinum, deinde ad Zaidum filium Aali, ad Mohammedem filium Abdallahi, filij Hafani, filij Hafani. Qui autem successionem deducunt ad Mohammedem, dissentiunt etiam inter se. Quandoquidem eorum nonnulli autumant, eum adhuc superstitem esse, & hac mortalium frui auram inuisibilem; tandemque reuersurum fore in hunc Mundam, eumque iustitia impleturum, quemadmodum iniustitia, & iniquitate impletus fuit. Alij contra asserunt, eum in bello sub ~~محمدا~~ *Almostahfemo*, qui imperium Mohammedanorum

rexit anno Hegiræ 28. in bello captum fuisse, & in
carcerem detrusum ibi perijsse. Quidam successio-
nem legitimam perductam fuisse, aiunt, per Mo-
hammedis posteros vsque ad *محمد بن عمرو*

Iabia filium Hamri Principem Cufæ, qui sub *المعتز*
Almostahino anno Heg. 248. occubuit in prælio, de-
latumque fuit eius caput ad Mohammedem filium,
Abdallahi, filij Taheri Ducem exercitus *Almostah*
ni. Infinitæ sunt huius Sectæ Assertorum nœniæ, &
nugæ, quas omnes hic referre esset instituti nostri lon-
gè transilire limites. Quarum autem nugarum, & fu-
tilitatum causa huius sectæ auctor *Abugiarudus*

سرحوب *Sarhub* ab alijs cognominatus fuit, quod
est Diaboli cuiusdam, vt interpretantur, mare inco-
lennis, nomen.

78 Octaua dicitur *السليمانية* *Alsolaimanijah*
auctore *سليمان بن جري* *Solaimano filia*
Giariri. Iste Summum Sacerdotium esse iuris electio-
nis docebat, non autem successionis, & hæreditatis.
Prætereà eum legitimè ad illum euehi gradum, asser-
bat, qui plurium eligitur suffragijs, etsi alius existat
dignior, & præstantioribus ornatus meritis, & virtuti-
bus. Affirmabat tamen minùs dignum eligentes,
ac dantes ei suffragia, grauiter peccare. Ex quo Abu-
bacri, & Homari legitimè successisse Mohammedi
vole.

ET EIVSDEM PRIMATV. 425

volebat, sed eligentes, & promoventes maximi infirmulavit criminis, quòd eos ad illum euexerint gradum, Aali postposito. Hothmanum autem vt infidelem iste habuit, cum ijs omnibus, qui Aali bellum intulerunt. In duabus assertionibus longè discrepat ab alijs Scihitis. Primò circa decreta Dei, quia Scihitæ docent, Deum sæpè aliquid decernere, deindè mutare suum decretum, & aliud, atq; aliud statuere, prout aliter sibi visum fuerit, quod Solimanus iste nequaquam admittit, sed acerrimè hanc oppugnat sententiam. Secundò figuratam elocutionem ille non admittit, nisi maxima, ac manifesta cogente necessitate, vbi Scihitæ omnia suis eludunt tropis, & figuris.

79 Nona nuncupatur *الصالحية* *Alsalhijah* ab auctore *صالح بن حبي* *Saleho filio Haij*. dicitur etiam *Abtarijah* à cognomine *كثير النوبى الابر* *Cothairi Nubiensis Abtari*, qui erat Salehi collega, & eadem cum ipso sentiens. A Solaimanitis, de quibus mox diximus, in hoc differunt circa successionem in Summum Sacerdotium, quòd illi Hothmanum non solùm funditùs delent, & adimunt ex Summorum Sacerdotum albo, sed eum infidelem penitùs habent, ac perfidum, isti verò hærent, an fidelis, vel infidelis sit habendus, & à Summorum Sacerdotum adimendus catalogo, quia Aali intulit bellum.

Nam

Nam licet Aali per hos mortalium omnium post Pseudopphetam Mohammedem esset præstantissimus, & iure successio ad ipsum in eam præfecturam pertineret, nihilominus quia suo iuri lubens, ac volens cessit, Abubacrus, & Homarus legitimi sunt habendi. Ex quo inferunt, licitum esse minus perfectum præferre aliquandò perfectiori, ac præstantiori. In Summo tamen Sacerdote quatuor ex congruo requirenda sunt. 1. Doctrina. 2. Religio. 3. Fortitudo animi. 4. Liberalitas. quibus quintum addunt aliqui, nimirum speciem, & habitudinem corporis.

80 Decima nuncupatur *الاماميه* *Alamamijah*, à Summo Sacerdotio ita dicta, quia asserunt eius propugnatores, Summum Sacerdotium nemini competere iure potuisse post Mohammedem pseudopphetam nisi ipsi Aali, quem Mohammedes non descripsit, aut obscuris designavit figuris, sed apertissimis eum sibi successorem declaravit verbis, uti probantur ex *سورة برات* *Capite Brat*, aliisque narrationibus, quas pro se asserunt. Hæc secta in plures subdividitur quoque sectas, quarum

81 Prima dicitur *الباقرية* *Albakarjah*, à cognomine auctoris *ابن جعفر محمد بن علي الباقر* *Abigiahfari Mohammedis filij Ali Alhakari*. Vocatur etiam *جعفر الصادق* *Algiahfarjah* à nomine *جعفر الصادق* *Giahfari Alsadeki* præfati mox Mohammedis filij.

Horum aliqui in Summum Sacerdotium post Aali Ben-talebum successisse volunt Mohammedem istum filium Aali Albakari, & filium eius Giahfarum Al-fadikum post ipsorum parentem Zainal-abedinum. Sunt etiam qui Summum Sacerdotium deriuant ad vnum aliquem, & non ad ipsorum posteros, & isti vocati sunt الواقفیه *Alwakafijah*, quasi dicas *subsistentes*, quia in hoc vno subsistunt, & vltcrius hanc seriem non producant. Qui autem hunc volunt esse Albakarum, affirmant, eum tandem ad condictum reuersurum tempus. Is asserbat hominem neque coactè, vel ex necessitate suas edere operationes, neq; absolute, & liberè, sed mediam tenere viam inter necessitatem, & libertatem. Dicebat etiam, Deum velle aliquid in nobis, & aliquid à nobis. Quod autem vult in nobis, id nos celat, quod verò à nobis, id nobis aperit, & pandit. Quamobrem de ijs, quæ Deus vult in nobis, haud sollicitè nobis laborandum est. Inter huius dicta id notatur: *Gratias ago tibi Deus, Vel si benefecero, Vel prauaricatus fuero, quia quemadmodum nulla sum dignus laude si benefecero, ita nulla mihi suffragatur excusatio, si prauaricatus fuero.* Sub nomine Giahfari circumfertur كتاب القرع

Liber Sortium, cui tantum tribuunt Mohammedani omnes, cuiusq; sectæ sint, vt eo inconsulto nullum ferè opus alicuius momenti aggrediantur, ex quo Giah-

far ille cōgnomen الصادق *Alsadeki*, id est, *veracis* apud illos obtinuit.

82 Secunda appellatur الناوسية *Alnausijah*, quidam volunt à nomine cuiusdam oppidi huius nominis, alij à nomine cuiusdam hominis appellati ناوس *Naus* dictam fuisse volunt. Iti, Giahfarum, de quo mox diximus, adhuc in viuis esse, autumant, illumque المردي *Almohdi* decorant adiuncto, id est *Directorem*. Autumant quippè illum ad præstitutum tempus tandem reuersurum, hominesq; ad veram directuram religionem, ac optimis instituturum moribus. Afferunt præterea, Aali filium Abi-talebi mortuum fuisse, sed ante generalem resurrectionem fore resurrecturum, terramque iustitia impleturum, quemadmodum iniustitia, iniquitate, aliisque sceleribus impleta fuerat. His infinitas addunt nœnias, & nugas.

83 Tertia vocatur الافطحية *Alaftahijah* à nomine الافطح ابن جعفر الصادق *Alaftahi filij Giahfari Alsadeki*, & est frater Ismaëlis ex *Alsadeko*, & فاطمة *Fatema* filia Alhafani, filij Alhofaini, filij Aali, filij Abi-talebi. Hic Summum Sacerdotium tam iure legitimæ successione, quàm ex testamento parentis sibi arrogabat. Asserebat quoque, Summi Sacerdotis annulum neminem è digito eximere iure posse, nisi Summum Sacerdotem, qui in eandem succedit

præ-

præfecturam, dignitatem, ac officium. Item ad successorem pertinere illum lauare, parentalia cum supplicationibus miscere, demumq; tumulo mandare. Hoc autem, quia hæc ipse præstitit parenti, quem Summum Sacerdotem esse autumabat.

84 Quarta appellatur الشميطيّه *Alsciomaitijah* ab auctore شمييط *Iahia filio Abi-sciomaito*. Hic Summum Sacerdotium in ipso Aali incepisse ait, & in Giahfaro desijisse, alijs adiectis commentis.

85 Quinta vocatur الاسماعيليه *Alasmahilijah* ab اسماعيل اخي الافطح ابن جعفر الصادق *Asmaële*, seu *Ismaele fratre Alaftahi filij Giahfari Al-sadeki*. Horum quidam dicuntur الاسماعيليه الواقفيّه *Ismaëlita consistentes*; asserunt enim Summum Sacerdotem post Giahfarum esse Ismaëlem, quia in huius Summo Sacerdotio consistent autumantes, eum post temporis aliquod interuallum è mortuis resurrecturum, atq; reuersurum, & Summi Sacerdotij officium iterum obiturum. Dissident tamen in tempore mortis illius, quia nonnulli asserunt, eum mortuum fuisse patre adhuc viuento, adeoque Summi Sacerdotij functurum tantum fore post illius reuersionem è mortuis; alij verò non item, sed mortuum fuisse post obitum parentis, & illo officio functum.

fuisse aliquo temporis spatio. Istorum præterea nonnulli consistunt in Mohammede filio ipsius Ismaëlis, & hunc quoque reuersurum è mortuis existimant ad idem Summum Sacerdotium aliquandò obeundum.

86 Sexta istarum est *الموسوي* *Almusuijah*. Ratio nomenclationis est, quia huius sectæ homines seriem, & continuatam successionem Summorum Sacerdotum deducunt ab ipso Aali vsque ad Musam filium Giahfari, & id inferunt ex illo Alfadeki dicto ad suos posteros *سابعكم قايدهم* *Septimus Vester est subsistens Vester*, nempe in septimo subsistet Summum Sacerdotium, nec ulterius procedet.

87 Septima nuncupatur *الاثني عشرية* *Alathniascirijah* id est, *Duodecimana*, seu *Duodenaria*. Ita autem dicta est, quia eius assertores duodecim tantùm Summos Pontifices agnoscunt, & admittunt. Dicuntur etiam quandoque *القطعية* *Alkathijah*,

quo nomine opponuntur ijs, qui *موسى بن جعفر* *Musam filium Giahfari Alcadhenum*, adhuc viuere somniant, nam *القطع* *Alkatho* Arabibus mortem etiam significat. Quandoquidem huius sectæ propugnatores Musam hunc suum obiisse diem testimonijs in medium productis probant, illiusque id testatur monumentum, quod *بطوسي* *Tasi* visitur, quemadmodùm & filij illius *محمد التقي* *Moham.*

Mohammedis Altaki, quod est في مقابر قريش
Inter Coraiscitarum sepulchra, tum على بن محمد
Aali filij Mohammedis tumulus, qui extat Kami, &
 sic de alijs. Hæ sunt sectæ decimæ subdiuisiones.

88 Undecimæ Sectæ propugnatores dicuntur
 الغلاة *Algalatho*, quasi dicas *hyperbolicos*, quia suos
 Summos Sacerdotes extra creaturarum efferunt limi-
 tes, ac terminos, diuinitatem eis tribuentes, non qui-
 dem analogicè, quemadmodum Moyses dicitur Deus
 Pharaonis, aut Iudices apud Hebræos **אלהים**
Dij, sed vniuocè. Isti varia habent varijs in locis no-
 mina. Asphahani quippè dicuntur **الازمية** *Alhazmi-*
jah, & **الكودية** *Alculijah*, Raij **المزكية**
Almazdachijah, **السنبادية** *Alsenbadijah*,
 Adrichani **الدقولية** *Aldakulijah*, in Mesopotamia
المبيضة *Almobaidha*. Horum præcipua dogmata
 quatuor sunt. 1. **التشبيه** *Affimilatio*; asserunt enim
 Deum similem esse creaturis. 2. **البدل** *Mutatio*;
 affirmant quippè, Deum mutari, atq; sua variare con-
 silia, & decreta; ita sanè, vt quod ipsi heri rectum,
 ac faciendum videretur, hodie non item. 3. **الرجعة**
Reditus, seu *Reuersio*, nempè post aliquas or-
 bium cælestium circulationes rursus nobis redeun-
 dum in hunc Mundum erit. De quo dogmate vide

suprà. 4. التناسخ *Transmigratio animarum* .

89 Duodecima appellatur السبائية *Alsabaijah* auctore عبد الله بن سبأ *Abdallah filio Saba*. Is ipse Aali adhuc viuentis apertè adulatus est fortunam, eiusque Diuinitatem hisce asseruit verbis:

أنت إلهي أنت الإله *Tu, tu; nempe*

tu es Deus. Proindè autem exilio ab ipso Aali mulctatus fuit. Hunc verò fuisse Iudæum, Arabum ferunt Scriptores, eademque sensisse de Iosue in Iudaismo, quæ de Aali in Mohammedismo. Is omnium primus asseueravit Aali Summum Sacerdotium esse iuris diuini, & quòd adhuc viueret in Cælos translatus, ac minimè interfectus, & quòd spatia retur in nubibus, ac tonitrua sint vox illius, & fulgura halitus, fulmina verò iacula. Hunc magna secuta est multitudo, quæ *expectantium* dicta fuit, eò quòd Aali expectant reditum in Mundum, multaque alia effutiuit deliramenta, quæ singula recensere longum, ac molestum esset.

90 Decima tertia vocatur الكاملية *Alkamlijah* auctore, & duce أبي كامل *Abi-camel*. Hic omnes Mohammedis socios infidelitatis, ac perfidiæ insimulauit, quòd Aali posthabito, Abubacri, Homari, & Hothmani assensu fuerint inaugurationi. Imò & ipsum Aali eodem condemnauit crimine, quòd suo cesserit iuri. Asserebat prætereà Summum Sacerdotium

tium nihil aliud esse,quàm lumen quoddam, quod de persona in aliam transmigrat, sed in vna aliqua est Prophetia, in alia verò Summum Sacerdotium. Animarum transmigrationem mordicùs defendebat.

91 Decima quarta appellatur *العالمانيه* *Alhalbanijah* duce *الذراع العلي ابن* *Alhalba filio Aldharahi*, quem aliqui fuisse genere *اسدي* *Afadaum*, alij verò *دوسي* *Dusaum* volunt. Iste Aali longè præferebat ipsi Pseudoprophetæ Mohammedi, illiq; tribuebat Diuinitatem. Docebat etiam Deum Opt. Max. tradidisse Mohammedi prophetiam ipsi Aali deferendam, sed eâ Mohammedes sibi adsciuit, atq; vsurpauit.

92 Decima quinta dicitur *العيني* *Alhainijah* à prima litera nominis Aali nempè *عين* *Aain*, quia huius auctores ipsum Aali Mohammedi præferebant.

93 Decima sexta vocatur *الميمي* *Almiamijah* à litera *ميم* *Mim*, à qua Mohammedis incipit nomen. Huius sectæ Affectatores tam Mohammedi, quàm ipsi Aali diuinitatem attribuebant, sed Mohammedem præferebant Aali, contrà quàm asseriebant præcedentis sectæ Auctores, ex quo nomen adepti sunt.

94 Decima septima nuncupatur *العرابيه* *Algarabijah*, quasi dicas *Coruinam*. Dicunt enim eius Assertores, Deum Opt. Max. Prophetiam, ac Apostolatus officium Gabrieli credidisse ipsi Aali deferenda, Gabrielém verò deceptum fuisse similitudine, ac vtrumque contulisse Mohammedi munus, quando:

qui.

434 DE ORIG. NOM. PAPÆ,
quidem Mohammedes, & Aali simillimi erant, nec
alter ab altero distingui, aut discerni poterat, quàm
coruus à coruo, vnde ratio denominationis.

95 Decimæ octauæ propugnatores vocantur
المستوالية *Almotualijah*, nempè *sectatores*, & sunt
qui quinque personis diuinitatem attribuebant, nimi-
rùm Mohammedi, Aali, Alhafano, & Alhofaino filijs
Aali, & Fatemæ filix Mohammedis, vxori Aali.
Ratio nomenclationis ex hoc ipsorum plebiscito ena-

ta est : *توالينا بهد الله في الدين خمسة*
Sequimur post Deum in Religione quinque, quos scili-
cet mox numerauimus. Et quidem hos quinque asse-
rebant, vnum idemque esse, nec inter se differre, aut
vnum eorum alijs in vlla re præferendum: sed omnes
æquè eodem præditos esse spiritu.

96 Decima nona dicitur *المغريه* *Almogaijarijah*
auctore *المغريه بن سعيد العجلي* *Almogaijarijah*
filiò Sahidi Hagilitæ. Is cum suis sequacibus Summi
Sacerdotij successionem, ac seriem in Aali posteris
continuatam fuisse vsq; ad Mohammedem filium Ab-
dallahi, filij Alhafani contendebat, eumq; adhuc etiã
vium, & mortalium frui aura, nescio vbi inuisibi-
lem, euulgabat. Quoniam verò Religionem neq; exi-
stere, neque subsistere posse, sine Summo Sacerdo-
tio aiebat, intereà sibi Summi Sacerdotij vicarias par-
tes pro Mohammede isto adsciscebat, quamuis genere
liber-

libertus. Prætereà ipsi Aali tantum tribuebat, vt asserere non sit veritus, illum esse Deum. Ipsum verò Deum corporeum prorsùs faciebat, & membris situ distinctis, & humana præditura figura docebat, dicens: *Forma Dei, & figura est figura hominis circumfusi luce, ornati diademate ex lumine, ac præditi corde, quod eruet sapientiam.*

97 Vigesima dicitur المنصورى *Almansurijab* à nomine auctoris ابى منصور العلى *Abi-mansuri Hagilitæ*. Is insolentiùs, & quàm par erat, Mohamèdis filij Aali Albaker Summum Sacerdotium cùm adulatus esset, proindeque ab ipso reiectus, sibi met Sacerdotium summum attribuit, & ad hoc homines inuitavit. Quoniam autem is non erat ex Aali progenie, ideoque à multis non recipiebatur, euulgare cæpit, Mohammedis iam mortui animam ad se deuolutam fuisse, ac in se transmigrasse. Docebat etiã inter alia, Aali esse Deum, seu Diuinitatis particulam de Cælo delapsam in terram. Hoc idem postea de se assererat. Item se in Cælos raptum fuisse delirabat, eumque ibi vidisse Deum, qui imposita capiti eius manu dixit ipsi: *Fili mi descende in terram, meamque prædica legem, quam te docui.* Prophetas, & Apostolos continuata serie in Mundo existere asseuerabat contra Mohammedis sui Pseudoprophetæ in Alcorano effatum, qui se Prophetarum sigillum esse iactabat, quam

obrem captus in furcam actus fuit. Paradisum nihil aliud esse dicebat, quàm hominem, quem amore prosequi iussi sumus, & infernum, hominem item, quem odio ex diuino habemus mandato. Infinita alia excogitauit commenta, & fabulas.

98 Vigesima prima Secta vocatur **الطائفة ابويه**
Alchotabijah, duce **أبي خطاب محمد بن أبي وهب**
Abi-chotabo Mohammede, filio Abi-uahabi. Is diuinitatem attribuit Abi-abdallaho Giahfaro filio Mohammedis Alfadeki. quod rescians Abi-abdallah summoperè detestatus est hominis impudentiam, ac tementatem, illumque vna cum suis diris deuouit. Tunc ille sibi & summum Sacerdotium, & ipsam Diuinitatem adsciuit, multa; eiusmodi effutiuit de variorum diuinitate. Mundi quoque asseruit æternitatem iuxta præsentem formam, & seruatam hætenùs statum, & ordinem. Finalem hominis felicitatem totam ponebat in bonis fortunæ, infelicitatem verò in malis, & incommodis, quæ homines in hoc perpetiuntur Mundo. Quamobrem adulteria, fornicationes, ac cætera turpitudinum omnium flagitia suis impunè permittebat tanquàm ad suam felicitatem pertinentia. Ex quo à multis creditum fuit, hunc atheum penitus fuisse, & animam vnà cum corpore interire, sensisse. Quæ fanè cùm legissem apud Arabum Scriptores de impio isto atheista, in memoriam mihi reuocatum fuit hoc Lutheri in Colloq. de peccat. edit. Isleb. fol. 130, effatum
 de

de eadem, & in eundem sensum : *Blasphemias, parricidia, contemptum Dei, adulteria, confidenter committant, & non aliter sint Veri, & germani Sancti, quam ut fortibus, & atrocibus peccatis obnoxij.* Hæc secta dicta quoque fuit *محمديه Mohmarijah.*

۹۹ Vigesima secunda nuncupatur *المزيجيه*

Almozaighjah, auctore quodam nomine *مزيج* *Mozaigo*, qui Giahfarum Alfadekum fuisse Deum hominibus persuadere nitebatur. Asserebat item omnes homines fideles, seu singulos Spiritum habere peculiarem ad legem exponendam, verosque sensus eruendos. Hoc autem ex hoc Alcorani eliciebat versiculo ad suam hanc sententiam probandam *وما كان*

بأن *انما وليها* *انفسى ان تموت الا بان* *Animæ Ulli haud moriendum est, nisi cum permissione.* Nam postremam particulam, nempe *بان* *cum permissione*, sic Spiritu eo peculiari explicabat : *بأن اى بوحى بوحى*

بأن *Cum permissione, idest inspiratione, qua ipsi (animæ) inspiratur.* Ex quo à minori ad maius sic arguebat : si animæ inspiratur, & reuelatur mors, eò magis inspiranda, & reuelanda ei sunt, quæ ad eius faciunt salutem ; Sed hæc sunt Legis intelligentia, & sensus, prout singulis expedit hominibus ; ergo singuli homines habere debent Spiritum illum peculiarem ad Legis sensus legitimos eruendos. O peculi-

rem Spiritum in singulorum impiorum transfusum animos! Ex torrida in frigidam Zonam! Sat tibi eum habere parentem, qui ait: *Circuivi terram, & perambulavi eam*. Affirmabat etiam impiæ sectæ auctor, plures ex suis sequacibus multò perfectiores, & præstantiores esse Gabriële, & Michaële Archangelis. Item homines perfectæ virtutis, & consummatæ nequaquam mori, sed ad Cælorum regnum transferri cum corpore, & anima.

100 Vigesima tertia vocatur *العجليه* *Alhage-lijah* à cognomine eius auctoris *عير ابى بنان* *Homairi filij Bonani Alhagili*. Isti Summum Sacerdotium deuolutum fuisse volunt ab Abilchottabi ad hunc Homairum. Cæterùm eadem cum præcedentis sectæ assertoribus sentiebant. Recesserunt tamen ab ea sententia, quæ asseuerabat, homines perfectæ virtutis non mori, sed ad regnum Cælorum transferri cum corpore, & anima, postquam viderunt Homairum suum ducem captum, & suspendio in publico patibulo turpiter finem vitæ impo-
fuisse.

101 Vigesima quarta dicitur *المفضليه* *Almof-dhalijah*, eò quòd eius auctores rati sint, Summum Sacerdotium post Abi-lchattabum deuolutum fuisse ad *مفضل الصم رقى* *Mofdhalum Alsabarki*, qui asseuerabat, Giahfarum Alsadekum auctorem libri de

fortibus , vt Deum habendum , colendumque esse , multis alijs additis nugis .

102 Vigesima quinta nuncupatur الكيالیه

Alchialijah auctore احمد بن الكيال

Ahmedo filio Alchajali. Is ad Summum Sacerdotium requirebat omnium virtutum ornamenta , atque absolutissimam vndequaque perfectionem , nec non scientiarum omnium diuinam penè cognitionem . Subindè hæc omnia sibi soli adsciscebat (vti noster Hottingerus sibi linguarum , rerum , & Sacrorum Orientalium) inferebatque proindè , sibi vni Summum illud Sacerdotium iure competere . Plures edidit libros , quos infinitis propemodùm , & incredibilibus inferfit delirationibus . Inter reliquos prostat eiusdem Tractatus de Triplici Mundo tot commentis , ac barbaris fabulis confertus , vt vix verbis exprimere quis possit , quanta sit hominis infania , & hominum leuitas , quos non pudet tam insanos sequi duces .

103 Vigesima sexta vocatur الهاشمیه *Alha-*

sciamijah auctore هشام بن عبد الحكم

Hasciamo filio Abdal-hocmi . Ex eorum grege erat iste , qui Deum constituebant corporeum ex varijs constantem membris , situ , & loco distinctis . De qua autem impietate acerrimè intercesserunt inter eum & Abil-hodailum altercationes , & disputationes .

Quan.

Quandoquidem non solum Deum corporeum esse asserbat, sed finita, ac certa mensura illum circumscribebat, septem ipsi tribuens longitudinis vlnas. Aiebat insuper, eum moueri, at non de loco in locum, sed motum eius ipsiusmet esse actionem, & impressionem. Præterea asserbat, quòd Solium, cui insidet, ita impleat, vt nihil supersit, aut vacuum remaneat. Plura eiusmodi commenta scriptis tradidit, suisque reliquit sequacibus.

104 Vigesima septima dicitur الجواليقى

هشام بن سالم الجواليقى *Algualikijah* auctore

Hasciamo filio Salemi Algualiki. Is, Deum ex splendidissima constare luce docebat, humanam referentem formam, & similitudinem, cuius pars superior concava est, inferior verò solida. Item quinque præditum esse sensibus affirmabat, nec non veris membris, vti sunt manus, pedes, aures, nares, oculi, os, ac cætera eiusmodi. Comam quoque nigram eum habere delirabat, at minimè ex carne, & sanguinibus constantem. Volebat etiam Prophetas peccatis obnoxios esse, Summos verò Sacerdotes non item. Id autem, quia Prophetis sua reuelantur crimina, quibus cognitis pœnitentiam agere possunt, quod non fit Summis Sacerdotibus.

105 Vigesima octaua nuncupatur الزراريه

Alzararijah, auctore quodam nomine زارة *Zarara*.
Asse.

ET EIVSDEM PRIMATV. 439

Afferbat iste inter cætera, Summorum Sacerdotum scientiam esse eis infusam, ac necessariam, aliorum verò hominum acquisitam, ac liberam. Cæterum Hasciami subscribebat fabulis, & nanijs.

106 Vigesima nona vocatur **العَمَانِيَّة** *Alnahmanijah*, duce **محمد بن العمان** *Mohammede filio Alnahmani*, qui à toruitate oculorum dictus etiam fuit **الاحول** *Strabo*, & ob peruersitatem dogmatum **شيطان الطاف** *Diabolus Tasi*, nempè suæ patriæ, quæ Taso dicitur. Inter execranda dogmata hoc vnum maximè notandum est, vt summè execrandum: Deus rerum nescit euentus, nisi postquam contingunt; quæ fuit etiam sententia **هشام بن الحكم** *Hasciami filij Alhokmi*. Item decreta Dei sunt eius voluntas, voluntas verò idem ac operatio. Asserebat etiam, Deum esse lucem ad similitudinem hominis, at non corporeum. Conscripsit quædam opuscula de Sectis Mohammedanorum, vbi nullam ex illis salutem consequi posse affirmabat præter suam.

107 Trigesima nuncupatur **اليونسية** *Aliunnsijah* à **يونس ابن عبد الرحمن القمي** *Iuneso filio Abd-arrahmani Alkami* liberto Abi-iactini. Arbitrabatur iste, Solium Dei sustentari ab Angelis, & Deum à Solio, quasi verò corporea mole constantem

tem, qui nisi sustentaretur, deorsum, rueret.

108 Trigesima prima dicitur *المبرية* *Alno-fairijah*, & *الاشحقيه* *Alashachijah* a suorum aucto-
rum nominibus. Sunt isti ex Hyperbolicis Scihita-
rum, qui diuinitatem suis tribuunt Summis Sacerdoti-
bus, quia, inquiunt, apparitio spiritualis sub corporea
forma est res adeò manifesta, vt nullus ratione vtens
eam negare possit. Nam & Gabriel apparuit non se-
mel sub forma hominis, & Diabolus sub forma bruto-
rum. sic Deus apparuit sub forma aliquarum persona-
rum. Cùmq; post Pseudopphetam Mohammedem
nullus præstantior sit, aut excellentior ipso Aali, fi-
lijsq; illius, propterea apparuit Deus altissimus sub eo-
rum figuris, locutusq; est eorum linguis. Ex his, *Alno-
fairijah* propensiores sunt ad ipsius Aali asserendam
diuinitatem; *Alashachijah* verò ad Prophetiæ com-
munionem, nempè hanc communem fuisse Moham-
medi, & Aali. Infinita addunt commenta, & nãnas.

109 Trigesima secunda dicitur *الباطنية*
Albatenijah, quasi dicas *Internam*. Quandoquidem
asserebant huius auctores, omne externum suum habere
sensum internum, seu sub litera latere sensum mysti-
cum, & allegoricum; proindeque Scripturas non es-
se exponendas, vt sonant duntaxat, & ad literam,
sed internum, & sub cortice literæ latentem inuesti-
gandum adhuc esse sensum. Iuxta quam sententiam
plurimum Alcorano, atque *Alhonnæ* aduersari

existimantur, eò quòd plures tribuant eis sensus, & allegorias longè à mente auctoris alienas. De diuinis attributis mira pronunciant; nam ea neque concedunt, neque negant, sed dicunt: Deus neque existit, neque non existit; neque sciens est, neque ignorans; neque potens, neque impotens, & sic de reliquis alijs. Horum autem ratio est, quia affirmatio absoluta Deo communis est cum creaturis; & negatio absoluta dicit impossibilitatem. Asserebant pariter, Deum non esse ab aeterno, sed neque de nouo, & in tempore productum, quia quod aeternum est, est verbum ipsius, quod verò de nouo est, ac in tempore, sunt creaturæ illius. Item, Religionem sine Summo Sacerdote, qui quæstiones, quæ in ea nascuntur in dies, dirimat, ac de illis statuatur, nullo tempore extare posse, affirmabant. Diuersis nominibus vocitantur isti diuersis in locis. Alicubi enim vocantur *المزديك* *Almazdachijah* à *مزدك* *Mazdecho* Perfa, homine Epicureo, qui cum Manete facultates, & vxores ipsas communes faciebat. Interfectus is est sub Anuscirvano Rege Perfarum anno 840. à victoria Alexandri, vt Arabum obseruant Scriptorum. Alibi nuncupantur *القرامطة* *Alkaramata* à cognomine *حمدان* *Hamdani filij Alascibathi karmati*, qui an. Heg. 278. in regionibus Cufæ sese Prophetam venditabat, ac Apostolum à Deo missum,

442 DE ORIG. NOM. PAPÆ;

sum, vt hominum componeret mores, & religionem ad pristinam integritatem reduceret. Tantas vbique exagitaui turbas, vt collecto numerosissimo exercitu plures imperij Mohammedani non modo expugna- uerit vrbes munitissimas, sed & amplissimas occupa- uerit prouincias, & copiosissimos profligauerit exer- citus. Et quoniam homines huius sectæ eius fauerunt partibus, & conatibus, ipsius cognomen illis inditum fuit. Nuncupantur etiam alicubi *الطاهريين* *Altahtijah* ab impossibilitate, & defectu ob causam superius indicatam. A multis appellantur *المولاه* *Almol- hadah*, id est, *infideles*, & *perfidus*. Ipsi tandem se se *Ismaëlitas* appellant.

110 Trigesima tertia nuncupatur *الظاهريين* *Aldhabarijah*, nimirum *externa*, seu *literalis*, & re- ctâ præcedenti opponitur, quia Scripturas ad literam, ac prout ipsa verba sonant, accipiendas, intelligen- dasque contendunt, omni amoto allegorico sensu, aut mystico. Atque sic, cum dicat Alcoranus: Deus videt, audit, ambulat, sedet, ac eiusmodi, id intelli- gendum, accipiendumq; volunt de vera, & literali vi- sione, auditione, ambulatione, & sessione, quæ fiunt corporeis oculis, auribus, pedibus, cæterisque mem- bris ad singulas actiones accommodis. His infinitas addebant nugas alias, quas singulas hic recensere, longum, ac satis molestum esset, & præter præsens institutum.

Trigesima quarta est secta الزنادقة
Alznadakah, siue *Zandikarorum*, quos & *Zindik* eos
 appellare placuit Hottingero. Illi sunt sectatores
 Manetis, seu Manichæi, de quibus sic Ismaël Scia-
 binusciah eodem cap. de Sectis Mohammedanorum.

واما الزنادقة هم اصحاب ماني الزنديق وسموا
 بذلك لانهم كان لهم كتاب يسمى الزند ادى
 زرادست انه انزل عليه من السماء وكان كل من
 اتبع كتابهم سموه زنديا ثم عربت
 الكلمة فقيلت زنديق

*At Zandikai sunt sectatores Manetis Zandikai. Ita
 nominati sunt, quia habebant librum nuncupatum
 Zand, quem è Calo sibi demissum fuisse asserbat Za-
 radast (vulgò Zoroaster.) Quicumque autem librum
 hunc ipsorum sequebatur, Zandum illum vocabant.
 Demum arabizato vocabulo Zandikæus dictus fuit.
 Quoniam autem horum dogmata, & mores ad atheis-
 mum vergebant, & nihil aliud sapiebant, pro
 Atheistis passim accipiuntur.*

Atq; hæc quæ nbreuissimè de Mohammedanorum
 Sectis, earumq; opinionibus, licet non de omnibus,
 factis in præfens dicta sint. Plures enim aliæ apud alios
 occurrunt auctores sed eas omnes modò disquirere,
 & hic recensere, digressionis huius nostræ transiliret
 limites, & præsentis instituti breuitatem.

Porro haud silentio hic prætereundum est, quod asserit Sciahinsciah de quatuor illis Scholis, seu Doctorum classibus, quos in ramis, & adiaphoris, non autem in fundamentis, & principijs dissidere supra ostendimus cap. 27. contra quam docet Hottingerus lib. 2. cap. 6. hos enumerans primo loco inter Mohammedanorum Hæreticos, & Sectas. De his itaque sic habet Sciahinsciah ibidem: *وأما أصحاب الفروع فهم أهل الاجتهاد وأصول الاجتهاد أربع الكتب والمنهاه والاجتهاد والقياس*

Illi autem, qui dissident in ramis, sunt qui operam navant inquisitionibus, seu questionibus; Principia autem inquisitionum sunt quatuor, Liber, Assenna, Consensus, & Argumentatio, seu comparatio. Nimirum ex hisce quatuor fundamentis omnium controuersiarum, & difficultatum, quæ exoriuntur vel circa ipsam Religionem, vel eorum civilium iudicia, solutionem petunt. Quid autem sint quatuor ista fundamenta audire licet ex *كتاب لسب الأصول*

في أصول الفقه Libro Medulla fundamentorum

seu principiorum de fundamentis Iurisprudentiæ, auctore *أبي يحيى زكريا الأنصاري*

في الكتاب ومباحث Zacharia Ansario cap. 1.

De libro, & investigationibus Vocabulorum, scri-

scribente الكتاب القران وهو هذا اللفظ المنزل
 Liber est Alcoranus, & est hic sermo de-
 missus Mohammedi. Quid autem sit **السنة**
sonna, sic idem eiusdem libri cap. 2. **السنة في اقوال**
sonna sunt dicta Propheta (Mo-
 hammedis) & *gesta illius*. Quid verò **الاجماع**
Consensus, ex eiusdem auctoris cap. 3. hisce liquet ver-
 bis **الاجماع هو اتفاق مجتهدى الامه بعد**
وفاة محمد في عصر على اى امر
Consensus est concordia Doctorum gentis suum conferen-
tium conatum post obitum Mohammedi per aliquod
temporis interuallum de quacunque. Ex his planum
 sane relinquitur, Hottingere, quanta cum ignoran-
 tia lib. 1. cap. 1. num. 3. hoc idem vocabulum inter-
 pretatus sis, *populus congregationis*; & quanta etiam
 confidentia huius tuae interpretationis rationes hasce
 ita veteratoriè adornasti. *Ratio nomenclationis, vel*
quòd turmatim, ut plurimum preces suas concipiant,
vel quòd nullius gentis alterius exemplo, instituto Mo-
hammedis diem Veneris **جماعه** *dictum, sacrum*
habeant. Vide quantum à rei veritate absistis, tuosq;
 in similes agis errores. Quid tandem sit **القياس**
Argumentatio, seu comparatis, idem auctor cap. 4.
 hic.

446 DE ORIG. NOM. PAPER.

hiscē docet verbis : *اللهان هو حبل على حبل
اللهان هو حبل على حبل*

*Argumentatio, sive comparatio est predicatio veri da-
nato propter paritatem causę illius iudicij apud predi-
cantem, nempe ex decisione vnius difficultatis alte-
rius infertur decisio ob similitudinem causę illiusque
paritatem.*

C A P U T X X X

*In quo summam, & quam breuissimę refel-
luntur ea *οὐκ ἔμελλε μαρτυρεῖν*, quę in Pontificios,
& Bellarminianas notas intorquet Hot-
tingerus, illaque cum maiori veri-
tatis pręsidio in ipsius retor-
quentur caput.*

Nullo fanę alio fine, aut scopo, corde incir-
cumcisus Tigurinus iste Hottingerus suam
hanc Orientalem Historiam compilasse videtur, tot-
que interfuisse mendacijs, quę ut ansam inde attri-
peret suę explende rabiei, ac nefaria intorquendi
in Pontificios *οὐκ ἔμελλε*. Quod quidem ex innume-
ris eius historię patescit locis, sed pręsertim hisce
Dedicationis verbis: *Horum Verò (Pontificiorum)*

in-

inquit, *Talionis lege, οὐκ ἔστιν ἡμεῖς ἡμεῖς, cum favore, maiorique Veritatis presidio, refundendo.* Ecclesie autem notas, quas Bellarminus affert lib. 4. cap. 4. Controuer. 4. sic ipse lib. 2. cap. 5. pag. 274. carpit: *Habebit propterea caput hoc in re Theologica maiorem Usus, quia nobilis illa controuersia de notis Verae Ecclesie haud obscuram hinc accipiet lucem. Patebit inde infirmitas cause Pontificie, qui Verò Veritate Ecclesie ipsidem ferè certant notis, quibus Muhammedani. Elucebit ex hac tractatione, rectissime Reformatos Ecclesiam Veram ab alijs conuenticulis secernere pura Verbi Dei predicatione, & legitima Sacramentorum administratione. Cum enim pleraque notæ Bellarminianæ ὀρθῶς rectius competant Muhammedismo, quàm Papismo, alia eadem ab ijs rapiantur, & Usurpentur audacia, qua à Pontificijs, quis non Videt alias, soli Verae Ecclesie competentes, querendas esse notas?*

Nos Hottingere, alias non quærimus notas, præter eas, quas continuata sine interruptione doctrinæ traditione à nostris accepimus maioribus ab ipsis Ecclesie incunabulis vsque ad ALEXANDRVM SEPTIMVM, nunc in throno Petri sedentem. Eas præterea soli verae Ecclesie competere constanter asserimus, si rectè ipse instituas argumentum, vnumque Christum Dominum constituas vtrisque nostrum, principium, & Religionis auctorem, ac originem, non autem, vt impie supponis, duo principia, duasque

origines, Christum nimirum, & Mohammedem, qui inter se differunt, vt Deus à Diabolo, proindeq; alia, & alia fuit vtrique instituendæ Religionis ratio. Quamobrem nulla nobis est cum illis Religionis communicatio, etsi aliquandò vocabulis quibusdam, aut loquendi formulis nobiscum conuenire videantur. Conuenit nobiscum Mohammedes in suo Alcorano سورة ال عمران cap. de familia Amran Christum esse VERBUM Dei dicens *اذ قالت الملايكة يا مريم ان الله يمشرك بكلمة منه اسماء المسيح* Dum dicerent Angeli, o Maria, Deus annunciat tibi VERBUM suum, cuius nomen Christus; sensu tamen longissimè abest à nobis Christianis, quia nomine Verbi Dei intelligit, Imperium Dei, vt explicant eius Commentatores, quia Deus iussit, inquit, vt nasceretur Christus citra operam humanam, dicens *كن لانه لم يولد الا بكلمة الله وحده* Esto sine mediatione Patris, Quia non est natus, nisi solo Dei verbo. Quod & ipse Mohammedes in ipso Alcorano indicat, scilicet alium sua verba habere sensum, cum sæpiùs repetat, Christum nequaquam esse Deum. Igitur ex Communione vocabulorum, & affinitate locutionis non est desumendum argumentum ad communionem rei, adeoque argumentum hoc tuum, Hottingere, nequaquam

quàm nos ferit, aut nostra lædit dogmata, vt inferius adhuc ostendemus, alijs additis rationibus.

Porro, Hottingere, quos ipse euadendi tibi quæres modò cuniculos? quia: *Ecce parturijsti iniustitiam: concepisti dolorem, & peperisti iniquitatem. Lacum aperuisti, & effodisti eum: & incidisti in foueam, quam fecisti. Conuersus dolor tuus in caput tuum: & in Verticem tuum iniquitas tua descendit.* Etenim palmarem illam, ac præcipuanam tuæ reformatæ, quemadmodùm obtendis, Ecclesiæ notam, quæ est per te, *Pura Verbi Dei prædicatio*, sibi omnes arrogant nostri temporis Sectæ, nempe Lutherani, Calvinistæ, Anabaptistæ, Serueti, & eiusdem generis Hæreticorum alia portenta, qui non minùs à nostræ Religionis dogmatibus dissident, quàm à vobis. Sed & ipsi Mohammedani hanc ipsam sibi imprimis vindicant, à nulla de alia magis gloriantur. Quod neque te latet, Hottingere, cum lib. 2. cap. 3. pag. 252. ex كتاب الرساله *Libro Apostolatus*, quem vocas, pag. 250. *Absolutissimum Religionis Muhammedicæ compendium*, hæc referas: *Fidem Muhammedanorum de Alcorano*

his proponit Verbis: القرآن كلام الله لا يدعى بمخلوق

Credendum est, Alcoranum esse VERBUM DEI increatum. Agnoscis ergo, Hottingere, hanc esse Mohammedanorum de Alcorano fidem, quòd nimirum sit per illos verbum Dei. Benè quidem. Af-

firmant & hoc quotquod de illo agunt, acvt primum suæ Religionis articulum statuunt. Vndè Concilium Samarkendę habitum nu. 8. ita de illo decernit :

والقران كلام الله غير مخلوق وهو مكتوب في مصاحفنا محفوظ في قلوبنا وبالسنننا مسموع باذاننا

Alcoranus est VERBUM DEI increatum, in codicibus nostris exaratum, in cordibus seruatum nostris, linguis nostris agnitum, auditum auribus nostris. Iisdem fermè verbis

id ipsum habet. ابو يحيى زكريا الانصاري *Abu-Iahia Zacharias Ansarius libro Medulla de principijs Iurisprudentie cap. 7. vbi dicit, القران المنهى غير مخلوق,*

مكتوب في مصاحفنا محفوظ في صدورنا مقرر بالسنننا على الحقيقة يتعبد على الطاعة ويعاقب على المعصية

Alcoranus mentalis, seu idealis est increatus, scriptus in codicibus nostris, seruatus in nostris pectoribus, agnitus linguis nostris secundum Veritatem, premium promittit pro obedientia, & supplicium pro prauaricatione.

Quòd autem hic Alcoranus sit verbum Dei cælitus Mohammedi demissus, sic idem ibidem capite 1.

الكتاب القران وهو. *De libro.* في الكتاب

هذا اللفظ المنزل على محمد

Liber est Alcoranus, & est hic sermo, seu Verbum demissum Mohammedi. Quid autem sit Verbum demis-

sum

Sam, te haudquaquam latet, hac enim locutione denotant Arabes Libros, seu Scripturas à Deo cælitus demissos Prophetis, aut Apostolis.

Quod verò sit purum putum verbum Dei per ipsos idem Alcoranus de se ipso ita protestatur: ولو كان

من عند غير الله لوجدوا فيه اختلافًا كثيرًا

Si ab alio esset, quàm à Deo, utiq; plures in eo reperijissent contrarietates, seu contradictiones. Idem alibi: وان كنتم

في ريب مما انزلنا على عبدنا فاتوا بصورة من مثله

وادعوا شهداءكم من دون الله ان كنتم صادقين

Si ulla vobis dubitatio inhæreat de ijs, que demissimus ad seruum nostrum, afferte unicum simile caput, & aduocate testes vestros præter Deum, si veraces estis.

Hoc non admittunt duntaxat Mohammedanorum Scriptores, sed pluribus probare nituntur.

De prædicando autem Alcorano id præcepti idem Pseudopropheta finxit, se habuisse à Deo in eodem

Alcorano: يا ايها الرسول بلغ ما انزل اليك من ربك:

O Apostole denuncia, seu prædica quod tibi demissum

fuit à Deo tuo. Vndè: ابو عبد الله محمد بن اسماعيل

البخاري *Abu abdallah Mohammedes filius Ismaëlis*

قال معمر ذلك. *Bocharenfis tom 30. Comment.*

الكتاب هذا القران هدى للتقويين وبيان ودلاله
كقوله تعالى ذلكم حكم الله هذا حكم الله
لا ريب ولا شك بتلك الايات اعنى هذه اعلام القران

*Dixit Mohmarus: ille liber est hic Alcoranus, directio ti-
me mibus Deum, demonstratio, ac nota, iuxta dictum
Altissimi: notificavit vobis iudicium Dei, hoc est iudicium
Dei, quòd nulla insit dubitatio, aut hesitatio in illis Ver-
siculis, nempe ista sunt signa Alcorani. Hinc idem*

Bocharenfis cit. Comment. cap. *باب كراهية الاختلاف*

*De abominandis, seu evitandis contrarietatibus, tradit,
Mohammedem quibusdam, qui ipso presente de
contrarietatibus, & contradictionibus, quæ in pluri-
bus suæ religionis occurrebant articulis, acriter di-
gladiabantur, dixisse: هلم اكتب لكم كتاب*

أني فضلوا بعدة Agite, scribam vobis librum

*post quem nequaquam amplius errabitis. De hac eadem
Alcorani prædicatione tamquam verbi Dei, & quòd
fit Nota Mohammedicæ Religionis, loquitur etiam
عز الدوله Hazzaddaula sæpius à nobis citatus
lib. 4. de Mohamede, & eius Religione ita edisserens:*

ومن اعتبر باتباع الامم الكعيرة له وانتشار دعوتيه
وما شمل الناس من الرحمة، تبعته وعدل شريعته.

كفاة

كفاة دلالة على صدقه ونبوته

Si quis autem apud se expenderit multitudinem gentium, quæ illum (Mohammedem) secuta sunt, ipsa sive instituti propagationem, & quantam consecuti sunt homines illius missione misericordiam, eiusque Legis (Alcorani) equitatem, Vtique id satis demonstrationis, seu nota ipsi erit, Ut Veracem illum habeat, & Prophetam.

Imò verò non solum in concepta ijs verbis notatis conuenit, Hottingere, Reformatis cum Mohammedanis, verum etiam in ipso sensu, & explicatione. Arrige aures ad ea, quæ tuus tradidit Zuinglius de salute eorum, qui fidem non habent; & confer cum afferendis ex Arabum Mohammedanorum. Scriptoribus de hoc eodem argumento, comperiesq; eandem esse vtrisque sententiam, & mentem. *Non est vniuersale,* inquit Zuinglius de prouidentia tom. 1. fol. 370. *quod qui fidem non habeat, damnetur.* Item: *De incredulorum damnatione, hi soli intelliguntur, qui audierunt, & non crediderunt, de alijs non possumus pronunciare.* Idem de pecc. Orig. tom. 2. fol. 118. *Hoc (qui non crediderit damnabitur) nullatenus absolute est intelligendum, sed de his qui audito Evangelio credere noluerunt.* Idem repetit (teste Richardo Smitheo in Collatione doctrinæ Catholicorum, & Protestantium cap. 12. art 15.) in Historia Resurrectionis tom. 4. pag. 402. Vndè in expositione Fidei tom. 2. fol.

fol. 659, ait, quòd videbimus in Cælo Herculem, Theſeum, Numam, & ſimiles paganos. Quam autem blaſphemam ſententiam tui, Hottingere, tuentur Tigurini in ſua confeſſione Fidei; Bullingerus in præfatione eiufdem; Gualterus in præfatione Operum eiufdem Zuinglij, & in Apologia. Eandem ſententiam de ſalute Paganorum ſine Fide in Chriſtum defendunt Thammerus, Eraſmus, Hardenbergius, Toſſanus, alijque Proteſtantes, vti reſert Schuſſelberg. lib. 3. Theolog. Calvin. att. 7.

De qua autem tui Zuinglij tam blaſphema ſententia audi quid ſentit vel ipſe Lutherus Reformatorum Coriphæus cap. 47. Genèſ. tom. 6. fol. 633. *Zuinglius*, inquit, *nuper ſcripſit Numam, Hectorem, Herculem ſui aterna beatitudine cum Petro, & Paulo, & alijs Sanctis. Quod nihil aliud eſt, quàm aperte futeri quòd ſentiant, nullam eſſe fidem, nullum Chriſtianiſmum.*

Collationem nunc fac Hottingere, & confer hanc tui Zuinglij ſententiam cum ſententia Sectæ, quæ dicitur *الاطرافيه* *Alatrafijah*, nimirum illorum, qui in extremitate Orbis ſunt poſiti, ſeu longè diſſiti; de qua ſuperiori capite actum eſt; comperieſque eandem prorsus eſſe & ſenſu, & verbis. Hanc eandem multorum Mohamèdanorum eſſe, ſcribit Hæzadaula Ben-camuna lib. 4. de Mohammede, illiuſq; lege, agens de ſal uandis, ac damnandis. Audi ipſa auctoris verba: *فان لم تكن دعوتهم بلغتهم او*

انها

انها بلغتهم على وجه لا يحرك داعيها النظر
والطلب كما اذا سمعوا ان شخصا ملبسا اسمه
محمد ادعى النبوة وتبعه خلق كثير اغدعوا
بكلامه لم يخلوا فيها ايضا وهوان لم يعتقدوا
ولم يفعلوا ما يوجب عتابهم كاذوا من اهل
الرحمة الشاملة ولم يدخلوا جهنم البته

*Si autem prädicationis eius (Mohammedis) non peruen-
erit ad eos, aut ea ratione peruenierit, qua non commouet
illam proponens ad inspectionem, & investigationem,
quemadmodum si qui audiuerint, quendam hominem se-
ductorem nomine Mohammedem sibi prophetiam arro-
gasse, eumque magnam secutam fuisse turbam ipsius de-
ceptam Verbis: isti quoque nequaquam in ea permane-
bunt. Et sanè si professi non fuerint, aut fecerint ea,
quibus merentur supplicium, erunt ex ijs, quos Uniuer-
salis complectitur misericordia, nec Gehennam omnino
ingredientur.*

Sed infinita alia sunt dogmata Mohammeda-
norum, quæ & vobis communia sunt, Hottingere, cum
ipsis, quæ singula hîc recensere fatis longum, & mo-
lestum esset, præsertim cum id planissimè constet ex
enarratis capite superiori de ipsorum Mohammeda-
norum sectis. Hoc tamen vnum silentio haud præ-
tereundum est, ne de nuda mentione nos arguas Hot-
tingere, adhuc enim tuæ offæ memores sumus; scili-

bet an bona opera sint meritoria apud Deum. Tuus Zuinglius in exposit. Fidei tom. 2. fol. 558. *Constat, inquit, meriti, aut premij nomen haberi in divinis Liberis, sed loco liberalis doni.* Lutherus de Setuo arbitrio tom. 2. fol. 480. *Nullum est meritum prorsus.* Calvinus in Epist. ad Galat. cap. 6. vers. 8. *Dico non modo vilissima mercede indigna esse (bona opera) sed prorsus digna esse, qua damnentur.* Scarpus de Iustificat. Controuer. 15. pag. 218. *Dicimus fidelium opera in conspectu Dei nullo modo, nec ex congruo, nec ex condigno meritoria esse.* Idem & alij Protestantes, inter quos magnus ille irrisor, & ingenuitatis perpetuus hostis Hottingerus lib. 2. cap. 6. pag. 309. & pag. 336. Quid autem hac de re sentiant Mohammedani, audi-

re iuuat ab *أبي عمر بن عثمان بن أبي بكر بن يونس*
Abi-hamro filio Hochmani, filij Abi-bacri, filij Iunes,
 tract. inscripto *في ما يجب على المكلف شرعاً*

De ijs, ad quæ obligatur adulus secundum legem, nu. 10.

واب الأعمال ليست علّة الاستحقاق والثواب والعظيم

Et (credendum) quod opera non sint causa meriti, ac premij, & magnificationis, seu gloria. Est ne idem dogma hoc vobis, Hottingere, & Mohammedanis, nec ne? Qua igitur fronte ita perfricta effutis lib. 1. cap. 3. pag. 72. *Verum & hic, & alibi, Ecclesia Romana cum Antichristo Orientali conuenire infra pluribus*

ribus docebimus? Nos non docebimus, sed docemus; sed demonstramus. Ecce: Quid gloriaris, qui potens es in iniquitate? tota die iniustitiam cogitavit lingua tua: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui equitatem. Dilexisti omnia Verba præcipationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem. Eijce nunc trabem hypocrita, dein festucam, etenim ex verbis tuis condemnaberis. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi. Cecidit, cecidit Babylon, surque ruit mole, nempè Ecclesia tua reformata, Hottingere, quæ ex innumeris propemodùm, & confusis constat sub eo nomine sectis. Etenim nota illa, quam ei soli tribuisti, Mohammedanorum est, eamque sibi tanquàm à vobis surreptam repetunt. Hæc tua sunt trophæa Hottingere! Hæc in Ecclesiam tuam reformatam promerita! Sic eam confecisti, suaque spoliasti tam præclara nota!

Sed iam causam nostram defendamus ab Hottingeri calumnijs, ipse quippè sua cecidit causa, & sua culpa sibi nota illa crepta est à Mohammedanis, imò Reformatos omnes prodidit. At nos minimè patimur nobis nostras eripi notas. Primam notam sic impugnat Hottingerus lib. 2. cap. 5. pag. 275. *Prima nota est, inquit Bellarminus Cont. 4. General. lib. 4. cap. 4.*

*ipsum Catholica Ecclesia, & Christianorum nomen. Vtrumque sibi arrogant Mohammedani. Illud quidem sensu magis, quàm verbo, quia Grecum est, & auribus Arabicis peregrinum. Habent tamen duas voces equipollentes *المسلم* & *المسيحي* quæ credentes, & orthodoxos notant.*

Miror sanè, & plurimùm, quomodò hic omnem deposuisti, Hottingere, pudorem, hæc proferens in Christianorum theatrum, & aures. Cùm, primum nomen quod attinet, nimirùm *المسلم* *Almoslem* neque voce, neque sensu conueniat cum nostra illa nota, quæ est *ipsum Catholica Ecclesia, & Christianorum nomen*. Imprimis, dic, quid commune est nomini *Christianorum* cum nomine *Moslem* *Almoslem*, cùm ista sint vocabula duarum Religionum, quæ toto cælo inter se discrepant? Si enim hoc valeret, & aliquid haberet roboris, & momenti, etiam eontrà vos eodem iure retorqueretur, qui & Christianorum nomine vocari amatis. Nisi tamen, ignosce bone Hottingere, à Christiano quoque nomine ipse abhorreas, & Achristianus vis haberi, vt Aatholicus; vtrumq; enim ex tuis illis verbis necessariò sequitur. Si autem secundò vrgeas, quòd scilicet nomen *المسلم* *Almoslem* congruat sensu cum nomine *Catholico*, te mendacij, & imposturæ impudentissimæ arguent vtriusque gentis Scriptores. In significatione, seu notione nominis *Catholici* demonstranda non est nobis im-

impensè laborandum, significat quippè *Vniuersale*.
 Quænam autem sit definitio *الاسلام Alaſlami* à quo
 concretum *المسلمين Almoſlemi*, audi *عبد الله بن*

أحمد الربيعي Abdallahū filium Mohammedis Habten-
ſis Tract. de varijs quæſtionibus, in reſponſione ad
 primam quæſtionem: *أما ما سألتم! عنه بقولكم*
ما هو الاسلام وما معنا الاسلام. فالاسلام في
اللغة هو الانقياد مطلقا فاي ما انقياد لقايد الله
فهدا سلم له. واما الاسلام في الشرع فهو واتقياد
مخصوص الى امر مخصوص على حالة مخصوصه

*A*deca autem, qua interrogasti dicentes: *quid est Eſlamis-*
mus, & que notio Eſlamismi: (Dico) *Eſlamismus ſe-*
cundum communem loquendi modum est absoluta affe-
ctatio, quicumque ergo ſibi loquentem affectatur, hic ſe-
ſe illi tradit, ſeu acquieſcit. At Eſlamismus ſecundum
Legem, est affectatio peculiaris, rei peculiaris, modo pe-
culiari. Confer modo Hottingere, an affectatio pecu-
 liaris, rei peculiaris, modo peculiari, quibus Religio
 Mohammedana, quæ *Eſlamismus*, dicitur, idem ſit ac
Catholicum, ſeu *Vniuerſale*? tuo iudicio te relinquo.

Sed fac, id nomen ſignificare *Credentem*, vel *Or-*
thodoxum, vel *Fidelem*, aut quid ſimile, nihilominus
 quis Chriſtianus ab illo nõ abhorret vel quoad notio-
 nem ipſam, cum Mohammedanorum ſit proprium,
 & ad eorum ſenſa, & ſuperſtitionem proprie (licet

sub ea speciosa notione) accommodatum? Quemadmodum & nomen *محمد* *Mohammedes*, quod per te pag. 9. lib. 1. cap. 2. præstantia cedit nemini, idemq; tibi est ac Græcorum *Ἐδούμης*, & Latinorum *Desiderius*, tamen denominati culpa, & turpitudine ita detestabile, atque execrandum euasit, ut nesciam, an ullus aut *Ἐδούμης*, aut *Desiderius*, dici *Mohammedes*, aut appellari æquo animo ferret. Pari modo *كنيسة* *Ecclesia*, & *جامع* *Giameh* eiusdem sunt penitus significationis, quemadmodum, & *Synagoga*, tamen Christianorum templum appellare vel *جامع* *Giameh*, vel *Synagogam* impium, ac blasphemum esset, etsi eadem sit notio. Hinc impia est vox illa tua, Hottingere, qua sacra misces profanis.

Ad alteram verò vocem quod spectat, nempe *المؤمنين* *Almumenin*, hoc est *Credentes*, nemo nescit Christianus, hanc eandem esse vocem, à qua incipit Fidei Symbolum; adeoque eam extorquere Christianis, aut furripere, & attribuere Mohammedanis impium, & nefarium est. Id enim vocabuli, nostri quidem iuris est, quod à nobis desumpserunt Mohammedani ut *Simiæ*, quemadmodum & multa alia; at propterea haud *Credentes* esse desinimus, sicut homines non desinunt esse homines, cum *Simiæ* eorum imitantur gesta, nec etiam *Simiæ* euadunt homines, id præstantes. Pari modo, Hottingere, nec nostræ notæ, aut dogmata desinunt esse

vera, aut veritatis amittunt pondus, si à Mohammedanis extorqueantur. Pateris ne ipse dici *Infidelis* Hottingere, eò quod Mohammedani sese *Fidèles* appellitent? non puto. Quid ergo deliras? & dum alios verbis à Christianorum vsu abhorrentibus ferire frustra contendis, te ipsum tuis decretis miserè iugulas? Per te enim plura improbare oporteret dogmata Hottingere, & quidem primaria, & præcipua, quæ communia Christianis sunt cum Mohammedanis saltem quoad ipsa vocabula, vti sunt diuinæ naturæ unitas, & simplicitas, Dei omnipotentia, scientia, sapientia, bonitas, infinitas & eiusmodi; quod plusquam blasphemum est. Moysis quoque reuocanda in dubium essent miracula, eò quod Pharaonis sapientes, & malefici etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter fecerint. Ex quo planissimè patescit, quàm impius sit Hottingerus in carpenda illa veræ Ecclesiæ nota, quæ est *Gloria miraculorum*, ita lib. 2. cap. 5. pag. 291. scribens: *Pergendum nunc ad alias Ecclesiæ Bellarminianæ notas, & Videndum, nonne & ille ipsius quoque Mohammedimi fulcra sint, vel ὄρθῶς, vel ἁρμονικῶς. Ponit ergo porro Bellarminus in notarum Catalogo, gloriam miraculorum. De hac Verò quantum sibi polliceantur Muhammedani ex Septem-Castr. discimus. Et postquam aliqua retulit, quæ idem Septem-Castrensis vt mendacia ex D. Augustino lib. 20. cap. 19. refellit,*

sub-

subdit impius Hottingerus pag. 292. *Videntur ergo, & hæc specialia casuum, & necessitatum suffragia Muhammedani cum Pontificijs habere communia. Quasi verò Christus Dominus nulla edidisset miracula; aut credentibus in eum non dixisset: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.*

Quamobrem in hisce notis fundamentum ipsum attendendum nobis est, Hottingere, & considerandum; indè quippè aut suam dignitatem contrahunt, & robur, aut vitium, & prauitatem. Etenim ædificauit Sapiens, ædificauit & stultus domum suam; sed ille supra petram, iste verò supra arenam: hinc descendente pluuiæ, venientibus fluminibus, flantibus ventis, ac irruentibus in domum illam sapientis, non cecidit; fundata enim erat super petram; domus verò stulti cecidit, & fuit ruina illius magna, quia super arenam fundata erat. Eodem prorsùs modo Muhammedanum hoc ædificium, etsi aliquam habeat similitudinem, cum Christianorum ædificio comparandum est, eorumq; superstitione cum nostra Religione.

Præterèa quædam notæ sunt regulæ, quibus res, cuiuscunque generis sint, examinantur, & expenduntur tanquàm ad lydium lapidem, vtrum à suis descendant principijs, & à sua ritè deriuantur origine nec ne. Cuiusmodi est successio Antistitum, & doctrinæ sine interruptione. Quamobrem dic ipse Hottingerus, sed

sed ingenuè, & candidè; si Mohammedanorum tot illè
 Sectæ iudicem te constituent, vt æquam feras senten-
 tiam, decernasque, quænam illarum genuinam, ac le-
 gitimam ipsius Mohammedis sequatur Religionem;
 nonne illam esse affirmabis, quæ ritè probabit succes-
 sionem Antistitum, vel Doctorum, & Doctrinæ de-
 ductam ab ipso Mohammede vsque ad se sine vlla
 interruptione? Ita profectò, si æquus vis haberi, &
 non equus, cùm suis cohæreat nota ista principijs, &
 origini. Falsa tamen erit ea religio non quoad illam
 notam, sed quia à falso, & vitioso deriuatur principio.
 At inter nos, & vos alia omninò quæstio est, quia
 vtrique conuenimus in principio, fatemurque omnes,
 & credimus firmiter, Christum Dominum verum esse
 Dei filium, veramque fundasse Ecclesiam, eique ve-
 ram tradidisse legem, & doctrinam, solumque inter
 nos controuertitur, nostra sit hæc vera Ecclesia, an ve-
 stra. Nunc ad hanc decidendam quæstionem recurri-
 mus ad hunc lydium lapidem, ostendimusque succes-
 sionem Antistitum, & doctrinæ in Ecclesia nostra
 sine interruptione, vos autem non item. Proindè
 necessariò sequitur, nostram Ecclesiam esse veram
 Christi Ecclesiam, quia vbi est eadem doctrina, est
 eadem Ecclesia; consequenter etiam firmum manet,
 vestram non esse veram Christi Ecclesiam, quia à
 Christi doctrina deflexit, ac degenerauit. Igitur quem-
 admodum nihil nostræ obest causæ, ita vestræ nihil
 pro.

prodest, Hottingere, eiusmodi tua argumentatio à similitudine notarum extorta. In ciuilibus quoque eandem habet vim, & pondus hæc eadem ratio successionis. Nam si quæ oriatur lis inter te, Iohannes Henrice Hottingere, & Iacobum aliquem Hottingerum, quinam veltrum sit Petri Hottingeri atavi, vel tritavi verus, ac legitimus hæres; quamnam ipse feret æquam sententiam, pro te, qui successionem ab illo Petro ritè ostendis, an pro illo Iacobo, qui non item? Certè pro te, & iure, nisi iniquus, ac spurcius ab omnibus haberi velis. Quod si ita est, iam causa cecidisti, & victoria à nostris stat partibus.

Porro examinemus nunc ea, quæ asseris de ratione successionis apud Mohamèdanos, videamusq; an vera sint, vel illis ex more imponas, tuisq; tanquàm offam injicias ad existimationem apud illos captandam, tanquàm rerum Orientalium eruditissimus. Rem lib. 2. cap. 5. pag. 284. ita proponis: *Si, quintò in Successione Episcoporum id est, Antistitum doctrinam aliquam sine interruptione, publicè Ubique docentium aliquid pro Veritate Religionis querendum sit subsidij, eam certè Muhammedani quoque geminam habent, generalem, qua Prophetiæ successio vocari potest, & Specialem, qua muneris; ostendunt. Successio autem muneris aliquo usque apud Caliphas remansit.*

Hiscè duo grauissima admittis peccata, & mendacia aduersùs ipsorum Mohammedanorum scita, quæ

que vel summam tuam arguunt ignorantiam, vel malitiam incredibilem, ad adstruendum aliquid contra Pontificios, quibus infensissimus es. Imprimis enim generalem illam prophetiæ successione non solùm nullam agnoscunt, sed eam penitùs reijciunt, & acerrimè impugnant, tanquàm suo Alcorano, & Mohammedi, rectà oppositam, cùm is sese appellet خاتم النبيين *Sigillum Prophetarum*. nempe Prophetarum postremum, & post quem nullus alius Propheta futurus sit. Ex quo Concilium illud Samar-

kendæ num. 47. اول الانبياء ادم عليه السلام *Primus Prophetarum est Adam, cui pax, postremus Verò Mohammedes*. عثمان ابن

الاردني *Hothmanus filius Albagebi Cordæus* Tract. في ما يجب على المكلف شرعاً *de ijs, ad quæ obligatur adultus secundùm legem*, id

num. 15. inter credenda sic proponit, وان محمد *Et (credendum) quòd Mohammedes Apostolus Dei sit sigillum Prophetarum*.

عز الدولة بن كمنونه *Hazzaddauta Ben camuna* Tract. de tribus Legibus, & Legislatoribus lib. 4. de Mohammede, cap. de ijs in quibus Mo-

hammedani conueniunt: اتفق المسلمون على ان
 محمد ابن عبد الله بن عبد المطلب رسول الله
 و خاتم النبيين *Conueniunt Moslemanni, quòd Mo-*
hammedes filius Abdallahi, filij Abdal-motlabi, sit Apo-
stolus Dei, & sigillum Prophetarum. Ex his vide Hottingere, quàm consonans sit hæc tua assertio de successio-
 ne illa generali, seu Prophetiæ apud Mohammedanos,
 cum eorum placitis. Garris igitur, & ex more Mo-
 hammedi, & Mohammedanis affingis, & imponis
 ea, quæ ipse vel somnias, vel à prandio, & cœna
 benè potus scribis, illaque nuda facta Mohamme-
 danorum mentione tanquàm offam tuis iniicis so-
 dalibus.

Sed videamus modò, Hottingere, vtrum succes-
 sionem illam, quam specialem, & Muneris vocas,
 agnoscant Mohammedani, & approbent, an verò
 improbent. Scihitarum Sectæ aliquam agnoscunt,
 vt ex earum opinionibus, quas superiori capite attuli-
 mus, videre est. Sed tanta est inter eos opinionum
 diuersitas, & discordia, vt vix dici possit; præter-
 quàm quòd etiam eam non longè protendunt à Mo-
 hammedis temporibus, nec illam sine interruptione
 agnoscunt. Imò verò eam ex ipsius Mohammedis
 vaticinio, vt fertur, haud protrahendam perhibent
 vltra 30. annos. Ex quo Ismaël Sciahinsciah in

وروى سفيينه أن النبي قال للخلافه بعدى
ثلاثون سنه ثم تعود ملكا عضوها وكان آخر
الثلاثون يوم خلع الحسن نفسه من الخلافه

*Perhibuit Safina, Prophetam dixisse, Caliphatum, seu
Successionem post me fore triginta annos, tum conuertetur
in regnum iniquum. Fuit autem postremus (annus)
30. eo die quo Alhasanus se Chaliphatu deposuit.* Con-

cilium Samarkendæ num. 54. والخلافه ثلاثون
سنه ثم بعدها ملوك وامارات

*Chaliphatus, seu successio triginta tantum fuit annos,
post quam regna, & imperia. Quocunque ergo te
vertes Hottingere, siue admittamus in tui, & sodalis
Constantini L'empereur gratiam, Successionem il-
lam apud Mohammedanos, siue cum illis eam nege-
mus, iam es conclusus, & turpi iudicio conuictus,
causam nostram quod attinet, tuisque verò ansam er-
randi vbique dedisti, & occasionem. Hinc Samuel
Maresius in ipso quæst. 1. Refutationis Fabula Prea-
damitica, limine tuas (alioquin vir eruditus,) sequu-
tus fabulas, Hottingere, Sabæos Arabiæ facit incolas,
æternitatemque Mundi eis tribuit, cum vtrumque
falsum sit, vt ex supradictis liquidò legentibus pa-
tescit.*

Tandem, vt aliquandò tuis imposturis, Hottin-

gere, tuis mendacijs, tuis falſitatibus, & fraudibus, tuiſque tot blaſphemijs finem imponam, miſſa nunc facio quæ contra reliquas veræ Eccleſiæ veras notas ſacrilego effutis ore, cùm omnia ex eadem fœtidiffima profluant Cloaca, ex eodem iſaniffimo procedant cerebro, idem ſit argumentum, eadem ſemper ratio, adeoque eadem & confutatio erit. Hoc tamen vnum, quo contra octauam blateras notam argumento, ſilentio prætereire nec poſſum, nec debeo. In quam quidem notam ſic pag. 337. inſurgis: *Porro in notarum Vera Eccleſia numero Bellarminus etiam habet confeſſionem Aduerſariorum: ſed non vidit Bellarminus; prout valdè iciunus eſt & parcus in deducendis ijs historijs, quæ ex Oriente haberi debent; nihil Muhammedanos pro ſuperſtitionis ſuæ fundamento acriùs Urgere, quàm conſenſum, quem ſibi pollicentur, & à Iudeis, & à Chriſtianis.*

Sed dic, Achriſtiane Hottingere, quem conſenſum ſibi pollicentur Mohammedani à Chriſtianis, & quem illis Chriſtiani præbent, vt Iudæos præteream? Præbent illis conſenſum, quòd Mohammedes ſit Propheta, & Apoſtolus Dei? quòd Alcoranus ſit verbum Dei increatum? quòd Chriſtus non ſit Deus, & verus Dei filius? quòd Deus non ſit Vnus, & Trinus? Mentiris proſectò, ac ſolemniter, ſi hoc ijs tuis verbis inferre velis, teque mendacij impudentiſſimi arguent ij omnes Orientales, qui pro Chriſtiana Religione

re Apologias ediderunt aduersus Mohammedanos ,
 vt Abu-nuh , Georgius , Abrahamus , Paulus Mona-
 chus , & alij per plures . Quem ergo consensum sibi
 polliceri poterunt , si eiusmodi illis dogmata constan-
 tissimè negantur ? Ostende tu , qui nec parcus , nec ie-
 iunus es in deducendis ijs historijs , quæ ex Oriente
 haberi debent. *Ahmed* , inquis , *Abulabbas* , *ben Edris*
Sanbaghius Melkita , librum scripsit ante Reformatio-
 nis tempora diu satis , quatuor absolutum partibus . Pri-
 ma recenset Scripturæ antilogias , eo ferè modo , quo illi
 Pontificiorum Theologi , qui omnem incunt rationem au-
 thoritatem Scripturæ eleuandi , eandemque obscuritatis ;
 & antilogiarum prætextu , perspicuitatis elogio spoliandi.

Ex his tuis verbis , Hottingere , quàm impius sis ,
 nemo non videt . Mohammedanus enim iste Scri-
 ptor ea parte recenset antilogias illas ad ostendendum
 Christianos , & Iudæos Sacram corrupisse , & adulte-
 rasse Scripturam , præsertim ea loca , quæ de suo te-
 stari effingit Mohammede , & eos in ipsum Moham-
 medem iniquos , & iniurios agit , vt qui ei aduersan-
 tur , illiusque impugnant dogmata , ipsique negant ,
 & subtrahunt consensum . Si autem Mohammedis
 impugnare dogmata est per te consensum illi præbere ,
 iam vicisti ; sed trophæum pro tanta victoria age apud
 tuos , si hoc patiantur . Prætereà qua fronte , qua au-
 dacia inuehis in Bellarminum virum illum summum ,
 quasi verò hanc notam , & hunc consensum petat à

Mo-

Mohammedanis, qui à tota Christiana Religione in ipsis principijs longissimè dissident? Quamobrem hinc liquidò sit te diuerticulum querere, flexionesq; ad effugiendam argumenti vim, & pondus. Quandoquidem nos cum loquimur de consensu Orientium, intelligimus eo nomine Orientales illas nationes, quæ Christo nomen dederunt, non Mohammedanos, non Iudæos, non Samaritas, aut similes, nisi quatenus aliquandò huiusmodi Aduersariorum confessio, aut veritatis vi elicitur, aut argumentum aliquod nobis ad hominem suppeditat. Quod & ipse Hottingere fateris lib. 1. cap. 3. pag. 106. vbi postquam hæc Beidauī retulisti verba ad finem Suratę 53.

من قرأ سورة الصف كان عيشه مصلية عليه
ومستغفر له ما دام في الدنيا وهو يوم القيامة رفيقه

Id est, *Qui legit Suratam الصف (Alsaf, aciei) pro eo Isa (Iesus) orat, Veniamque peccatorum pro illo petit, quamdiu superest in mundo: Die autem Resurrectionis socius eius est.* postquam retulisti; inquam, hæc verba; aliasque addidisti eis Mohammedanorum explicationes, quæ Christi Maiestati fauent, statim subdis: *Quod si ita fuerit, locus certè hic dignus est, qui diligenter obseruetur. Essent inimici veritatis testes eisdem, & approbatores.* Vndè præclare Eucherius Homil. 1. de Pasch. *Validis absque dubio nititur privilegijs, qui causam de aduersarij asserit instrumentis.* Spe-

ciosa Victoria est, contrariam partem chartulis suis, Velut proprijs laqueis irretire, & testimoniorum suorum Vocibus confutare; & amulum telis suis evincere, Ut pugnatoris sui argumenta, suis probentur Utilitatibus militare. Quid ergo in Pontificijs damnas, quod pro te approbas? Colligimus prætereà aliquandò ex hostium Christianæ Religionis testimonijs, quæ nam eo tempore fuerint Christianorum dogmata, quamvis ea cum irrisione referant. Apud Lucianum Verb. grat. ridetur mysterium Trinitatis, & cultus sanctarum imaginum, ex quo ritè inferitur; ergo tempore Luciani hæc erant Christianorum dogmata. Ethnicus apud Minutium infimulat idololatriæ impensæ Sacerdoti, probucbitum fidelium ad eius genua inter confitendum. Ibidem, & apud Tertullianum, atque Athenagoram, obijcitur Christianis pabulum ex carnibus infantis farre contacti; quæ est, perspicua veritatis Catholicæ confirmatio. Neque enim hi sanniones irridebant, nisi quod apud Christianos receptum nouerant. Vide apud Theophilum Raynaudum de Ecclesia bicipiti puncto 13.

Huius quoque generis ea sunt, quæ ex Galeno refert Gregorius Barhebræus lib. 6. Chronicorum in Antonino Cæsare cognomento Pius, de Christianorum Parabolis, miraculis, virtutibus, continentia, ieiunijs, orationibus, iustitiæ amore, ac cælibatu. Ibi enim refellens Gregorius eorum sententiam, qui Galenum

lenum Christo Domino coæuum faciunt, ita scribit:

والدليل على انه لم يكن في زمان المسيح كما ظن
ولكن بعد قوله في مقاله الاولى من كتاب
التشريح انه صنف في مبداء ملك انطونياني في
اول مرة صعد الى روميه فمن صعد المسيح الى هذه
الغايه ما ينيف على مائة سنة : وقال ايضا في شرحه
كتاب فلاطون وهو المستحق فادن ان هولاء القوم
الذين يسمون نصارى نراهم قد بنوا مذهبهم على
الرموز والمعجزات وليسوا باقل من الفلاسفة
التيقنين باعمالهم يحبون العفة ويديرون الصوم
والصلوة ويحجبون المظالم وفيهم
اناس لا يدنسون بالدماء

*Demonstratio autem, quod non fuerit (Galenus) tem-
pore Christi, quemadmodum autumatum fuit, sed post,
est ipsiusmet assertum, quod habetur Tract. 1. Libri
Anatomes, Ubi dicit, se illum composuisse initio imperij
Antonini, cum prima Vice Romam profectus fuit. Ex
Ascensione autem Christi usque ad hoc tempus sunt plus-
quam anni centum. Dixit praterea in Commentarijs
Libri Platonis, qui Phedon nuncupatur: Hos utique
homines, qui Nazareni nominantur, suam Legem con-
struxisse videmus super Parabolis, & miraculis, nec Ve-
ris cedunt Philosophis in suis operibus. Diligunt continen-*

tiam

tiam, ac perpetuò incumbunt ieiunio, & orationi. Declinamus ab iniquitatibus; inserque illos sunt, qui nequaquam se inquitans cum mulieribus.

Ex his plarum, ac notam omnibus relinquatur, quam impius sis. Hottingere, ac in veram Christi Ecclesiam iniurius, qui inter cætera denegas illi tam præclaram notam, nimirum miracula super quibus suam edificabant post Euangelium, quod Parabolarum nomine intelligendum ibi venit, (ut idem notat ibidem Gregorius) Religionem primævi illi Christiani, ac viti Apostolici, vel ex ipso Gentilium testimonio. Vndè peregre tibi, tuisque similibus, atq; appositè quadrat id Jacobi Arminij primariæ classis inter tuos Protestantes Orat. 3. de certitudine sacrosanctæ Theologia scribentis: Negare miracula, que Gentilium, & Iudeorum testimonia habent, manifesta impudentiæ est, & execrandi stuporis.

Disimus ergo nos, hunc consensum quod attinet, ea omnia, in quibus omnes illæ Sectæ, & Nationes Orientales, quæ Christo notam dederunt, conveniunt, tam inter se; quam cum Ecclesia Romana, suam habuisse originem à Christo Domino, eiusque sanctis Apostolis, adeoque ut Divina, & Apostolica habenda esse, nec esse humana iuventæ, quemadmodum passim obijciunt nobis Protestantes, & Reformati. Ratio autem huius est, ut sæpius diximus alibi, quia cum omnes sectæ istæ, & nationes infensis-

firmas, & crudelissimas exercent inimicitias, tam inter se; quàm cum Ecclesia Romana; nequaquam aut probabile, aut possibile est, vt aliquod dogma, confingere simul, & coniuncta opera possint, aut aliquid ab vna harum Sectarum seorsim confictum reciperetur ab alijs. De hoc autem consensu loquimur Hottingere.

Dicimus præterea, Hottingere, omnes has Nationes, & Sectas longissimè à vestris dissidere dogmatis, imò nimium, & maximò perè ab illis abhortere, nec in vno quidem articulo, ex ijs in quibus cum Ecclesia Romana vobis controuersia est, vobiscum conuenire. Asserti huius demonstratio aliud requirit otium, & aliud tempus, idcirco peculiari eam referuamus operi. Sed, ne paradoxa nos dixisse videamur apud vos, Hottingere, vnum tantum proponamus nunc articulum, & quidem præcipuum, & magis insignem inter eos, qui vos inter, & nos Pontificios, Hottingere, controuertuntur.

Controuertitur, Hottingere, & acriter quidem, inter nos Catholicos, tuosque Reformatos, vtum in Sacramento Eucharistiæ contineatur verum, ac reale Corpus Christi & eius Sanguis. Affirmant Catholici, negant Reformati. Audiamus ergo vtriusque partis verba, deindè in medium proferamus harum omnium Orientalium Nationum, & sectarum opinionem, videamusque, quibuscum illis conuenit,

vobiscum, an nobiscum; & exinde æquæ proferatur sententia.

Omnibus perfectissima, & constantissima est Pontificiorum, seu Catholicorum sententia, in Sacramento Eucharistia contineri verum, ac reale Corpus Christi, & eius Sanguinem. Sic omnes Catholici accipiunt, & intelligunt hæc Domini verba; *Hoc est Corpus meum; Hic est Sanguis meus*.

Contra veltri, Hottingere. Zuinglius imprimis tuus lib. de Cœna tom. 2. fol. 283. *Hæc Christi*, inquit, *Verba: Hoc est &c. de substantiali, & corporea carnis intelligi nullo modo possunt*. Idem ibidem pag. 289. *Panis figura tantummodò est, qua corpus illud significatur, cuius nos recordari oportet*. Et pag. 291. *Potus non aliud reuera quàm Vinum erat*. Hæc multis alijs in locis repetit, & inculcat.

Calvinus in Matth. cap. 3. vers. 16. *Vocatur panis Sacra Cœna Corpus Christi, non quia sit, sed quia restatur nobis Verè dari in cibum*. Et in forma administrandæ Cœnæ pag. 41. *Satis habeamus, si panis, ac Vinum nobis pro nota, & signo dentur*. Hos reliqua sequitur Protestantium veltrorum turba, quos hic referre superfluum esset.

Nunc audiamus Orientalium omnium illarum Nationum, & Sectarum opinionem, & quænam ipsarum sit de hac re persuasio videamus. Et ne plura, præter institutum nostrum, aggeramus testimonia,

vnius tantum contenti erimus, in quo omnium referuntur opiniones.

Ante annos 267. plus minus. Tractatum ediderunt Monachi S. Antonij nationis Cophtarum, qui sunt Dioscoriani, seu Monophysitæ, de sacro-sancta Eucharistia, sub hoc titulo: مقالته في العرمان المقدس عملت بدير القديس انطونيوس في شهر يونس سنة الف مائه واثنى عشر للشهداء الابرار *Tractatus de sacro-sancta Oblatione, seu Eucharistia confectus in Monasterio S. Antonij mense Bascinas anno 1112. Sanctorum Martyrum. Aeri Martyrum respondet an. Christi 282. ex tabulis Ismaelis Sciahinschah. Huius Tractatus cap. 7. referuntur ea omnia, in quibus conueniunt, vel differunt Orientales Christianæ gentes circa Eucharistiam, eiusque administrationem, tam inter se, quàm cum Ecclesia Romana. Titulus capitis est.*

القسم التاسع اختلاف عادات طوائف
النصرانية في تقديم القربان المقدس
والكلام فيه

Cap. 7. Discrimina consuetudinum Christianarum Nationum de Oblatione Sacro-sancta Eucharistia, & de illa dissertatio.

Verba ipsa capitis hæc sunt: اختلاف الطوائف النصرانية

النصرانية في كيفية القربان المقدس مع اتفاقهم على صحة الاعتقاد فيه . فمنهم من يلقي فيه خميرا ومنهم من يذره نظيرا ومنهم من ابساح النوعين كليهما . والذين اعتقدوا التمييز منهم من اتقى فيه زيتا وملحاً ومنهم من لا يبرأ ذلك ومن الطوائف من يمزج الخمر ومنهم من يقدمه صرفاً ومنهم من يبيت القربان ومنهم من لا يبيته واعلم انه مع صحة الايمان المستقيم والاعتقاد في القربان المقدس انه جسد سيدنا المسيح له المجد ودمه الكريم لا يخرج منه اختلاف العادات في كيفية من ان يكون جسد سيدنا ودمه الكريم

Dissentiant Nationes Christiana in qualitate sanctae Oblationis, siue Eucharistiae, quamvis conveniant circa ipsam in Fide. Nam sunt ex eis qui ponunt in ea fermentum (Melchitz, Nestoriani, Iacobitz, Gophritz) & qui in Azymo illam conficiunt, (Latini, Armeni, Maronitz) & qui Utramque speciem (Latini) licitam habent: Qui autem tenent fermentum, ex illis sunt, qui ponunt oleum, & salem (Nestoriani, Iacobitz) sunt Verò (Latini, Melchitz, Maronitz, Gophritz, Armeni) qui id minime probant. Ex hisce etiam Nationibus sunt qui temperant Vinum (Latini, Melchitz, Maronitz, Iacobitz, Gophritz) & sunt qui illud offerunt.

sunt merum, (Armeni) & sunt qui Veterem (præcedente die, vel antè coctum panem) offerunt, & qui Verè non item; (sed eodem die coctus, vt Armeni). Et scias, quòd stante Veritate rectæ Fidei, & credendi firmitate, quòd sacra Eucharistia sit corpus Domini nostri, cui gloria, & Sanguis eius pretiosus, minimè obstitent Varietates consuetudinum circa eius qualitates, quin sit Corpus Domini nostri, & Sanguis eius pretiosus. Ex his liquido, & planissimè patet, omnes hæc Christianas gentes conuenire, sacrum panem Eucharisticum, esse verum, & reale Corpus Christi, & Calicem verum eius Sanguinem, & discrepare solum in accidentibus, & qualitatibus.

Hoc idem argumentum de veritate, & realitate Corporis, & Sanguinis Domini in vniuersa Christiana Ecclesia grauius etiam inculcatur, & vigetur cap. I. eiusdem Operis, vti sequitur:

القسم الاول الاعتقاد في القربان

Cap. I. Fides de Oblatione, seu Eucharistia.

البيعة المسيحية تعتقد أن القربان المقدس جسم
 نبيذنا المسيح له الجسد ودمه الكريم الذي أفرقته
 من أجل حياة العالم وعقران الخطايا. والدلم
 على حقيقة ذلك قوله تعالى عند ما أكل الفصح

مع تلاميذه وأخذ خميرا وبارك وقسمه وأعطاه
 لتلاميذه قائلا خذوا كلوا هذا هو جسدي الذي
 يبذل عنكم هذا افعلوه لذكري . وأخذ كأسا
 وشكر وبارك من بعد العشاء وأعطاه لهم وقال اشربوا
 من هذا كلكم فشربوا منه كلهم وقال هذا هو
 دمي العهد الجديد الذي يسفك عن كثيرين
 لمغفرة خطاياهم وقوله أيضا الخمر الذي انا اعطيه
 هو جسدي الذي ابدله من اجل حياة العالم الحق
 الحق اقول لكم ان لم تاكلوا جسد ابن البشر
 وتشربوا دمه فليست لكم حياة فيكم فيجب على
 كل مومن يتناوله ان يكون صادق الايمان بالقلب
 والاعتراف باللسان ان الذي تناوله قد صار جسدي
 سيدنا المسيح ودمه الكريم بوساطة تقديس
 الكاهن وطلباته وحلول الروح القدس بالقدرة
 الالهية والعجب الغير مدرك راجيا به غفران
 الخطايا تصديقا لقول سيدنا له المجد وايماننا
 بمواعيده وان اليد التي قدسته تلك الليلة وتناولته
 للتلاميذ هي التي قدسته الان وتناولته له

*Ecclesia Christiana firmiter credit, quod sancta Oblatio,
 siue Eucharistia sit Corpus Domini nostri Christi, &
 Sanguis eius pretiosus, quem effudit pro Vita mundi, &
 remissio-*

remissione peccatorum. Demonstratio autem huius Veritatis est dictum Altissimi. (Christi) cum comedit Pascha cum Discipulis suis, & accepit panem, & benedixit, & diuisit, & dedit Discipulis suis dicens: Accipite, comedite: Hoc est corpus meum, quod pro Vobis traditur, hoc facite in meam commemorationem. & accepit Calicem, & gratias egit, & benedixit post cenam, & dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes, & biberunt ex ea omnes, & dixit: Hic est Sanguis meus noui Testamentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum eorum. Et dictum etiam illis: Panis, quem ego dabo, caro mea est; quam ego trado pro Vita Mundi. Amen. Amen dica Vobis, nisi manducaueritis Carum Filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis Vitam in Vobis. Oportet ergo, ut Unusquisque fidelis, qui illud sumit, ut sit Veracis Fidei in corde, & confessionis in lingua, quod id, quod sumpsit, iam factum sit Corpus Domini nostri Christi, & Sanguis eius pretiosus, mediante consecratione Sacerdotis, & precibus illius, & descensione Spiritus Sancti Virtute diuina, & miraculo incomprehensibili, sperans mediante illo remissionem peccatorum credendo dicto Domini nostri, cui gloria, & fidem adhibendo eius promissionibus, & quod manus, que illud sanctificauit ea nocte, & dedit illud Discipulis, eadem sit, ac que illud sanctificauit nunc, & sibi illud tradidit. Quomodo autem conuertitur panis in Corpus Christi, & vinum in eius pretiosum sanguinem, sic cap. 2. ostenditur.

القسم الثاني كيف يجوز ان يصير خمير القربان
جسد سيدنا المسيح والكاس دمه الكريم
والوجه الذي عليه يصب ذلك ولا يمتنع
وكونه سبحانه جعلهما من الخبز ومزاج
الخمر لا من غيرهم

*Cap. 2. quomodo possibile est, ut fiat panis oblationis
Corpus Domini nostri Christi, & Calix eius pretiosus
Sanguis, & qua ratione hoc verificatur, & non
sit impossibile, & cur instituit ea ex pane,
& temperamento Vini, &
non ex alijs?*

والدليل على صحة ذلك انه من فعل القوة الالهية
بالسر الغير مدرك وليس ذلك بمتنع فيها. ولما
كان الغدا للانسان ليس هو الا عبارة عن خلاف
ما يتحمل من البدن وكان غدا الانسان الخبز والماء
ومنهما يتعوض ما تحال من البدن من اللحم والدم
في الضرورة ان المواد التي يعتمدى بها الجنين في
الاحشاء منهما وبها يدمو وينشو. فاذا كان ذلك
كذلك صار الغدا منشا اللحم والدم لسائر الابدان
الانسانية وان كان الغدا في الحقيقة متكثرا
متغايرا، الا ان هذان فيهما كفاية وهما اصل
الغدا الانساني وبهما قوام الحياة ومن دونهما لا تنبم
فاما

قلما ابداله الـما بمزاج الخمر لانه استعمال اهل اقليم
 الشام واكثر الامصار عوضا عن الـما خلا اقليم
 اهل مصر وما يليه لعدم الخمر بهم وهو اكثر
 توليدًا للدم فلهمنا جعل سيدنا له المجد جـهـدـة
 المقدس ودمه الكريم من الخبز ومزاج الخمر الـذي
 منهما ينشوا كل الابدان في الاحشا والروح القدس
 الصانع الجسد المقدس في الاحشا المتوليه من المواد
 المرثيه الـتي اصلها الخبز ومزاج الخمر ومقدسها
 هو الصانع هذا للخبز وهذا الكاس جسد سيدنا
 ودمه الزكي ومقدسهما والقوة الالهيه للخرقة
 العادة في انشا الجسد الـيسوعى في الاحشا المقدسه
 من غير زريعة انسان هي الصانع المعجز الان في
 تحويل الخبز والخمر جسد سيدنا ودمه . والكلمة
 القايله هذا هو جسدى وهذا هو دمي هي القايله
 فوه الى الابد بوساطة الكاهن المنعم عليه
 بهذه الموهبه كما تقدم من قول الله تبارك وتعالى
 في خلق المخلوقات وتركيبها وصارت تلك
 الاقوال ثابتة فاعله الى الابد فقد بان كيق
 صح ان يصير الخبز والخمر جسد سيدنا ودمه
 بالبرهان العقلى والشري الثابت صدقهما ان
 ليس يمتنع شى من الاشياء على القوة الالهيه
 الغير

الغبر محدوده بل جميع ذلك جاز امره فيها
غير متمنع شرعا وعقلا

Demonstratio autem huius Veritatis indè liquet, quòd sit opus Diuinae potentiae arcano incomprehensibili, & quòd id haud ipsi impossibile sit. Cùm autem alimentum homini nihil aliud sit, quàm supplementum eius, quod ex corpore absumitur; & hoc alimentum hominis ex pane constet, & aqua, ex quibus expletur, quod carnis, & sanguinis absumitur ex corpore, necesse profectò erit, Ut materiae, ex quibus nutritur fœtus in Utero, sint ex illis, atque ex ipsis nutriatur, & crescat. Quod quidem cùm ita sit, alimentum erit augmentum carnis, & sanguinis in omnibus humanis corporibus. Et quamuis Verè multiplex, & Varium sit alimentum, hac tamen duo sufficiunt, quippè quæ humanae nutritionis sunt fundamentum; ac per illa Vita subsistit, nec sine ipsis perficitur. Quòd autem commutauerit (Christus Dominus) aquam substituto Vini temperamento, proinde id est, quia Climatis Syriae Incolarum is est Usus, plurimumque aliarum regionum, loco aquae. Climate Aegypti, & ei subiectis, exceptis ob Vini, qua laborant, penuriam, & quod maiorem generet sanguinis copiam. Ea igitur propter Dominus noster, cui gloria, sanctum suum instituit Corpus, & Sanguinem pretiosum ex pane, & Vini mistura, ex quibus omnia nutriuntur corpora in Uteris. Et Spiritus quidem Sanctus efficiens corpus illud

sanctum in Utero Virgineo ex materijs Mariamitis (Mariæ) quarum fundamentum, & radix panis est, & Vini mistura, & sanctificans eos, ipse idem est, qui efficit hunc panem, & hunc calicem Corpus Domini nostri, & sanguinem eius purissimum, eaq; sanctificat; & Diuina Virtus transcendens (naturalem) consuetudinē in producendo, & nutriendo corpus Iesu in Utero sancto sine humano semine, ea est, qua nunc miraculum operatur in Conuersione, seu, Transubstantiatione panis, & Vini in corpus Domini nostri, & sanguinem eius. Et idem Verbum dicens: Hoc est corpus meum; &: Hic est Sanguis meus, illud idem est, quod dicet de illo in æternum mediante Sacerdote, cui eiusmodi concessum est donum, quemadmodum & ante dixerat Deus benedictus, & exaltatus in creando creaturas, atque componendo, & firma permanserunt ea dicta, ac in æternum operantia. Demonstratum itaque quomodo Verum sit, quod panis, & Vinum fiant Corpus Domini nostri, & Sanguis eius, & hoc tam ex dictamine intellectus, quàm auctoritate Textus, quorum Veritas fixa manet, cum nihil indefinita Diuinae potentiae impossibile sit, sed omnia ei subsunt, ac sunt possibilis, tam iuxta Textus auctoritatem, quàm dictamen intellectus. Hæc illi.

Sed, si alia testimonia hac de re ex singularum gentium Scriptoribus à nobis exigis, his ipse non contentus, Hottingere, libenter accedimus, nec pigebit, in tui gratiam, ea hic breuiter referre.

Ex

Ex ipsis Cophitis prodeat adhuc Ioannes Episcopus Afiutensis in Actis Martyrum Ægypti, vbi Ammonium Afnę Episcopum sic inducit Ariano Ægypti nomine Diocletiani Pręfecto gentilium cultus persuadenti respondentem :

قال القديس امونيهوس الاسقف كيف يا اريانوس اخذ اللبان النجس بيداي اللتان ارفعهما الى العلى الى الاب صابط الكل اب ربنا والاهنا ومخلصنا يسوع المسيح واسال صلاحه ان يرسل نعمته روح قدسه فينقل الخبز الى جوهر جسد المسيح ودمه الكريم هذا الذى بعد موته على الصليب خرج لنا من جنبه الالهي ما ودم وبه طهر العالم كله اما جسده الطاهر هو الذى كان اولاً بالمدود وثانياً على الصليب وثالثاً فى القبر ورابعاً بعد الى السماء

Dixit S. Ammonius Episcopus : Quomodo Ariane accipiam immundum thus manibus meis, quas eleuo in altum ad Patrem omnipotentem, Patrem Domini nostri, & Salvatoris Iesu Christi, & deprecor bonitatem eius, Ut mittat gratiam Spiritus sui Sancti, & transfuset panem, & Vinum in substantiam corporis Christi, & sanguinis eius preciosissimi, de cuius quidem diuino latere, post illius mortem in Cruce, exiit nobis aqua, & sanguis, quibus Uniuersum expiauit Mundum.

Ex Melchitis, seu Gręcis Arabibus S. Petrus

Epi-

Episcopus Sebaſtes SS. Baſilij magni , & Gregorij
 frater , par. 1. Libri inſcripti *البرهان* *Alborhan*
 id eſt *Demonſtrationis*. فلذا قام الكاهن بمبتهلا
 قدام المائدة بالدعا الذي علم المسيح للواردين
 وامرهم ان يورثوه خلفايتهم من الكهنه تنزل
 روح القدس على ذلك القربان فتصير الخبز
 خمرا بقدها وقوتها وتصير مـزاج
 الخمر والماء دما حتى لا يبقى فيه
 شـيـ من ذلك غليظا ثقيلا

*Cum ergo ſtat Sacerdos orans coram menſa , & inuocat
 inuocatione , quam docuit Chriſtus Apoſtoloſ , præcepitq;
 illis , Ut eam traderent Succelloribus ſuis Sacerdotibus ,
 deſcendit Spiritus Sanctus ſuper oblationem illam , efficit
 que panem ſua ſanctificatione , & Virtute carnem , ac
 Vini , & aquæ temperamentum efficit ſanguinem , itaut
 nihil remaneat in illo materialis , & facultati . Et*

پاولو پوſت ita aſſumit : *ولكن يصير كله
 خمرا ودما مقدسا بروح القدس*

*Sed fit totum caro , & ſanguis ſanctificati Spiritu Sancto .
 Deindè hanc conuerſionem , ſeu Tranſubſtantiatio-
 nem conuincit , & demonſtrat à minori ad maius ,
 nimirum à facultatibus naturalibus ad potentiam
 ſupernaturalem , & diuinam ſic diſſerens : وما ينكر*

احد

أحد أن تكون الروح القدس الخالق اقوى فعلا من المعدة على تمشية الطعام والشراب وتمييز صفوة من ثقيله وقويته الكبد على طبخ ذلك الصفو وتمييز لطيفه من غليظه وتغيير ذلك اللطيف عن حاله الى ان سيرته مما حتى نفسه في جميع الجسد . فكيف لا تقوى روح القدس على تغيير ذلك الخبز ومزاج الخمر والماء

Nemo quidem inficiatur, Spiritum Sanctum creatorem esse potentiores operatores stomacho, & hepate in corporibus creatis. Potuit enim stomachus concoquere cibum, & potum, necnon purum à faculento secernere. Potuit etiam hepar concoquere purum illud, atque secernere subtile à crasso, & subtile illud à suo statu mutare, donec efficit illud sanguinem, qui totum permeat corpus. Quomodo ergo non potest Spiritus Sanctus mutare panem illum, & temperamentum Vini, & aqua? Et post

ومن يذكر ايضا ان تكون كلمة الله نافذة وهي المسيح الذي ناول تلاميذه الخبز فقال لهم خذوا كلوا هذا هو جسدى ثم ناولهم كما فيها مزاج خمر وما فقال لهم اشربوا منه كلكم هذا هو دمي الذي يسفك من اجلكم

Quis quoque inficiabitur, Verbum Dei haud esse efficax, quod

mentariorum in Liturgiam S. Iacobi inquit, an panis, quem Christus Dominus benedixit in postrema Cœna, sit idem Corpus, ac illud, quod assumpsit ex Virgine, an aliud, concluditque, esse illud idem.

Verba ipsa sunt.
 אָוֹן וְדָבָר וְלִשְׁמַעְתָּהּ
 וְהַמָּלְאָכִים לֹא אָמְרוּ אֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה
 וְהַיְהוּדִים וְהַנְּצִינִים וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם
 וְכָל חַיְיֵי הָאָרֶץ אֲלֵי אֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה
 וְהַיְהוּדִים וְהַנְּצִינִים וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם

Oportet, inquiramus, an panis, quem accepit Christus super manus suas, & benedixit illum, & sanctificavit, & Vocavit Corpus suum, ipse sit Corpus illius, quod ex Virgine est? Et dicimus, illum esse Corpus, & Sanguinem, qui ex Virgine. Statimque post hæc sibi objicit

Aduersariorum nomine ita :
 אֲלֵי כִּי קָדְשׁוֹ אֵלֵּי
 וְאֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה . אֲפֹדִימֵי לֵאמֹר
 וְהַמָּלְאָכִים לֹא אָמְרוּ אֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה
 וְהַיְהוּדִים וְהַנְּצִינִים וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם
 וְכָל חַיְיֵי הָאָרֶץ אֲלֵי אֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה
 וְהַיְהוּדִים וְהַנְּצִינִים וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם
 וְכָל חַיְיֵי הָאָרֶץ אֲלֵי אֵיךְ הָיָה דָבָר הַזֶּה
 וְהַיְהוּדִים וְהַנְּצִינִים וְהַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם

דָבָר

✠ offert. Intellige quoque, ✠ considera miraculum, quod illo Vespere in Cœnaculo præstitum fuit. Comedit ex suo Corpore, ✠ comedere facit suos Apostolos; bibit suum Sanguinem, ✠ propinavit eis. Quod quidem miraculum superat intellectus, nec illud comprehendere valent.

Aliud non minùs clarum, illustre, ac peruetustum suppeditat nobis testimonium liber Constitutionum Ecclesiæ Maronitarum, quem ex Syriaca lingua Arabici iuris fecit David Archiepiscopus Æra Alexandri 1370. quæ respondet an. Domini 1053. rogante Abbate Iosepho, & eius Monachis. Id ita

ثم ابتدئ بذكر: ثم ابتدئ بذكر
 الوصية الجديدة واخذ حينئذ من ذلك الخبز الذى
 كان على تلك الطايفة الفطير وحمله على يديه
 وباركه وفضله وقال لهم هذا هو جسد الذى
 قرب من اجلكم خذوا وكلوا منه لغفران الخطايا
 فاخذوا واكلوا لحم بغير شك ثم مزج كأس من
 خمر وما وقال لهم هذا هو دمى الذى يسفك من
 اجلكم خذوا واشربوا منه لغفران الخطايا فشربوا
 دم بغير شك. ثم بين لهم هناك فقال ان الخروق
 الذى امر الرب به موسى هذا هو مهال الخبز الذى
 قد صار لحما وهو جسدى والدم الذى سفك من

ديجته

ديجته فهو مثال هذا الكافي الذي صار دما وهو
دي بالحقيقه الذي يصفك من اجلك — م

Tum aggressus est commemorare nouum Testamentum, & accepit tunc ex illo pane azymo, qui erat super mensa illa, & sustulit illum super manus suas, & benedixit eum ac praestantum reddidit, & dixit illis: (Discipulis) Hoc est Corpus meum, quod oblatum est pro Vobis, accipite, & comedite ex illo in remissionem peccatorum; & acceperunt, & comederunt Carnem sine hesitatione. Deinde miscuit Calicem ex Vino, & aqua, & dixit illis: Hic est Sanguis meus, qui pro Vobis effunditur: accipite, & bibite ex eo in remissionem peccatorum; & biberunt Sanguinem sine hesitatione. Præterea demonstrauit eis ibi dicens: Agnus Vtique, quem praecepit Dominus Moyse, typus est huius panis, qui Caro iam factus est, & est Corpus meum: Sanguis Verò, qui effusus est ex eius mactatione, typus huius Calicis, qui iam est Sanguis, & est Verè Sanguis meus, qui effunditur pro Vobis.

Hoc idem inculcatur capite 7. de Canone Missae, vbi mirè veltra perstringuntur, Hottingere, Symbola, & Figure. اعطانا اياه نفسه تقديس انت اسماوه . لغفران الخطايا ولم يتمثل به بل قال هذا هو جسدي ولم يقبل هذا هو مثل جسدي
Dedit illud (Corpus suum) nobis ipsemet (sanctificantur nomine illius) in remissionem peccatorum, nec illud usur-
pa-

panis figuratè, vel symbolicè, sed dixit: Hoc est Corpus meum, & non dixit: Hoc est typus, vel symbolum Corporis mei.

Adstipulatur in vestra hæc Symbola, & figuras, Hottingere, ابو شاذران الراهب ابن الكرم بطرس
Abusciacher filius Alrahebi, filij Alcarami Petri Coph-
 ita in suo opere inscripto كتاب الموهان في
 القوائد المكله والفرايض المهمله
Liber Demonstrationis de Canonibus perficientibus, &
Præceptis neglectis, quæstione 16. quæ est فى
 القربان الذى هو جسد المسيح ودمه
De Oblatione, quæ est Corpus Christi, & Sanguis eius,
 in hæc verba: لما بارك سيدنا هذا الخبز والخمر
 صار بفيض الروح القدس والتقديس هو هما
 كقوله والخبز الذى انا اعطيه هو جسدى ولم
 يقل هو مثل جسدى بل قال هو هو
Cùm benedixisset Dominus noster hunc panem, & Vinum
factus est operatione Spiritus Sancti, & sanctificatione
(seu verbis consecrantibus) ipse ipsa iuxta dictum illius:
 Panis, quem ego dabo, est Corpus meum, & non
 dixit est typus, vel Symbolum Corporis mei, sed dixit,
 ipse idem est.

Tandem non solum in hoc de veritate Corporis Chri-

Christi in sacro-sancta Eucharistia argumento tam inter se, quam cum Ecclesia Romana congruunt Nationes illæ Orientales, mi Hottingere, verum etiam in omnibus ferè alijs articulis, qui vos inter, & Ecclesiam Romanam controuertuntur. Quamobrem etiam, atque etiam te rogo, atque obsecro in visceribus Christi, vt huius consensus vim, ac pondus apud te grauitè, ac seriò expendas, solamque ante oculos nudam proponas veritatem, quam si indè sincerè quæres, vti par est, libentissimè reliquorum articulo- rum demonstrationem vbi, & quando tibi libuerit, ad me recipio. Interim si quod mihi exciderit verbulum in te iniuriosum, scias, id ex animo haud factum esse, sed eò tuæ inuitum, & reluctantem aliquandò traxerunt iniuriæ in Catholicam Ecclesiam, maximè cum ad id haud prouocatus fueris. Tamen, vt Christianè tecum agam, ignosce quoad hoc suppliciter precor, mi Hottingere, ac tanquam non dictum credas, dum ego Deum Opt. Max. precibus sollicitare haud desinam, vt sua bonitate, ac pietate ex Saulo Paulum te faciat. Quò sic omnes vnum corpus, & vnus Spiritus effecti, vnanimè vno ore honorificemus

Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi:

Cui sit laus, honor, & gloria in sempiterna secula. Amen.

FINIS.

INDEX

OPERVM AVCTORVM

MM. SS. quæ in hoc nostro laudauimus
Opere .

*MM. SS. Auſtorum Opera, quæ in hoc no-
ſtro laudauimus Opere, cùm obuia vbique lecto-
ribus non ſint, eorum hic adtexere, & ſubdere
Indicem, ac Catalogum, & in quibus extant Bi-
bliotheſis, & apud quos indicare, abs re non eſſe
exiſtimauimus; tùm ne Aduerſarij commenti
alicuius inſimulare nos poſſint; tùm ut curioſi,
ac veri veritatis indagatores animum explere
valeant. Id autem quambreuiffimè, fuſiorem
traſtationem noſtræ Bibliothecæ Orientalire-
ſeruantes .*

A

١ أبو إسحاق بن العسال *Abu-isaac Ben-aſſalus*
*Egyptius, ſecta Monophyſita, multa edidit non
inerudita opera, inter quæ illud, quod nuncupauit
مجموع القوانين *Collectionem Canonum, & Alexan-
drinæ Eccleſiæ adiunxit Conſtitutionibus. Operis hu-
ius**

A V C T O R V M.

ius exemplar vetustissimum extat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe .

2 أبو الفرج بن الطيب *Abul-faragius Benattibus* Nestorianus . Inter plura , quæ edidit , opera . extant illius Magna , & Parua in Euangelia Paraphrases eruditissimæ, etsi alicubi Nestoriana redoleant dogmata. Exemplaria extant nobis bina, vnum , & quidem peruetustum, ex Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe ; alterum est Eminentissimi Cardinalis Pallotti , ex legato Illustrissimi Viri Sergij Risij Archiepiscopi Damasceni Maronitæ, quod idem elegantissimè ex priori descripserat .

3 أبو جعفر الطبري *Abu-giahfar Altabri* , scriptor Mohammedanus, & Alcorani commentator . Huius Commentaria ipsa videre nobis non contigit , quæ autem ex illis citauimus in hoc nostro Opere, decerpimus ex sess. 3. Disputationum Eliæ Nisibensis , de quibus infrà suo loco .

4 أبو بكر بن عباس *Abu-bacrüs Ben-abbas* , seu *Abbasides* , Mohammedanus item auctor , integrum edidit volumen duabus absolutum partibus contra Christianam Religionem . Huius Exemplar nobis minimè extat ; quæ autem ex illo citauimus , in nostra relata erant olim aduersaria .

5 أحمد أبو العباس بن ادريس الصنهاجي المالكي

I N D E X

Ahmed Abul-abbas Ben Edris Sanhagius Malechita,
 Ægyptius, librum & ipse conscripsit in quatuor diui-
 sum partes aduersus Christianam Religionem, quem
 ex Christianis multi doctissimè refutarunt. De hoc
 Auctore sic Hottingerus Histor. Orient. lib. 2. cap. 5.
 pag. 337. *Ahmed Abulabbas, ben Edris, Sanhaghius,*
Melkita, librum scripsit ante Reformationis tempora diu-
satis quatuor absolutum partibus. Prima recenset Scri-
ptura ἀπλοχίας, eo ferè modo, quo illi Pontificiorum
Theologi, qui omnem inueniunt rationem auctoritatem scri-
pturae eleuandi, eandemque obscuritatis, & antilogiarum
prætextu, perspicuitatis elogio spoliandi. Et subdit pau-
lò inferiùs: Hic Verò ad risum sæpè ineptus est. Ad ri-
sum sanè non sæpè, sed sæpissimè ineptus est Moham-
medanus iste auctor, Hottingere, non in hac secunda,
 vt notas, parte, sed ubique in totis suæ Apologiæ ad-
 uersus Christianam Religionem partibus; at ipse non
 non solùm ineptissimus es in tota tua Historia Orient-
 tali, sed impostor es ab omnibus irridendus, & mise-
 randus. Nam nemo nescit ἀπλοχίας à Pontificiorum
 Theologis recenseri non ad eleuandam Scripturæ au-
 thoritatē, vt impiè deblateras, sed ad eas conciliandas,
 demonstrandumque, illas non esse verè antilogias, sed
 tales videri ineruditis, vt post multos, præstitit nuper
 doctissimus Vir D. Dominicus Magrius. Hoc idem
 paucos ante annos exhibuerunt nobis ex Iudæis Me-
 nasseh Ben Israel in Conciliatore, & ex Protestanti-
 bus

A V C T O R V M.

bus Ludouicus Cappellus in Critica Sacra. Igitur hæc tua assertio *Non aliud est, quàm, ut inquit D. Augustinus ferm. 14. de verbis Apost. cap. 5. conari tenebras aperto lumini offundere.* Non mirandum est hæc à te asseri, à tuo ZWinglio tam putidum lac suxisti, ita scribete in suo Eccles. *Si Hebraeam linguam perinde, ac Germanicam intelligamus, Veteris Testamenti Oracula nos nunquam latebunt. Similiter si Græcam equè ut Vernaculam hanc cognouerimus, nihil etiam Testamento nouo comprehensum est, cuius sensum captum nostrum possit effugere.* Sed hoc ZWinglij assertum apertissimi mēdacij, ac impudentissimi arguere posse Hebraicæ linguæ peritissimos tam veteres, quàm recentiores sacrarum Scripturarum Interpretes, & Commentatores, quis vel mediocriter in eiusmodi studiorum genere versatus nō videt? Eundem facilè etiam condemnabunt inconsideratissimæ temeritatis doctissimorum, simulque sanctissimorum Græcorum Patrum testimonia, qui licet Græcæ linguæ callentissimi, ac multò excellentiùs profectò, quàm suæ Germanicæ ZWinglius, tamen omnes pleno ore fatentur, quædam loca esse intellectu difficilia, ut de Paulinis Epistolis affirmavit Apostolorum Princeps Petrus. Huius Abulabbas Apologiæ exemplar, de quo tam præposterè; & impudenter effutit Hottingerus, extat nobis ex Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

6 *was ad Abunub* Nestorianus scripsit tractatum
 fff 2

I N D E X

tum in Alcoranum Chaldaicè , quem nuncupauit

الحمد لله في الحلّة ، seu destructionem Alcorani .

Huius exemplar non vidimus, sed refertur à Hebedie-
fu in Catalogo librorum Chaldæorum .

7 Abrahamus Monachus , edidit Apologia pro
Christiana Religione aduersùs Mohammedanos , cu-
ius exemplaria extant bina , vnum in Vaticana Bi-
bliotheca, alterum in Barberina .

8 أبو-عمر عثمان بن-أبي بكر بن-يونس
Abu-hamrus Hothman, (non filius Hothmani, vt men-
dosè, (filius *Abi-bacri*, filij *Iunes* , edidit tractatum in-
scriptum في ما يجب على المكلف شرعاً *De ijs, ad qua*
obligatur adultus secundùm Legem, in quo breuiter agit
de omnibus ijs Mohammedanæ Religionis articulis ,
quos distinctè , & expressè cognoscere , & profiteri
adultus tenetur tam erga ipsum Deum , quàm suum
pseudoprophetam Mohammedem . Exemplar Afri-
canis exaratum characteribus apud nos seruatur .

9 عبد الله بن محمد الهبطي
Abdallah filius
Mohammedis Habtensis . conscripsit Tractatum de
varijs quæstionibus ad Mohammedanam spectantibus
Religionem , & singulis propositis quæstionibus re-
spondet , & quænam sit vera sententia , & principijs
Sectæ illius conformior statuit . Huius Tractatus
exem-

A U C T O R V M

exemplar Africanis exaratum characteribus penes nos est.

١٥ أبو الحسن محمد بن عبد الله الكسائي
Abul-hasan Mohammedes Benabdallah, (in textu mendosè *Abu-abdallah*) *Alcassai*, conscripsit librum de Creatione Mundi, primorum parentum lapsu, de Prophetis, antiquis Patribus tam in sacris Paginis celebratis, quàm alijs à Mohammede, & Mohammedanis subsequenter Scriptoribus fictis, & è fabularum cæno erutis. Hunc laudat non semel Hottingerus, & Kessæum vocat. Exemplar extat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

١١ أحمد التيفاشي *Ahmed Altifasci*, edidit librum inscriptum في فضائل النيل *De præstantijs Nili*, huius Exemplar haud nobis extat, sed quod ex illo citauimus, decerpimus ex Ismaelis Sciahinsciah Historia Gentium, de qua suo loco.

١٢ Anonymus Auctor Mohammedanus, Tractatum, seu Epistolam edidit de tribus Prophetis, Moyse, Christo, & Mohammede. Is confert hos inter se Prophetas, vt loquitur, eorumque Leges, multisque sophismatis, ineptissimisque rationibus probare nititur, Mohammedem immensum quantum cæteros præstare, ac latam ab eo Legem omnibus alijs Legibus multò præstantiorem esse, & excellentiorem. Exemplar extat in Bibliotheca Clarissimi, & Illustrissimi

I N D E X

xii Viri D. Gilberti Gaulmini Christianissimi Regis
Libellorum supplicum Præfetti.

13 أبو سعيد المغربي *Abusahidus Almograbus*,
seu Africanus, Mohammedanus Historiographus.
Huius Exemplar penes nos est.

14 أبو شاذر ابن الراهب ابن الكرم بطرس
Abusciacher filius Alrahebi, filij Alcarami Petri, patria
Ægyptius, Religione Christianus, secta Cophytita,
concinnavit opus, quod inscripsit كتاب البرهان
*Liber Demonstrationis de Canonibus perficientibus, & Præceptis ne-
glectis*, in quo plures eruditè tractat Ecclesiasticas
quæstiones. Exemplar est in Bibliotheca Vaticana.

15 أبو يحيى زكريا الانصاري *Abu-iahia Za-
charias Anssarius*, Mohammedanus Scriptor, multa edi-
dit opera tam Theologica, quàm Philosophica, inter
quæ illud, quod nūcupavit كتاب الاصول في اصول الفقه
Medullam principiorum de principijs Iuris, septem ab-
solutum libris, quod nos in nostro laudauimus opere.
Huius exemplar penes nos est.

16 ابن الراهب *Abn-arrahebus*, seu *Ben-rahebus*,
hoc est *Filius Monachi*, patria Ægyptius, Religione
Christianus, secta Cophytita, auctor Chronici Orienta-
lis, quod Latinitate à nobis donatum editum fuit Pa-
risijs

A V C T O R V M.

sijs in Regia Typographia An. 1651. vnà cum supplemento Historiæ Arabum. Autographum Arabicum apud nos est.

B

17 D. Basilij Homilia de Commemoratione B. Virginis Mariæ conseruatur in Bibliotheca Clarissimi Viri Gilberti Gaulmini Parisijs.

C

18 Constitutiones Ecclesiæ Alexandrinæ ex collectione Abu-isaaci Ben-assali duabus absolutæ partibus. In prima agitur de omnibus ijs, quæ ad Ecclesiasticam attinent administrationem, & politiam; in altera verò de illis, quæ ad Laicorum spectant regimen. Harum vetustissimum extat exemplar in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

19 Constitutiones Ecclesiæ Maronitarum ex Syriaca lingua Arabici iuris fecit Dauid Archiepiscopus Maronita An. ab Alexandro 1370. qui est Christi Domini 1059. plùs minùs, rogantibus Abbate Iosepho, & eius Monachis, vt aliàs, & alibi notauimus. Exemplar satis peruetustum Syriacis characteribus, sed Arabica lingua exaratum in Collegij Maronitarum de Vrbe seruatur Bibliotheca.

20 Chronologia, seu Chronicon Samaritanum,
in

I N D E X

in quo de origine , & rebus Samaritarum gestis, Arabicè conscriptum , & alicubi Samaritanis interpolatū testimonijs. Exemplar extat in Bibliotheca quondam Eminentissimi Cardinalis Mazarini. desunt quædam folia in principio , vnde & verus titulus , & nomen auctoris . An autem idem sit, ac illud Scaligeri, non constat nobis .

21 Concilij Nicæni editiones variæ in varijs extant Bibliothecis . Editio Maronitarum , & Melchitarum extat in Collegij Maronitarum de Vrbe Bibliotheca . Editio Alexandrina in Bibliotheca Vaticana . Nestoriana item in Vaticana , & Collegij Neophytorum , & Transmarinorum de Vrbe .

22 Cyrilli Hierosolymitani Homilia de ingressu intemeratæ Virginis in Templum, tertium agentis annum ætatis, extat in Bibliotheca Illustrissimi Viri Gilberti Gaulmini Parisijs ,


D

23 الشيخ دانيال *Daniel Doctor*, Syrus Iacobita ; concinnauit Breuiarium, seu Epitomen Constitutionum Ecclesiæ Iacobitarum Arabica lingua . Breuiarij huius exemplar penes nos est .

24 *Didascalia*, seu *Doctrina Apostolorum*, sunt variæ Apostolorum Constitutionum

A U C T O R V M.

tutiones, quas sub eodem titulo refert D. Clemens Papa, & discipulus S. Petri Principis Apostolorum. Maxime auctoritatis sunt apud Orientales, praesertim in Ecclesia Alexandrina. Harum Syriacum exemplar penes nos est; Arabicum extat in Bibliotheca Vaticana.

25  Dionysius Bar-

salibi, Episcopus Amed, Syrus, multa edidit opera, inter quae Commentarium in Liturgiam sancti Iacobi. Exemplaria extant bina, vnum in Bibliotheca Collegij Maronitarum Rauennatis; alterum apud nos.

E

26 S. Ephrem Magnus, qui Propheta Syrorum cognominatur, infinita propemodum edidit opera, quorum partem recenset Hebediesu Sobensis Metropolitae in Catalogo librorum Chaldaeorum, siue Syrorum. Ex his citauimus Officium de obitu B. Virginis, cuius exemplar conseruatur in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe. Rursus Canticum de Amore Sapientiae, quod Latinè redditum edidit Gerardus Vossius. Huius exemplar Syriacum cum Arabica versione extat in eadem Collegij Maronitarum de Vrbe Bibliotheca. Editum etiam fuit Syriacè ab Illusterrimo, & doctissimo Viro Isaac Sciadrensi Archie-

I N D E X

piscopo Tripolis Syriae in Syriacis Rudimentis. Quod quidem D. Ephrem Canticum pro sua eruditione, & pietate, auctoribus Mohammedanis tribuit Hottingerus, uti videre est Hist. Orient. lib. 1. c. 5.

27 Elias Episcopus Nisibensis, Vir eruditissimus, inter caetera opera tam Syriaca, quam Arabica, quae edidit, occurrit & illud, quod *septem Sessiones*, seu *Disputationes* inscribitur, in quo de varijs rebus cum Aluaziro Abul-casemo Principe Arabe doctè disceptavit. Huius Arabica exemplaria extant nobis tria, unum Bibliothecae Vaticanae; alterum Barberina; tertium apud nos.

G

28 Georgius Homaidius, quem Elmacinum vocat Erpenius, Christianus auctor, scripsit Historiam ab Orbe condito vsque ad sua tempora, duabus absolutam partibus, quarum postremam cum Latina versione in lucem dedit Thomas Erpenius, & *Historiam Saracenicam* appellavit, eò quod à Mohammede Saracenorum religionis, & imperij auctore sumat exordium, & progressum prosequatur. Alterius verò partis, quae est ab exordio Orbis vsque ad ipsius Mohammedis tempora, inedita extant exemplaria duo, unum in Bibliotheca Illustrissimi Viri Petri Seguier Galliarum dignissimi Cancellarij, & omnium Literatorum Mœcenatis optimi; alterum penes nos.

Gre-

A U C T O R V M.

29 Gregorius Bar-hebræus Syrus, multa edidit
 omnis scientiarum generis opera eruditissima, si Mo-
 nophysitarum hæresim excipias, tam Syriaca, quam
 Arabica lingua. Ex his duæ in hoc nostro citauimus
 Opere, nimirum ipsius *Chronicon*, quod decem absol-
 uitur libris; ac *Tractatum de Fundamentis Ecclesie*, qui
 in tot etiam partitur libros. Primi Exemplaria extant
 duo Arabica, vnum Bibliothecæ Illustrissimi Viri Gil-
 berti Gaulmini; alterum penes nos. Secundi Exem-
 plar apud nos extat Syriaca exaratum lingua.

30 Georgius Monachus, Abbas Monasterij S. Si-
 meonis Apologiam edidit pro Christiana Religione
 aduersus Mohammedanas calumnias. Exemplar ex-
 tat in Bibliotheca Vaticana.

31 Gabriel Klahi Ledrensis Archiepiscopus plu-
 ra edidit opera eruditissima tam soluta, quam ligata
 oratione, ex quibus vnum laudauimus librum de *Sa-
 cerdotio*, cuius exemplar nobis minimè extat, sed ea,
 quæ citauimus, conieceramus olim in nostra Aduerfa-
 ria ex exemplari, quod in Bibliotheca S. Antonij Ab-
 batis Kuzhaia in Monte Libano seruabatur cum plu-
 ribus alijs eiusdem Auctoris operibus.

32 Georgius Patriarcha Antiochenus, Syrus eru-
 ditissima scripsit Commentaria in Euangelia lingua
 Syriaca, quarum exemplar extat in Vaticana Biblio-
 theca.

33 جلال الدين محمد بن احمد الهلي *Gelalad-*
 tt 2 *dinus*

MINORUM

ditius Mohammedes filius Ahmed Almohatti, Commentarium, seu Nomenclatorem potius confecit in Alcoranum, ubi difficiliore enodat, & explicat dictiones. Exemplaria extant nobis binâ, vnum ex Bibliotheca Excellentissimi Viri Petri Seguier Franciæ Cancellarij; alterum Bibliothecæ S. Mariæ de Victoria PP. Carmelitarum Discalceatorum.

34 جلال الدين الاسيوطى *Galaladdinus Assiutensis*, Mohammedanus Scriptor, plura edidit diuersi argumenti opera, inter quæ Historiam Egypti quam nos in hoc nostro citauimus opere. Exemplar extat Parisijs in Bibliotheca Illustrissimi Viri Gilberti Caulmini.

H

35 عز الدوله بن كونه *Hazzaddaula Benca-muna*, Mohammedanus Scriptor, Tractatum confecit quatuor absolutum libris, in quorum primo agit de Prophetia, & ad eam attinentibus; in altero de Moyse, illiusque Lege; in tertio de Christo, itemque ipsius Lege; in quarto demum de Mohammede, & eius Alcorano. Tractatus inscribitur *عنا-عنائو كاستيوانم*. Secundo, & tertio libro adiecit quosdam breues Postillas *ابو الحسن ابن ابراهيم المعروف* *Abul-hafanus filius Abrahami*, cognamen-

A U C T O R V M .

to *Ben-mahruma*, Scriptor Christianus eruditissimus, quibus respondet obiectionibus, & calumnijs quibusdam, quas congerit Mohammedanus in Christianam Religionem, eamque strenuè vindicat, & defendit, & Aduersarij argumenta, & rationes nauiter retundit, ac detegit errores, & peccata. Exemplar extat penes nos.

36

ܕܒܢܡܗܪܘܡܐ ܗܒܘܕܐܘܢܐ *Hebed-*

iesu Metropolita Sobensis, secta primò Nestorianus, dein Catholicus Romanus, vti notauimus aliàs in nostra Præfatione ad ipsius Catalogum librorum Chaldaeorum. Plura erudita conscripsit opera, quæ idem recenset in calce Catalogi, qui Latinitate à nobis donatus Typis sacrae Congregationis de Propaganda Fide editus est an. 1653. Eiusdem auctoris extat etiã inter alia *Collectio Canonum*, quam nos in hoc nostro laudauimus Opere, cuius exemplar Chaldaicum in Vaticana extat Bibliotheca. Item alium eiusdem ci-

tauius librum, qui ܕܡܘܨܘܪܐܝܐ *Margaritarum*

inscribitur, cuius bina extant nobis exemplaria Chaldaica, vnum ex Bibliotheca S. Crucis in Ierusalem, quem olim nobis commodauerat Reuerendissimus Abbas D. Hilarion Rancatus, Vir toti Orbi literarum, & pietatis studio notissimus; alterum nuper cum alijs ex Oriente Codicibus comparauimus nobis.

I N D E X

I

37 S. Iacobus Syrus Episcopus Nisibensis, vnus è Concilij Nicæni Patribus, & S. Ephrem Syri Magister, innumera propemodùm reliquit suis Syris operam soluta, quàm ligata oratione, ex quibus vnum in hoc nostro Opere citauimus carmen *de studio Veritatis*, cuius exemplar nostri iuris est.

38 Ioannes Maro, Scriptor Syrus, plura edidit aduersùs Orientalium hæreses opera, quorum Epitome apud nos extat. Liturgiam præterea composuit, nec non in Liturgiam D. Iacobi Apostoli eruditissima Commentaria, breui, Deo fauente, cum Latina versione, & notis in lucem proditura. Hæc omnia apud nos extant.

39 Ioannes Episcopus Darenis, Scriptor item Syrus, plura conscripsit opera, inter quæ absolutissimum illud censetur, quod est de Ecclesiastica Hierarchia. Horum omnium exemplar antiquissimum Syriaca lingua exaratum in pergameno apud nos seruat.

40 Ioseph Videns, Presbyter Nestorianus, orationem quandam edidit, quam ipse ante Consecrationis verba recitare non sine lacrymis solitus erat. Huius Exemplar Chaldaicum seruat in Bibliotheca Sanctæ Crucis in Ierusalem.

A U C T O R V M

41 Ioannes Episcopus Afiut vr̄bis in Ægypto, librum conscripsit de Actis Martyrum Ægypti Arabicè, ex quo citauimus verba Ammonij Episcopi Afiut ad Arianum præfectum Ægypti. Exemplar extat Parisijs in Bibliotheca Illustrissimi Viri Gilberti Gaulmini.

42 يعقوب المرادى *Iacobus Bardaus*, vulgò *Zanzalus*, Iacobitarum sectæ auctor, Catechesim conscripsit, in qua suam explicat, & aperit hæresim. Huius exemplar extat in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe.

43 Ioannes Leopardus Archiepiscopus Hefronita Vir doctissimus, confecit Tractatum في اختلاف القرآن *De Contradictionibus Alcorani*, in quo strenuè malè compactum destruit ædificium. Huius bina extant exemplaria, vnum in Bibliotheca Collegij Urbani de Propaganda Fide; alterum est Illustrissimi Viri Michaelis Hefronitæ Patriarchæ Maronitarum Suffraganei.

44 اسمعيل بن علي بن محمود بن محمد بن عمر *Ismaël filius Aali, filij Mahmudi, filij Mohammedi, filij Homari, filij SciahinSciab, filij Iob*, Historiam conscripsit à Mundi exordio vsque ad sua tempora duobus absolutam tomis, quam nuncupauit المختصر في اخبار البشر *Epitomen de historijs Gentium*. Exemplar penes nos est.

Litur.

I N D E X

L

45 Liturgia duodecim Apostolorum ; siue potiùs de duodecim Apostolis , nempè quæ celebratur in solemnitatibus Apostolorum . Est enim apud Orientales alia Liturgia , quæ ipsis duodecim tribuitur Apostolis . Exemplaria vtriusque extant duo , vnum in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe ; alterum penes nos .

M

46 Martyrologium Alexandrinum . Hoc nomine intelligimus illud , quo vtitur Ecclesia Alexandrina Melchitarum , ad ipsum distinguendum ab eo , quod est Ecclesiæ Cophitarum , de quo mox dicemus . Exemplar extat in Illustrissimi Viri Gilberti Gaulmini Bibliotheca .

47 Martyrologium Ægyptium . Quo nomine notandum venit illud , quo vtitur Ecclesia Cophitarum , vt distinguatur ab eo , quo vtitur Melchitarum , de quo mox diximus . Exemplar habetur in Bibliotheca Collegij Maronitarum de Vrbe .

48 *المسعودي* *Mashudius* Scriptor Mohammedanus , confecit Historiam , quam *مروج الذهب* *Prata aurea* inscripsit . Exemplar extat in Bibliotheca
Cla-

A V C T O R V M .

Clarissimi Viri Gilberti Gualmini .

49 محمد بن اسماعيل البخارى *Mohammedes filius Ismaël Bocharenfis* . Is Mohammedis Pseudo-prophetæ dicta , atque traditiones à varijs auctoribus corrasit , ac in triginta congeffit tomos , quorum postremum in hoc nostro citauimus Opere ; cuius exemplar penes nos est .

50 محمد بن الشيخه *Mohammedes filius Alsciahne* , concinnauit Chronicon , quod nuncupare placuit *Hortus Spectaculorum de rebus gestis priorum & posteriorum* . Exemplar penes nos est .

51 محمد بن يوسف السنوسى *Mohammedes filius Iosephi Sanusij* , librum composuit de Mohammedanorum Theologia non ineruditum , & doctiùs fortè , quàm alius quisquam eiusdem religionis . Bina extant huius libri apud nos exemplaria .

N

52 نجم الدين بن علي بن محمد بن محمد الانصارى *Nagemaddinus filius Aali, filij Mohammedis, filij Mohammedis Alanffari* , commentatus est Poëma illud Caabi , quod de mulierculæ , nomine Saad , Pseudo-prophetæ Mohammedis Amasix , laudibus recitauit :

uuu

Quod

I N D E X

Quod Poëma si quis legerit, aut memoriæ cominendauerit ex Mohammedanorum doctorum sententia æternam Mohammedanâ consequetur felicitatem, vt hisce ad calcem præfationis Cómentator notat verbis :

وذكر العلماء أن من قرأ هذه القصيدة أو حفظها
كان من أهل الجنة فإذها نشدت بين يديـه

Afferunt Doctores, quòd quicumque legerit hoc Poëma, aut illud memoria mandauerit, erit de Incolis Paradisi, quoniam coram ipso (Mohammede) recitatum fuit.

Vide, quibus meritis Paradisum sibi pollicentur salacissimi Pseudoprophetæ sequaces, & quem Coriphæum, seu Antistitem sequendum sibi proponunt. Commentarij huius exemplar vnà cum ipso Poëmate penes nos est.

O

53 Officium SS. Petri, & Pauli iuxta ritum Ecclesiæ Nestorianorum Chaldaicâ exaratum lingua, & characteribus penes nos est.

54 Officium Pentecostes iuxta ritum Ecclesiæ Iacobitarum, Syriaca scriptum lingua, & characteribus, vnà cum alijs officijs apud nos seruetur.

P

55 S. Petrus Sebastes Episcopus, & SS. Basilij, & Gregorij frater maior, librum conscripsit eruditissimum

A V C T O R V M.

num de unitate Dei, eiusque essentia, de Ecclesiæ traditionibus, Mysterijs, Ministerijs Ecclesiasticis, aliisque permultis huius generis rebus, qui in Arabicam conuersus linguam sub hoc titulo circumfertur:

كتاب البرهان *Liber Demonstrationis*. Exemplar extat in Bibliotheca S. Petri Montis Aurei.

56 Paulus Monachus Antiochenus, Episcopus Sidonensis, plura conscripsit Opera non contemnendæ eruditionis, inter quæ Apologiam pro Christiana Religione, quam edidit ad amicum quendam Mohammedanum, qui eum enixè rogauerat, vt sibi aperiret aliqua Christiana dogmata, sed præcipuè Mysterium Trinitatis sanctissimæ, & Incarnationis; & quid de Mohammede, eiusque Alcorano sentirent Græci, & Latini. Exemplaria extant bina in Vaticana Bibliotheca.

R

57 Rituale Iacobitarum Syriaca conscriptum, lingua, in quo de septem Sacramētis, ac omnibus alijs ad Ecclesiasticos ritus attinentibus. Alicubi adsunt notæ quædam, & explicationes tam literales, quàm mysticæ. Exemplar extat in Bibliotheca Collegij Urbani de Propaganda Fide.

I N D E X

S

58 *Sciahreftanus*, Mohammedanus
 Scriptor, librum edidit, cui titulus est كتاب الملل
 والتخيل *Liber de Veris, & phantasticis Religionibus*,
 nimirum de ijs Religionibus, quæ Deum habuerunt
 auctorem; necnon de ijs, quæ ex læfis hominum pro-
 dierunt cerebris. Librum ipsum ad manus non ha-
 bemus, sed non semel eius utitur Ismaël Sciahin sciah
 testimonio, ex quo & nos.

59 *Sahidus Africanus* item Mo-
 hammedanus, historiam concinnavit, in qua agens
 de Christianorum varijs sectis, sacris, festiuitatibus, ac
 alijs, eorum varios sacros recenset ordines. Exem-
 plar penes nos est.

60 *Salomon Metropolitæ Euphratis Misanis*

Salomon Metropolitæ Euphratis Misanis, hoc est *Bas-
 fora*, sic enim eam vocant Chaldæi, multa edidit, in-
 ter quæ Epitomem Vitarum duodecim SS. Apostolorum,
 & 72. Discipulorum. Exemplar penes nos est.

61 Symbolum Nicænum editionis Nestorianæ
 in Nestorianorum occurrit codicibus, multis interpo-
 latum additionibus ad Nestorianas sub tam celebris
 toto Orbe Concilij nomine comprobandas Nestori-

bla-

A V C T O R V M.

blasphemias, & impietates . Huius bina extant exempla; vnum est Bibliothecæ S. Petri Montis Aurei; alterum penes nos .

62 *سِدْرَةُ لَادَمَ* *Sedra Ladam*, idest, *Ordo*, siue

Liber Adamo, de quo plura diximus in ipso Opere pag. 328. & sequentibus . Huius habemus primum tantum caput Sabaitarum exaratum characteribus, vt ibi notauimus .

63 *قِرْعَةُ جَعْفَرِ الصَّادِقِ* *Sors Giahfari Sadeki*.

Est libellus de fortibus à Giahfaro isto compositus, quo inconsulto nihil ferè aggrediuntur Africani præfertim . Et quoniam putant, illum vera dicere, ac prædicere, titulo *Sadeki*, idest, *Veracis*, eum cohonestarunt . Quo autem ludo ita ludunt, & illuduntur . Lineo taxillo literas inscribunt quasdam, eumque ter iacit ille, qui sortem consulit, notanturque literæ, quas dat taxillus, ac in libello quæruntur, & quæ sub illis occurrit sententia, eam diuinitus dictatam fuisse putant . Sententiæ autem illæ ita ambigæ sunt, & anticipites, vt faciliè quibuscumque rerum euentibus vendicari possint . Libelli exemplar vnum in Vaticana extat Bibliotheca; alterum penes nos .

64 *ساماركندة* *Samarkendæ Concilium*, de quo, vide quæ diximus par. 2. cap. 27. pag. 296. Huius exemplar Africanis exaratum characteribus penes nos est .

سودروس

I N D E X

سوروش ابن المقفع اسقف الاشمونيين 65

Seuerus filius Mokfahi Episcopus Asmonin, seu Asmoneorum, Alexandrinus, Eutychio nostro Patriarchæ Alexandrino suppar fuit, vt ex Benarrahebi Chronico, & Georgij Elmacini Saracenicæ historia liquet. Is tres edidit de Patriarcharum Alexandrinorum vitis, & gestis tomos, in quibus Episcoporum originem ab ipsius illius Ecclesiæ arcessit natalibus, vt ex illius testimonijs prima par. huius nostri Operis allatis non semel, liquet, contrà quàm quod ex Eutychio nititur euincere Seldenus.

Porro hic obijcere poterit Seldenus, aut quisquam alius pro illo; nimirum Seuerum hunc fuisse Cophitam, seu Iacobitæ Sectæ, adeoque nequaquàm cum Eutychio Patriarcha Orthodoxorum comparandum esse, aut in hisce eam fidem adhibendam ei, quæ Eutychio. Quod, & innuere videtur idem Seldenus in Præfatione Operis dum scribit: *Iam Verò cum de Ordinis Hierarchici in Ecclesia Alexandrina, idest de Presbyterorum, & Episcoporum, ipsiusque Patriarcha, etiam & de ipsissimo hoc quem memorat Hieronymus more, testimonium multò Luculentius Explicatiusque habeatur apud Scriptorem sanè Vetussum, Arabicum, Aegyptium, eumque eiusdem Ecclesiæ Patriarcham Orthodoxorum (nam alius erat ibi non rarò Iacobitarum) nec dum typis editum &c.* Hoc idem tangit ipse Hottingerus Histor. Orient.

A V C T O R V M.

Orient. lib. 2. cap. 2. hisce verbis: *Hoc Verò nomine*,
(Melchitarum, quos Orthodoxos vertit vterque (in
Oriente Veniebant Orthodoxi omnes, qui Chalcedonensem
Synodum contra Dioscorum receperunt.

Ad hæc respondetur: quòd licet Iacobita fuerit Seuerus, & Euty chius Orthodoxus, vt Aduersarijs placet, nihilominus id, quod obtendunt minimè inde sequitur, quia inter Melchitas, seu Orthodoxos, & Iacobitas nulla fuit vnquam de hoc argumento dissensio, aut controuersia, vel nunc est. Hoc euidentissimè patet ex eodè Euty chio, qui in illa ipsa Historia scribens contra Iacobitas nullam huius rei mentionem facit, quod profectò non erat reticendum, cum ipsa ratio argumenti, & historiae id suo iure exigent. Præterea idem Seuerus Tractatum edidit contra illam Historiam Euty chij, qua noster vtitur Seldenus ad euincendam Presbyterorum, & Episcoporum in Ægypto æqualitatem, tamen nec verbulum quidem de hoc discrimine protulit, quod profectò non erat ei reticendum, tum pro rei grauitate, tum pro argumentatione, si eum, quem pertendit Seldenus, Euty chij verba funderent sensum, cum Euty chium vt Aduersarium oppugnare suscepisset Seuerus. Item Stephanus Diaconus, Ægyptius Melchita, qui idem est ac Orthodoxus per Aduersarios, Tractatum edidit integrum de ijs, in quibus dissentiunt Iacobitæ non solum à Melchitis, verum etiam ab alijs Orientalibus Nationibus

I N D E X

nibus, triginta quinque absolutum capitibus, tamen nihil eiusmodi legere occurrit apud illum, nec vlla extat nec vestigium, licet multa inter notata ab illo adiphora sint, & leuissimi momenti. Quod cum ita sit, nequaquam illud caput prætermisisset, cum sit maximi momenti, & notatu dignissimum. Quæ omnia planè, & euidenter euincunt, ea Eutythij verba non eum fundere sensum, quem Aduersarij euincere conantur. Exemplaria vtriusque Tractatus tam Seueri aduersus Eutythij historiam, quam Stephani de ijs, in quibus dissentiunt Iacobitæ à Melchitis, alijsq; Christianis nationibus, in Vaticana sunt Bibliotheca.

Notandum hìc est, Seuerum hunc eam de Patriarcharum vitis, & gestis Historiam nequaquam proprio scripsisse marte, sed ex varijs Ægypti Bibliothecis, & monumentis antiquissimis collegisse, & ex Cophtita, & Græca lingua in Arabicam vertisse, vt idem in ipsius Operis Præfatione ita testatum reliquit

كفضل الله بوجودنا في السير في دير أبو مقار
بالاخ تادرس الامين ابى بولس في يوم الاحد سادس
بونه سنة اربع مائة سبعه وسبعين للشهداء
الابرار وقابلنا بعضهم مع بعض فوجدناها
موافقه لما نخذاه فتحققنا صحتها

*Dei beneficio factum est, vt inueniremus gesta, seu Vi-
tas (Patriarcharum) in Monasterio D. Macarij me-
diante*

A V C T O R V M .

diante fratre Theodoro fideli filio Pauli die Dominico sexto Buueh anno 477. Sanctorum Martyrum, easque inter se confrentes concordare inuenimus cum ijs, quas nos descriperamus. Unde certi facti sumus de earum Veritate :

De versione autem ex Cophtica lingua in Arabicā, varijsq; exemplaribus, quæ reperta sunt tum in Monasterio sancti Macarij, alijsq; Scithiæ Monasterijs, cum in Alexandriæ Bibliothecis sic idem ibidem habet.

فما صنفته انا الخاطى وجمعته من دير القديسي
 ابو مقار وديارات الصعيد وتولى نقل بعضه الشمساس
 الدين ميخائيل ابن بدير من لغة القبطى الى
 العربى مما ياتى ذكره فى موضعه سوى ما
 كان فى المدينة العظمى وما وجد منها
 مختصراً من سير الاول من

Quæ composui ego peccator, atque congeffi, sunt ex Monasterio S. Macarij, alijsque Scithiæ Monasterijs, quorum nonnullorum Versionem prosequutus est religiosissimus Diaconus Michaël filius Badairi ex Cophtico idiomate in Arabicam, quemadmodum de singulis suo dicitur loco, præter ea, quæ erāt in magna Vrbe, (Alexandria), & quæ reperta sunt ex gestis illorum priorum compendiosè scripta.

Quod verò aliqua etiam ex Græca versa fuerint lingua, ex eodem ibidem liquet وانا من لا

I N D E X

يجب له ان يكتب بخط جيدة البائسة الغائبة شي
 من اخبارهم فاستعنت بمن اعلم استحقاقهم
 من الاخوة المسيحيين وسالتهم مساعدتي على نقل
 ما وجدناه منها بالقلم القبطى واليونانى الى القلم
 العربى الذى هو اليوم معروف عند اهل هذا الزمان
 باقليم ديار مصر لعدم لسان القبطى
 واليونانى من اكثرهم

*Ego quidem indignus sum, qui mea infelici, & caduca
 manu scribam quicquam ex ipsorum (Patriarcharum)
 historijs, seu gestis, proinde opem imploravi Christiano-
 rum fratrum, quos digniores esse novi, efflagitans ab eis, ut
 mihi auxilio essent in vertendis ijs, quae calamo, seu lin-
 gua Cophitica, & Graeca reperimus in calamum, seu lin-
 guam Arabicam, quae hominibus temporis huius cognita
 est in climate Aegypti, ubi Cophitica, & Graeca lingua
 pluribus ignota sunt.*

Ex hisce itaque patet, ac planum relinquitur, Epi-
 scoporum ordinem, seu gradum, qua distincti sunt à
 Presbyteris, suam cum ipsa Ecclesia habuisse origi-
 nem, non solum ex Cophitarum sententia, verum
 etiam Graecorum, seu Melchitarum (qui Seldeno, at-
 que Hottingero sunt Orthodoxi) antiquissimis monu-
 mentis. Proinde què fieri potest, ut verba Eutychie,
 qui per Aduersarios Patriarcha Orthodoxorum in Æ-
 gypto

A V C T O R V M.

gypto erat, extorqueri possint contra suæ Ecclesiæ antiquissima, & clarissima monumenta, præsertim in re, quæ testimonijs, & antiquitatis constat auctoritate potius, quàm disceptatione, aut dissertatione aliqua. Igitur si verba Eutyhij aliquid Seldeno habent obscuritatis, & quæstionis ob concisam illam breuitatem, profectò scrupulum eiusmodi, & difficultatem ei eximere penitus debent antiquissima, & clarissima illius Ecclesiæ placita, & publica auctoritas, nisi cupidior fuerit contentionis, quàm veritatis, vt de Græculis quibusdam hominibus affirmavit olim Tullius.

Historia hæc Seueri de gestis, & vitis Patriarcharum Alexandrinorum tribus comprehensa tomis extat in Bibliotheca Illustrissimi Viri Gilberti Gaulmini nunquam sine honoris præfatione nominandi.

T

66 Theodosius Patriarcha Antiochenus Epistolam dedit ad Gregorium amicum, dum is interpretabatur verba mystica Philosophorum, in qua etiam sunt quædam ex Epistola Pythagoræ. Quæ Theodosij Epistola comprehenditur 112. paræmijs. Exemplar Syriacis characteribus & lingua extat penes nos; aliud etiam seruat in Bibliotheca S. Petri Montis Aurei.

67 Testamentum Mohammedis Pseudo-prophetæ.

I N D E X A V C T .

phetæ . Is Testamentum condidit ante mortem , testesque adhibuit focios ferè omnes , vbi Episcopos , Presbyteros, & Monachos plurimùm suis commendat, & à tributorum eximit onere . Exemplar in Vaticana seruat^r Bibliotheca . Editum etiam fuit Parisijs cum Latina versione à Gabriele Sionita Maronita F. R.

68 Tractatus Monachorum S. Antonij nationis Cophitarum de sacro-sancta Eucharistia editus an. Martyrum 1112. multa continet contra Sacramentorum putida, & blasphema placita de hoc argumento, dignissima notatu. Apocha autem Martyrum ex Ismaëlis Sciahinseiah Tabulis respondet anno Christi Domini 282.

Exemplar in Vaticana extat,
Bibliotheca .



Animaduersione ad Lectorem beneuolum .

MEndas, & errores, quos grauissimos commisit Seldenus, beneuole Lector, tam in Periocha Eutythij, quàm in Commentarijs ad ipsam, ad nostri Operis castigare calcem polliciti sumus, vt ex primæ Partis Præfatione videre est. Verùm cum hæc ad ipsam Controuersiam nostram spectare non videantur, ea prætermittere hic visum est, ne frustra tempus, & inutiliter conteramus in re nullius momenti, aut emolumentum. Quid enim ad rem attinet Christianam, si veram, & genuinam Arabicæ orationis ignorauerit constructionem Seldenus? Quid ad nos si in ipso Periochæ Eutythianæ limine verterit contra linguæ Arabicæ genium, & analogiam: *Annus agebatur Claudij Cesaris nonus*, pro *Anno nono Imperij Claudij Cesaris*? Cum ea Seldeni versio idem sonet Arabibus ex linguæ genio, ac, *cùm Claudius Cesar annum ageret ætatis nonum*, quia suas æras Arabes, & Epochas desumunt ex imperijs, regnis, officijs, ac eiusmodi, non autem à personis, nisi velint personæ denotare ætatem, aut ab ætate desumere Epocham. Nostram hanc notationem bina confirmant Exemplaria, nimirum illud Bibliothecæ Illustrissimi Viri Gilberti Gaulmini, & illud S. Petri Montis Aurei. Item quid ad præsentem attinet nostram quæstionem cum Seldeno, si Aui-cennæ verba, quæ refert pag. 55. vitiosissimè expresserit

ferit, & pessimè verterit, quemadmodum, & Christi Domini deprecationem, quam pag. 58. adscribit? & sic in reliquis.

Præterea quid nostrum interest, si nesciat Seldenus, vbi terrarum sit *الرها* *Raha* Constantini matris ex Orientalium sententia Patria, vt ex interserendis Commentarijs pag. 179. patet. Cùm modò existimet, esse in Margiana Mediæ tractu, ex Ptolomæo, & Stephano; modò *Raphiam* Phœniciz urbem; modò *Rapsias* corruptè; modò *Rapa* ipsi appelletur; modò *Drepranum*, modò nescio quam. Ita ambigit in re notissima, & longissimè extra olera vagatur. Quis enim in Orientalium historijs, & rebus, vel parumper versatus nescire potest *الرها* *Raham* eandem esse ac Edessam Mesopotamiz urbem notissimam, & Abagari Regis patriam celebratissimam Ecclesiasticis Scriptoribus? Et sanè qui id nescit, Orientalium ignarissimum oportet esse rerum, quemadmodum Anglicanum, qui Londinum, & Oxonium. Ne igitur in eiusmodi futilibus mendis notandis tempus contemamus, ea missa facere, & ad semitam nostrum agere asellum duximus, vt Syris in prouerbio positum est.

F I N I S.

AD BENEVOLVM LECTOREM.

Menda, quæ Correctori exciderunt, hic notare, & castigare nostrum est, amice Lector, ea verò corrigere, & suis restituere locis, est humanitatis tuæ.

Primæ Partis.

Pag.	Linea	<i>Errata.</i>	<i>Correctio.</i>
1	6	facrorum	facrorum
74	15	quondam	quondam
80	21 post	الثلاثا	adde وثلاثه عشر
82	13	electionis	electionis
86	25	explicatus	explicatus
112	20	يتبعوا	يتبعوا
116	2	Alexandrinae	Alexandrina
140	2	sue	sive
151	5	esse	essent
170	2	di	id
189	11	oppellauit	appellauit
208	16	translalum	translatum
216	5 post	من الفي	adde وثلاثا

Alterius Partis.

Pag	Linea	<i>Errata.</i>	<i>Correctio.</i>
16	22	scilice	scilicet
	23	habett	habet
34	25	interpretatus.	interpretatus.
104	7	1074	1073
109	8	48	84
115	10	ipsius	ipsius
118	19	cathedra	cathedrae
128	18	سافيا	سافيا
151	11 vlt.	excommunicatis.	excommunicatis
		Pontecostes	Pentecostes
154	22	Perfidis	Perfidis
177	22	Acta 2	Act. 2.

